

R V P E R T I A B A T I S M O N A S T E R

TVITIENSIS, E' REGIONE AGRIPPINAE CO
nia in Rheni ripa siti, ordinis S. Benedicti, uiri, & uite sanct
sacrarum literarum peritia praecleari, Commentario
in Apocalypsim Iohannis, Libri XII.



ARNOLDT BIRCKMAN.

Apud felicem Coloniam, Iohannes Soter excudebat.
Anno salutis. M. D. XXXIII.

2 400 40
Stalla
MADE IN SPAIN

2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

RUPERTI AB- BATIS MONASTERII

TVITIENSIS, E' REGIONE AGRIPPINAE COLO-
niæ in Rheni ripa siti, ordinis S. Benedicti, uiri, & uite sanctimonia, &
sacrarum literarum peritia præclari, Commentariorum,
in Apocalypsim Iohannis, Libri XII.

→



ARNOLDT BIRCKMAN.

Apud fœlicem Coloniam, Iohannes Soter excudebat,
Anno salutis. M. D. XXXIII.

INDEX OPERIS.

A B sibi natura ac uirtus, & quid per ipsum intelligatur.	78
Abyssus & terra, homines reprobii	178
Aceptio personarum in uocatione ad finem non est	175
Acclamatio populi ad Herodem	125
Acusator fratrum	116
Actio qualis contra ecclesiasticos peccantes	21
Aditorium angelorum	114
Adoratores bestiae	125
Aetates hominum quatuor	187
Aegyptij de stirpe Cham,	77
Idem quoque impoenitenti	78
Afflictio quorundam spontanea	135
Afflictiones filiorum israel tpe iudicium	80
Africani regnum nonnulli pro tertio ponunt	85
Agnus tyrius in figuram Christi ocellus.	54
Agnus stans supra montem sion	135
Agnus uerus in lege praefiguratus	135
Ale sex opera misericordiae sunt	46
Allura quid	168
Allegoria de 7. mulieribus	3
Alligati in flumine, qui sunt	85
Alpha & omega quis sit	10
Altitudo Sathanae est apparens	31
Altare ecclesiae, Christus est	97
Ambito ecclesiasticorum	100
Amen, quare geminatur a Iohanne	9
Amen dicere, quid sit	57
Anathema a nemine contemnendum	124
Angelus iuxta aram templi, fuit Michael	74
Angelus apparuit Iohanni in figura Christi	2
Angeli portarum Hierusalem, doctores ecclesiae	187
Angelus magni condlij, est Christus	67
Angelorum congratulatio	71
Angeli septem praedicatores	145
Angeli quomodo pugnent	115
Angelus primus, in facie leonis	137
Angelus secundus, in facie uulsi,	138
Angeli quatuor, regna quatuor &c.	85
Angelus ad Iohannem	169
Angelus quare noluit adorari a Iohanne	169
Angelus quomodo dicitur mediator	76
Angelo Ephesi quis loquatur	20
Angelorum qualis sit erga nos affectus	73
Angeli collaudant agni propter tres causas	55
Angelus magnus & mediator Christi	75
Angelus abyssi, Christo contrarius	84
Angelus tertius, in facie hominis	138
Angelus quartus, in facie aquile	139
Angeli terre quatuor, sunt 4. regna	67
Anima uiuens quomodo moritur.	147
Anime centum uiginti.	59
Anime aut clamant sub altare	ibid
Anime interfectorum martyrum uindictam clamant	62
Animalia. iij sunt. iij. euangelista	43
Animalium quatuor non est ordo unus.	44

Anima introducta in cellam uinariam	19
Antiochus epiphanes	127
Antichristus aut bestia dicitur	121
Antichristi conceptio	ibi
Antichristus facit bellum	102
Antichristus ut homo est &c.	159
Antichristus inducit magnam tribulationem	120
Antichristus per omnia contrarius in opibus Christo.	126
Antichristus quid	123
Antichristi regnum simile Antiochi regno	ibid
Antiochus maxime impius	112
Antichristi signum	127
Antichristus cogit ad fidem	130
Antiquorum expectatio super aduentum Christi	50
Aperire librum est adimplere 7. mysteria	51
Apostoli recte dicuntur seniores	42
Apocalypsis, quare titulus graecus	1
Apostoli dicuntur uenti & nubes	67
Ap'l gram & pacem a Christo susceperunt	45
Apostoli etiam propheta dicuntur	95
Apostoli quando acceperunt librum aptum	95
Apostoli summam habuerunt scribendi auctoritatem	96
Apostoli & sancti, prophetae sunt uelut chordae in cytharis exarsse per afflictiones.	134
Ap'l nouerunt scripturarum mysteria	92
Ap'l quare scripturas non explanauerunt	93
Apostoli posterunt nobis fidei fundamentum	93
Apostoli. xij. fundamenta	187
Apostoli excellentiores prophetis	ibid
Ara templi Christus est, templum ecclesiae	74
Arae testamenti incarnati Christi	108
Arma draconis	114
Arma Michael & sodorum eius	ibi
Arioni sunt equorum cauda	89
Arrius puiax, diaboli satellites	96
Arrius maledictus refutatur	60
Arrij blasphemata ex odio	150
Arrij haeresis	118
Arridere opusculis	19
Aqua scripturae, Iudeis sit sanguis	148
Aqua in mare genium descendit,	7
Aquila uolans, scriptura sacra	80
Aquila sanguis	147
Athalia	157
Auaritia Balaam	26
Idem gessit tyrum uenaliu sacerdotum	ibi
Auaritia ecclesiasticorum	100
Aurum ignitum & probatum	38
Autoritas libri Bpocalypsis	192
Augustus Octavianus	123
B abyloniae regnum, cui assimilatur	88
Babylon auitas diaboli, per mortem Christi adau dit	138
Babylon quare bonum faciat	168
Babylon ironice uirgo dicitur	165
Babylon addit per passionem Christi	164
Balaam in libro Iob dicitur Elui	25
Baptismus est mare uitreum	142
Barabbas bestiae character	176
Beatis omnia gratis donata	185

Beati ter dicant alleluia, aut sepius	168
Beati cantant iudicium & misericordiam	168
Beatorum carmen	169
Bellum draconis	120
Bestia adulatores	125
Bestia aliud significat, aliud nomen eius	131
Bestia dicitur de mari simul ascendunt	128
Bestia antichristus	102
Bestia de abyssu descendens	103
Bestia car decem habet diademata	122
Boni prius accipiunt mercedem, deinde impij exterminantur	107
Bestia multitudo populorum	155
Blasphemia in piorum contra uerbum dei	153
Blasphemia in deum, est rebellio contra prelatos	149
Blasphemia grauis, defendere peccatum	149
Blasphemia nominis	122
C alamus similis uirgæ	96
Calculus candidus in resurrectione iustorum	27
Calix duplex	153
Candelabra duo	100
Candelabra 7. sunt unum candelabrum	14
Cantare nouum cantum	53
Cantus meretricis damnatur	167
Cantus sanctorum non damnatur	167
Capilli mulierum & c. quid designant	83
Capilli filij hominis candidi & c.	15
Capilli eiusdem uerba diuina sunt	ibi
Carmen beatorum	169
Carmen coelestis exultatibus	168
Caro Christi aspersa sanguine	172
Centum quatuor milia, quale mysterium significant	68
Chananei tertia pars hominum dicuntur	78
Chananei facti sunt absinthium	79
Charitas prima, est principale bonum	21
Chirographum in cruce deletum	116
Christianos oportet esse oculus plenos	46
Christus quare cum nubibus ueniet	8
Christus est testis fidelis	5
Christus liber a iudicio mundi	6
Christus lauit nos a peccatis nostris	ibi.
Christus dilexit nos prior	ibi.
Christus lauit eos qui non erant	ibi
Christus fecit nos regnum & sacerdotes	ibi
Christiani nihil proprium possidentes	113
Christiani omnes quomodo sunt sacerdotes	7
Christus deus omnipotens	10
Christus lucerna & lumen	14
Christus, qualis fuerit in medio 7. candelabrorum	14
Christus post ascensionem suam uisus	17
Christus quomodo angelus dicitur	ibi.
Christus quomodo sit primus & nouissimus	18
Christus est lignum uitæ	22
Christi passio, nostra est consolatio	23
Christus, quomodo dicitur factus nostras miserias	23
Christus est stella matutina	32
Christi generatio spiritalis	36
Christi pater David spiritalis	ibi
Christus lanceatus, factus est ostium	39
Christi ecclesia, est sedes in celo	40

Christus patri regnum acquisiuit	ibi.
Christus oculus plenus ante & retro	40
Christi factus quatuor	48
Christi mysteria, sunt 7. signacula	50
Christus radix David secundum diuinitatem	51
Christus, agnus & leo est	52
Christus diuitiarum contempitor, nobis in exemplum	ib
Christi testes contra Iudeos, sunt tripliciter	ib
Christus a paucis adoratus ante passionem	53
Christus est dignus aperire librum	ib
Christo attribuntur multa insignia nomina	55
Christum quomodo deus exaltauit	60
Christus, Baruchus bene dicitur domini dicitur	63
Christus est magni consilij angelus	67
Christus est uera in templo ara	74
Christus est magnus angelus & mediator	75
Christi corpus figuratur per aureum thuribulum	ib
Christi stat yugus leonis	92
Christus est angelus lapidatus in mare mittens	167
Christus fidelis & uerax	171
Christus in singulis uirtutibus coronatur	172
Christus rex regum	173 & 174
Christus gladio oris separabit in iudicio agnos ab hæcibus	173
Christi uestimentum uarie accipitur in scripturis	174
Christus dominus dominantium	174
Christus post ascensionem quomodo de celo descendit	178
Christus mons magnus & altus.	186
Christus est ecclesie altare.	97
Christus dat os & sapientiam suis discipulis	98
Christi bonitas nos preeminens	105
Christus signa uanitatis non fecit	130
Christus qualia signa fecit	ib
Christus neminem cogit ad fidem	ib
Christi character sine personarum acceptio est	ib
Christus sicut sol super nubem candidam	139
Christus dupliciter in capite coronatus auream	ib
Christus angelus dicitur	140 & 174 & 177
Christus lapis mundus & c. candidus	145
Christus ante quam nasceretur ex uirgine, reges uisit	160
Christus angelus de celo descendens	163
Christus lux mundi	ibi
Ciathi, prophete sunt & legis doctores	142
Ciuitas magna diaboli & imperatorum	103
Ciuitas diaboli, non unum habet caput	154
Ciuitas dei, unum habet caput	ib
Ciuitas Christi, ecclesia super Christum fundata	186
Claues mortis & inferni, quis habeat	18
Clauis David, quare dicitur	34
Clauis David, gratia spiritus sancti	ibi
Cælum pro aere	114
Cælum recedens, scientiam legis designat	66
Cæli, apostoli dicuntur	67
Cælum apertum, prospectus dei ad nos	171
Cælum apertum, prospectus dei ad nos	58
Collyrium humilitatis est	166
Concupiscentia mundi peribit	162
Conditio regnorum temporalium miserabilis	162
Confessio fidei iohannis	3.
Confessio demonum, qualis	57
Confessores luadati, aqua & spiritu renati	43

Congregatio turorum in uaccis, populorum sunt hæc	96
reita	96
Consilium Nixinum	118
Consilium unum prodendi populum dei	160
Consilium serpentis antiquum	ibi.
Constantius Augustus seuit in ecclesiam	119
Consideratio antiqua patrum	130
Consideratio patrum insufficiens	ibi
Consolatio iustorum	158
Consolatio iustorum in tribulatione	167
Corpus diaboli, generatio Cain	110
Capitulum draconis septem, quid	110 & 121
Cornua duo iohannis & Mambres	128
Cornua similia agni	128
Cornua decem bestie	111
Cornua 7. & oculi septem, qui sint	52
Corruptio fratris euangelica, qualis sit	32
Coronam quomodo aliquis perdit	35
Coronas ar mitebant ante thronum	48 & 49
Corpus Christi designatur per thuribulum aureum	76
Creaturae aliquæ quomodo laudant deum & agnum	56 & 57
Creatio hominis duplex	49
Creaturae aliquot quare tacent de morte agni	56
Crudari mensibus quingis, quid sit, & alia quæ ad idem consequuntur	82
Crucis signaculum prefiguratum	133
Crystallus quid designat	186
Culus demonum per Christum cecidit	179
Cupiditas meretricis	155
Cupiditas regum	155
Cyathi sub lege, phylax sub euangelio	145
Cythare sanctorum, quæ sint	53
Danielis uisio quatuor bestiarum, duplicem habet ordinem	123
David est spiritaliter pater Christi	ibi
Deus & irascibilis, & misericors	179
Damnationis due causæ	168
Deus an uelit bonum	179
Desertum, locus contemplationis	155
Deus omnia precesant gesta regnorum	162
Deus quomodo Christum exaltauit, & dedit ei nomen	60
Dextram tenentes, deum uidebunt	17
Deus sustinet malos, & punit eos in exemplum pro electis	179
Deo resistere nemo potest	144
Demonum qualis confessio.	57
Deus pro qua causa rectissime adoratur	48
Diaboli preuaricatio triplex	132
Diaboli nomina uaria	178
Diabolus & hæreticus, mors sunt & infernus	61
Diabolus ligatus	178
Diabolus bene scit, Iesum esse Messiam	177
Diabolus gentium legislator	117
Diabolus deo mortuus, uiuit peccato	124
Diabolus in aduentu Antichristi soluetur	179
Diabolus quomodo mortuus est	147
Diabolus quos in carcere missurus	24
Dies x. quid designent	24

Dies pro annis ponitur	104
Dignitas dei ad sanctos, sicut sol ad stellas	49
Diuitius Christus contempsit	52
Dominus exercituum	172
Draco magnus & rufus	110
Draco quomodo in celo	114
Draco quare 7. habet diademata	122
Draconis arma	114
E cclēsia habet adhuc multa sandala	106
Ecclesie cantus, uox magna de celo	116
Ecclesie sponsus, dicitur dilectus	7
Ecclesie triplex status	2
Ecclesia super montem magnum, qui est Christus, edificata	186
Ecclesia prior ascendit de Aegypto	148
Ecclesia posterior, de baptismo	148
Electi uiuent, non per se, sed per Christum	161
Enunātionis quatuor gratie, meritis & premijs	135
Episcopi & sacerdotes, qualis esse debent	33
Equus pallidus, hæreticorum est inuidia	60
Equus rufus diaboli	59
Equus niger falsi fratres	ibi
Euangelista angeli dicuntur	137
Euangelium omnibus gentibus & linguis cõ	137
Euangelium in publico non erubescat	137
Euangelij uolatus	137
Euangelistarum uarie species	138
Euangelista sunt quatuor animalia in medio sedis	43
Euangelia quatuor in aruitu sedis	44
Euangelica corruptio fratris	32
Eucharistia sacramentum est, manna absconditum	27
Eufrates	150
Exasatões terrenorum	175
Exempla ueterum quomodo sequamur	136
Exemplum pseuerantie de Christo	24
Exemplum fortitudinis a Christo	28
Excõitatio per prelatos	149
Exitus & pœna Iesabel regina	29
Expectatio antiquorum de Christo	50
Exprobratio contra Iudeos	174
F ades hominis incarnationem designat	58
Fades uitali, est passio Christi	59
Fades Christi quatuor	48
Fades Christi ut sol lucens	17
Fides sine charitate nihil prodest	21
Filij Israel tres a mulieribus & c. decepti	ib
Filie Adian quos designant	26
Filius cum patre uenturus	4
Filij Abrahæ, non carne, sed fide	68
Filij Sem & Abrahæ, quibus comparantur	79
Filij hæreticorum sunt illorum imitatores	30
Flagellum de funialis, quid sit	62
Flumina gentes designant	78
Fornicatões Israel in Aegypto	179
Fornicari est a deo ad creaturam	154
Fortitudo dei	144
Fumus quo excecati sunt Iudei, gloria trinitatis	145
Fumus in apocalypsi, est incensorum effectus	75
Fumus puri, sapientia huius seculi	81

G abriel & Michael prædæque nobis bene uolunt	74
Gabriel præpositus est præliorum	ibi.
Gaudium æternæ uitæ ineffabile	ib
Gaudium propter nuptias sponsi & sponse	169
Genealogia Christi p̄ adoptiuos	44
Generatio Christi spiritalis	36
Genus in reprobum sensum datæ p̄pter contēptū	146
Genus equi dicitur, a diabolo agitatū	87
Gentiles mare	117
Genes irate contra Christum	107
Genus designatur p̄ mare & flumina	77.78
Gladium qui sumit, gladio perit	127
Gladius magnus, longa p̄ccato	59
Gladius oris Christi, iudicium eius	16
Gloria uerbi incarnati	39
Gratia prima uirginitas, & secunda pœnitentia	192
Gratia prima uirginitas, & secunda pœnitentia	34
Gratia & pax, quare coniunguntur	4
H elium sequitur prælati contra hæreticos. 29.	
Helias oliua & candelabrum olim	101
Helias emisit ignem ex ore	ibi
Helie potestas	102
Helie amicus	100
Hæretici sunt congregatio taurorum in uacis populorum	96
Hæretici sunt mors & infernus	61
Hæretici peccant in sp̄m sanctum	150
Hæretici designantur per Iesabel	28
Hæretici negant diuinitatem	10
Hæretici huic libro in se	11
Hæretici poenam Iesabel patientur	30
Hæretici suos filios relinquunt hæreticos	ib
Herodis uanitas per Iosephum.	125
Hieroboam aureos fecit uisus	156
Hierusalem meretrix	157
Hierusalem quō noua descendit de celo	36
Hierusalem sicut sol & luna perfecta	65
Hierusalem dicitur Sodoma & Aegyptus	103
Hierusalem quare ciuitas sancta	186
Homines duplex est creatio	49
Homines angelis erunt equales	189
Homines habentes oculos ante & retro, q̄ sint	46
Horæ, dies, mensis, annus, quid significent	86.
Multa quoq; de eadem re pulchra	ibi
Hostes Israel, scorpiones terra	81
Humilitas Iohannis de seipso loquentis	136
Humilis cruciatur laudibus	38
Humanitas Christi, quæ dono accepit	1
Humilis descendit	186
I acobus frater domini potest dicitur Zacharias	63
Iacobus dicitur Zacharias, sicut Iohannes Bapt.	
Helias	65
Iaspis quid designat	186
Iesabel typum gerit hæreticorum, & prima fudit sanguinem p̄phetarum	28. & 29
Eadem mulier hæretici dicitur	ibi
Iesabel	157.

Iesabel quō dicitur missa in lectum	30
& quō omnes p̄pter ipsam plagati	ibi.
Ignis, fumus & sulphur, quid sint	88
Ignis purgatorius	189
Illusto iudeorum in Christum pendētē in cruce	103
Impij nomen nouum non habent	27
Impij exterminantur	107
Impij dicitur terra & mare	117
Inarnatio faciēs est hominis	58
Inardium mundi ultimum, miserum exhibit spectaculum	166
Incausa, sunt preces sanctorum	74
Inebriari per cupiditatem amissa discretione	155
Inexasabiles qui Antichristo p̄pter signa credūt	129
Inimicitia inter mulierem & serpentem	109
Impoenitentes sunt tertia pars hominum	77
Insignia septem angelicæ laudis	55
Insignia 7 in priore uisione	49
Inuidia regum contra seminam, unde secuta	162
Iohannes p̄terea p̄s in regno & præpor	8
Iohannes quare admiratur	157
Iohannes imitator Zacharie	9
Iohannes baptista angelus dicitur	140
Iohannes quare nomen suum triplicat	11
Iohannes in tribulatione particeps	12
Iohannes ubi calicem amarum bibit	12
Iohannes pariter p̄s in regno & patientia Iesu	ibi.
Iohannes quō fuit in sp̄u	ib
Iohannes usq; ad tertium coelum raptus	13
Iohannis euangelii contra Chertinum	ibi. 20
Iohannis in arduis ad ieiunium se conuertit & orationes	14
Iohannis prerogatiua supra omnes ap̄tos	18
Iohannes quō fuit in sp̄u	40
Iohannes aquilam representat	44
Iohanni q̄ communicatio cum ceteris ap̄tis	96
Iosephus de morte Iacobi	62
Ira diaboli in quo nunc maior in fideles quam prius fuit	118
Ira dei, post iram peccatoris	107
Iris celestis quid designet	90
Iris signum p̄p̄tationis est	40
Israel est sol obscuratus & c.	31
Israel traditus p̄pter sua peccata	34
Iuanditis in celo	190
Iudei eadem fecerunt que gentiles	ib
Iudei bene sauerunt Iesum esse Messiam	1
Iudeorum dispersio, sicut gentium uocatio	65
Iudei sanguinem bibere digni sunt	148
Iudei nonnulli ad idola conuersi	112
Iudei irati contra Christum	107
Iudei mare	147
Iudei terra	117
Iudeorum duplex tribulatio	141
Iudeorum uita execrabilis	177
Iudei sunt terra diaboli	116
Iudei quō dicitur de genere Cham	87
Iudei unigenitum occiderunt	9

Iudei sub græcis idololatre	87
Iudei gens terrena	62
Iudei uag. sicut olim Cain	ibi
Iudicium non intrandi cum Christo	172
Iudicia dei quatuor & pessima	61
Iudicium per ignem, quō ueniet	75
Iudicium dei non est sine misericordia	41.
Iudicium dei duplex de mundo	40
Iudicium orationum David	75
Iusti quoq; in iudicio timebūt, tantus erit terror	105
Iustitia dei occulta	144
Iustitiam esurientes, saturabūt	72
Iusti in tribulatione consolantur	67
Iusti fulgebunt sicut sol	190
Iustus de iudicio quō latatur	177
Iustorum consolatio	158
Iustorum gloria	104
Iustorum tribulatio a septem capitibus bestie	158
L actiue abundantia fulmen est	191
Laudes & præconia spernit humilis	38
Lamentatiōes typicæ sup Iohannem	9
Lex ignea, quō ab angelo missa	75
Lex nunc spiritaliter intelligenda	140
Lex dependente in cruce	104
Libre. cxx. & ordeo. scriptico	60
Liber Apocalypsis, sacra scriptura est	49
Liber in dextera, diuitia & gloria in sinistra	50
Liber melior q̄ diuitia	ibi
Liber agni	126
Liber uitæ	126
Liber in quo carmen, uæ, & lamentatiōes	166
Liber iste est abus solidus p̄fectorum	19
Liberalis timor	170
Lignum uitæ, Christus est	22
Linguae tres sunt sacre	70
Loquitur de fumo, hōs sunt filiorū Israel	81
sed non per p̄p̄tationem	82
Loricæ triplex, quid designent	88
Lumbare apud Hieremiam, quid sit	
De eodem quidnam ipsum designet	86
Linguae per superbiam confuse & diuise sunt	161
Lumen in terra, scriptura	190
Luna tota ut sanguis est facta	65
Lux duplex	16
M agica de ore bestie exijt	151
Magica ars, bestia est	128
Magi ranis similes	151
Magorum prestiga tempe Antichristi	128
Malum facere, deo non placet	162
Malum culpe, non uenit, deus creat	ibi
Mama absconditū, eucharistie sacramentū	27
Mammonæ qui seruiunt	125
Mare uitreum, quare dicitur	143
Mare baptisimus Christi est	42
Mare uitreum, est contra factos & hypocritas	ibi
Mare gentes significat,	77
Martyres ab imperatoribus uenerantur	180
Martyres habent assistentes, angelos in suis supplicijs	115

Martyrum fiducia contra p̄secutores	47
Martyres quō pugnent	115
Mattheus est leo, scdm Augustinū	45
Mendacium est sedes bestie	149
Mensura arundinea aurea	188
Metre templum dei & altare	97
Meratores terræ, diuiter facti sunt	164
Meretrix cupiditas	155
Meretrix due unius matris filia	157
Messias duplex	139
Michael angelus est p̄p̄tationis	74
idem, princeps populi dei olim	ibi.
Michael angelus iuxta aram p̄ccato	ibi
idem ubiq; in officijs angelorū præfens fuit	75
Miracula ex fide patrum olim facta	75
Miser, qui se aliquid esse putat	37
Modus optimus corripiendi peccantes	22
Mundus uniuersus una ciuitas ante aduentum Christi	153
Moyses etiam angelus est	140
Moyses de altari quō exit	141
Moyses quare contra Iudeos clamauit	ibi.
Mors magnus missus in mare	77.
Mors secunda, mors anime	24
Mors per unum hominē intrauit	71
Mortis Christi quanta bona	116
Mulier amicta sole & luna, ecclesia est	108
Multa nomina præclara Christo attributa	55
Mundana omnia peribunt	166
Mundi ultimum incendium miserimum	ibi.
Murmuratores quō fuerunt de tertia parte hoim.	79
Murmuratoriū neq; sol luxit, neq; nox	ibi
Murmuratoriū ultio non fuit prænuntiata	80
Murmuratio plebis, sicut locutio asine	26. 27.
Murus ciuitatis Hierusalem	186
Mysterium numerorū notabile	87.
Mysteria sp̄s sancti in septem	5
Mysteria multa exprimumur, 56. columna	
Mysterium numeri septenarij	16
Mysterium numeri in a & o	10
Mysterium trinitatis in quo numero	68
Mysteria uestitus pondere & c.	14
N abuchodonosor	122
Neronis odium in regnum Roma.	61
Nomen nouum, filios dei designat	27
& est filius dei	36
Nomen ciuitatis dei	36
Nomina scripta in libro uitæ, soli deo cognita	172
Nomina scribuntur q̄dā in libro uitæ, q̄dā in terra.	126
Nox terre & mari, quid sit	68
Nubes iudicij, erunt tempestuose	8
Nubes caro immanulata est	139
Numerus sanctorū in scripturis bifariā intelligitur.	70
Numerus nominis Christi	130
Numerus bestie	ibi
Numerus 144.000. ex duodenario multiplicabitur.	133
Numeri istius mysterium	134
Numerus creatoris est septenarius	131
Numerus septenarius dei & agni	132

Numerus hominis, non dei, in Antichristo est	131
Numerus 666, quid significabat	132
Numerus filiorum repromissionis	135
Numerorum mysteria	97
Numerus par, triplex est	97
Numerus perfectus	ibi
Numerus superfluus, quid significat	98. & 99
Numerus septenario, de signatur uniuersitas	71
O culi filij hominis, flamma ignis	15
Oculi Christi, ut flamma ignis	28
Odium Neronis in regnum Roma.	161
Odium Amalech & Edon, contra filios Israel	147
Offerre nos ipsos, est sacerdotio fung	8
Oliuæ duæ	100
Opera dei magna & mirabilia	143
Opera misericordie, p sex alas in apocalypsi	46
Oratores David, quales fuerint	75
Orationes quæ, inmensa digne uocantur	75
Ordo duplex septem spuum	39
Ordo septem spuum domini duplex	185
Ostium Christus est factus, quando lanæatus	39
P assio Christi, fortis clamor, per quam cecidit babilon	164
Passio Christi, nostra consolatio in aduersis. 23	
Passio Christi, fundamentum omnium	188
Pastores aliter & ruralia, aliter nauale iugbunt.	167
Patientia sanctorum in seueritate iudicij	138
Patres sub lege quo baptizati	142
Paulus, quare se iactat raptum	143
Pecatum est causa libri mortis	127
Pecatum sacerdotum	100
Pecatum oculum quale fuerit	32
Pecatum grauisimum, letari in rebus pessimis	103
Pecatum defendere, blasphemia	149
Pedes Christi quo similes aurichalco	28
Pedes bestie qui sint	123
Persecutores sanctorum flumina	147
Persecutio in Christianos	119
Persecutio sub Antichristo	122
Personarum distinctio in uocatione ad fidem non est.	175
Peruersitas in reges terra	163
Pes dexter super mare &c.	92
Pharao quo induratus	162
Phyala apostoli sunt, & uiri apostolica	142
Phyala data sunt in die Pentecostes	145
Phyala a tuba differt	146
Phyala plene odoramentorum, quæ sunt	53
Philosophorum gentilium uanitas	151
Plage septem	146. & 147
Pœna Isebel omnes monet hereticos	30
Pœnalis timor	170
Pœnitentia in fine mundi fera	166
Pœnitentia Achab regis	29
Pœnitentia tempus quo a deo conceditur	ib
Pœnitentia diuersimode agitur ab hoibus	30
Pœntia de ore bestie exijt	151
Pœntiarum scientia in flammâ	ibi
Pontificum autoritas in ecclesia	180

Perisurum regnum Vrso simile	85
Porta autantis Hierusalem	187
Potentis seculi mare	147
Potentis ois a domino deo est	86
Preces sanctorum, sunt inmensa	74
Prædestinatio, cœli sunt	117
Prædicatores euangelij, sunt 7. angeli cœi phyalis	142
Prælati contra hereticos Heliam seq debent	27
Prælati in docti reprehenduntur	27
Prælati ecclesiarum, quatuor aialibus comparantur	45
Prelum quo draconem a templis & aris pulsus est	113
Prelum in cœlo	114
Præsulum autoritas	18
Præsules ecclesiarum quales sunt	19
Præuariatio diaboli triplex	132
Primitia messis apostoli	140
Primogenitus mortuorum quis sit	6
Principium creature dei.	37
Promissio penitentium.	32
Prophecium uirtutum a timore ad charitatem	28
Prophecia duo testes	98. & 99. & 100
Propheciarum desiderium	109
Prophecia uisiones suas intelligebant	40
Prophecia quo intelligendi	187
Prophecia fundamenta dicantur	ibi
Prophecia tria sunt tempora	2
Prophecia pprie de futuro	ibi
Psalterium decem chordarum	143
Pseudo propheta quis	176
Pseudo propheta apprehensus cum bestia, quis	ibi
Pulchritudo falsa in auro, & in gemmis	166
Purgatorium	189
Puteus abyssus, mendacium est	81
putei fumus, sapientia huius seculi	ibi
Q uestio prolata de Iohannis angelo	17
uestio, an deus uelit bonum	179
A dix David est Christus	51
R ebellio contra prælatos, in deum blasphemia est	149
Redemptio per agnum uerum	54
Reges decem, in regnis septem	155
Reges & principes, sunt capitum in. audis.	89
Reges seculi, serui sunt terra	6
Reges & principes iudeorum, qui sint	66
Regna septem contra fidem eccle	110
Regna septem, quare montes dicantur	159
Regnum templum conditio miserabilis	162
Regnum Alexandri, pardo simile	123
Regnum Macedonia post mortem Alexandri	111
Regna septem contra populum dei	155
Regnum & sacerdotes facti sunt serui peccati	54
Regum cupiditas	155
Reprehensio negligentie	25
Reprehensio terrenorum, q Antichristum repulit.	124
Resurrectiones duæ	180
Resurrectio duplex qualis sit	94
Rex filiorum superbia	126
Romanus in Christianos sauebat	159

Romanum imperium, bestia & diabolus est	176
Rumpax ex utraq; parte datus, sermo dei est	25
S acerdos conductus damatur	27
Sacerdos mali, Balam comparatur	26
Sacerdotum autoritas in ecclesia	180
Sacerdotes & Episcopi quales esse debent	35
Samaritanæ meretrix	157
Sancti quomodo sunt serui & amici	54
Sancti consolati	170
Sanguis sanctorum & martyrum	156
Sanguis usq; ad frenos equorum	141
Sapientia in otio & solitudine	119
Sapientis mundi stulti effecti	150
Sathana altitudine qui non cognouerunt	31
Sathana altitudo est apparens	ibi
Sathan ligatus mille annis	178
Sacerdos cum peccat, uiue ad infernum descendit.	176
Scorpiones terre, hostes Israel	81
Scriptura ar aquis & conitruis comparatur	154
Scriptura sacra, uox est de cœlo	ib
Scriptura sacra, per tres alas exprimitur	46
Scriptura sacra, aquila	119
Scripti in libro uitæ	158
Scripta ab origine mundi	126
Scriptura, est lumen hic in terra	190
Sedere in throno, quis dicitur.	38
Sedes in cœlo, ecclesia Christi est	40
Seclia senatorum. 24.	41
Seniores uiginti quatuor, omnes ecclesie patres	106
Seniores aur sic dicantur	42
Seniores recte dicantur apostoli	ibi
Sensus multi, in syllabis pauid	ibi
Sententia non est præcipienda in episcopos	21
Septem milia hominum	105
Sepultura Christi	104
Serpens antiquus	115
Seruus in cœlo dulcis	192
Sigilla 7. sunt 7. mysteria Christi	50
Significare & palam facere, differunt	ibi
Signo crucis signantur serui dei	67
Signum dei in frontibus, quid sit	82
Signa Antichristi, ante quos facta sunt	129
Silentium in cœlo factum, quiete significat	72
Similitudo hostium Israel cum scorpijs	82
Similitudo inter equos & locustas	83
Simonia condemnantur, & clerici formicatores	26
Smaragdus nimia uiriditatis	41
Sodomite aur dicantur terra pars terra	77
Sol & aer obscurati, Israel est	81
Sol niger & facas alianus	65
Spectaculum miserum in ultimo mundi incendio	166
Spiritus unus & idem per omnem scripturam sacra.	154
Spūs sanctus uox de cœlo in uarijs linguis	165
Spūs immundi præsent magis poetis, philosophis	151
Spiritualia nequitie in cœlestibus	114
Spūs consilij in 7. tubis	76
Spūs consilij boni, ex deo est	34
Spūs prophetie	170
Spūs consilij aperiet. 7. tubarum mysteria	73

Spūs Iohannis, liber in exilio	ibi
Spūs sapientie septimus	37
Spūs 7. loquuntur 7. ecclesijs	20
Spūs fortitudinis post spūm sapientie	28
Spūm septem, duplex ordo	39
Spūs septem, sunt unus spūs	5
Spūs sapientie	170
Spiritus intellectus	171
Spiritus consilij	ib
Spūs fortitudinis	ibi.
Spūs pietatis	ibi.
Spūs sciencie	ib
Spūs timoris domini	ibi
Stagnum ignis ardentis & sulfuris	177
Stanes ante thronum, qui sine	70
Statera in manudiboli	59
Statio in sula super arenam maris	120
Status ecclesie triplex	2
Stella matutina, est Christus	32
Stella q de cœlo cecidit, diabolus est	81
Stelle ceciderunt super terram	65
Stelle .xij. sunt .xij. tribus Israel	109
Stelle quomodo teneantur ne cadant	ib.
Stelle 7. qui sine	16
Stephanus de templo exijt	145
Stola est altus seu uerbum dei	65
Stole decalbantur in sanguine agni	ib
Stole albe, quibus sum date	ibi
Stole gemine erunt sanctis post resurrectione	64
Superbia diaboli	115
Superbus adit	186
Synagoga Sathane, quos habeat	35
T emplum tabernaali, ecclesia est	144
Templum domini, quare aptum est	108
Templum dei, quare in cœlo	71
Tempora persecutionis ecclesie	119
Tempus penitentie non erit ultra	107
Terræ motus in cordibus hominum	152
Testes Christi contra Iudeos, sunt triplices	52
Testes duo contra hereticorum multitudinem sufficiunt	99
Testimonium Iesu	169
Testimonium Iohannis uirtutum	2
Testamentum uetus, uni tantū genti datum	136
Testamentum nouum datum cunctis gentibus	137
Testimonium martyrum imperfectus, q Christi	6
Testis fidelis & uerus	37
Testis fidelis est Christus	5
Testium duorum potestas	102
Timor duplex	170
Timor iudicij pœnalis	157
Timor est quoddam pondus	51
Tonitrua & terræ motus in datone tum legum, tum euangelij	108
Tonitrua septem 7. sunt oracula pphetarū	92
Tribulatio iustorum a septem capitibus bestie	158
Tribulationes exigunt spūm pietatis	23
Tribulationes quo timeri possunt	24

Tribunal summū in eccl'a, sedes Romana	180
Tribus Dan, quare omittitur	69
Tribus Iuda, ar primo loco ponitur	ibidē
Tribus multe in una gente	70
Tribuum Iudaiarum non unus ordo	68
Tuba. 7. contra peccata Gentium	76
Tuba prima contra Sodomā & Gomorrā, & quid re liq̄ designent, in subsequētibus folijs inuenies.	77
Tuba differt a phylala	146
Tuba septima nouissimi iudicij	105
Tunica pellicea, signum miserie	64
Turibulum aureum, est fides.	74
Idem est corpus Christi	76
V Ac tria ultima prædicta sunt in scripturis.	80
De primo	85
Valens imperator Arrianus	119
Vasa misericordie ab ira dei præseruata	142
Veni & nubes dicitur apostoli	67
Verbū dei adulterātis, quomodo conuincēdi	27
Verbi incarnati gloria	39
Veritas domini	144
Veritas scripturæ, per sex alas designatur	46
Vestimen Christiuarie accipitur in scripturis	174
Victor passionum humanarū, quis sit	31
Vie domini due.	144
Vigilandum est omnibus	32
Vinea domini filij Israel	173
Vinea domini, domus Israel	ibid

Vinea a vite dicitur, q̄ Christus est	52
Virginitas carnis	154
Virga ferrea, est inflexibilis iustitia	173
Virga ferrea, est omni rectitudo	31
Virginitas non est supbiendum	37
Virginitas, prima gratia	34
Virtutem habere modicam, quid sit	38
Virtus modica q̄ sit	19
Virtus dei	106
V. si. num modi sunt tres	13
Vita actiua in aruitu, intus contemplatiua	47
Vite æternæ gaudium ineffabile	72
Vniuersis dicantur, q̄ uni dicantur	22
Vniuersas malignorum una bestia	180
Vnicas Hebræos, binarius gentiles designat	87
Vacatio animi ad apostolorum	175
Vox aquarum sacræ scripturæ	16
Vox aquarum multarum	ibi
Vox admirationis dei	47
Vox alarum, exaltatio superbie	8

Z Acharia duo fuisse uidentur
Zelus Phineæ sacerdotis

F I N I S .

PROLOGVS RVPER

TI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM

Iohannis apostoli, ad Fridericum Archiepiscopum Colonien.



T TV quoq; ò uenerabilis Colonienfium Archi-
præful FRIDERICE, præsentis & expreffum in
fcripturis ueritatis exemplum perdocet, cunctis ad
ueram repromiffionis terram tendētib; quo sint
mites, spiritu pietatis opus est. Beati nāq; mites (ait
ipfe dominus) quoniā ipfi poffidebunt terrā: immi-
tes à beatitudine excludēs, quoniā ipfi non poffide-
bunt terram. Vrorūq; fcilicet & eorū qui sunt mites,
& iccirco poffidebunt terrā: & eorū qui sunt im-

Matth. 5
Mites pof-
fidebunt
terram.

Nun. 15

mites, & iccirco non poffidebunt terram, notū & celebre exemplū in illis explo-
ratoribus expreffum est: quos iubēte domino miferit Moſes ad confiderandā ter-
ram Chanaan. Nam qui ex illis mites fuerunt, id est, qui ueritatem ſcientes, ei
non repugnauerunt, uidelicet Iofue filius Nun, & Caleph filius Iephone, dicen-
tes: Terra quam circūiimus, ualde bona est: ſi propitiuſ fuerit dominus, indu-
cet nos in eam, & tradet humū lacte & melle manantem, nolite rebelles eſſe con-
tra dominum: ipſi poffederunt terram: cæteri autem, qui immites & rebelles fu-
erunt aduerſum ueritatem, & contra conſcientiam propriam loquentes, dicen-
tes: terra quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos: ipſi non poffederūt eam
dem terram. Quid autē ſacra nobis ſcriptura, niſi uera repromiffionis eſt ter-
ra: Deniq; quod fuit illis corporaliter de Aegypto exire, & in illam repromiffi-
onis terram introire, hoc nobis eſt de tenebris ignorantie exiſſe, & ad notitiā
dei per ſcripturarum ueritatem introire. Imò abundantius nobis hoc eſt, uide-
licet quantum umbram aut figuram præcellit corpus aut res. Nondum quidē
dum ſcripturas legimus aut intelligimus, facie ad faciem dominum uidemus:
ueruntamen ipſa dei uifiō, quæ quandoq; perficiēda eſt, hic iam per ſcripturas
inchoatur. Et quæ nam terræ huius, id eſt ſanctæ ſcripturæ pars uberior eſt, q̄
hic liber Apocalypſis Iohannis apoſtoli: ad quam uidelicet partem ſtudioſa
meditatione explorandā, me tuarū maxime colloctionū iucūditas excitauit.
Inſtabat enim uir religione illuſtris, & in ſacris ſtudioſus literis, dominus Cu-
no abbas cœnobii. Sigebergenfis, quæ dā libri huius capitula prius ſeorſum, de-
inde te quoq; audiente proponens: ea uidelicet intētionē, ut & tibi compertum
eſſet, quod ego (ut putabat ipſe) ultra id, quod antiquiores patres librū hūc ex-
ponendo ſenſerunt, uel dixerunt, aliquid utiliter ſupererogare poſſem. Agebat
hic per nimiam ſuæ mētis beneuolētiam, qua iam dudū de paruitate mea ſentire
cæperat altius, q̄ ſe habet ingenii mei poſſibilitas. Nimirū & ante & poſt eaſdē
collationes, ut hoc opus aggrededer, inſtitit: nec perſuadēdo deſtitit, donec ran-
dem, ut uolebat, euicit. Quæ inquam ſacra ſcripturæ ſeries, hac Apocalypſi, aut
in ſuperficie pulchrior, aut in ſenſu eſt locupletior: Etenim (ſicut ante nos di-
ctum eſt) tot habet ſacramēta, quot uerba. Parum dictum eſt: & pro merito uo-
luminis

Scriptura
ſacra dicitur
terra
repromiſſi-
ſionis.

Quæ ſuc-
rit autori
occafio
ſcibendi
Cuno Ab-
bas Sige-
bergenfis

Latus libri
Apocalyp-
ſeos.
A. S. Hic.

onymo in argumēto libri. Contra hæreticos huic libro detrahentes.

luminis laus omnis inferior est. In uerbis singulis multiplices latēt intelligentie. Ut igitur terram istam possideamus, fidelium exploratorum, qui mites fuerunt, exemplū sequamur. Dicendo contra immites hæreticos, huic terræ detrahentes, quoniā terra quam circūiimus ualde bona est. Ipsi dicūt, terra quā lusitruimus deuorat habitatores suos: sed mentiūtur. Non enim terra ista, terra dei, deuorat habitatores suos: sed suā ipso adinventiones deuorant super eos: sicut murmuratores illorum quosdam, nō illa repromissionis terra, quam non attigerunt: sed ipsa quam calcabant terra deuorauit & deglutiuit, disrupta sub pedibus eorum. Proinde expedit, ut (sicut iam dictum est) mites animo simus, quicumq; hanc terram, id est hanc scripturam ingredimur, & ibi altiore diuinitatum sensuum maiestatem latere arbitramur, ubi adhuc minus intelligimus. Si enim propitius fuerit dominus, introducet nos in eam: & tradet humum lacte & melle manātem, ut inueniamus latentes in ea diuitias salutis, thesauros sapientie & intellectus, consilii & fortitudinis, scientie & pietatis & timoris domini. Sed dicit aliquis: Iā satis est quod alii meliores & sanctiores nihilominus & doctiores inuenerunt atq; scripserunt. Illicitum est, temerariū est, adicere quippiam ad ea quæ à nominatis catholicisq; patribus dicta sunt: atq; ita fastidium legentibus facere, augendo multitudines commentariorum. Ad hæc inquam: Nā mirum sanctarum spatiosus ager scripturarū omnibus Christi confessoribus communis est, & tractandi illas nulli iure negari potest licentia, dummodo salua fide, quod sentit, dicat aut scribat. Quis nāq; recte indignetur, eo quod in eadem possessione post unū aut duos puteos, quos foderunt patres præcedentes, plures proprio fodiant labore filii succedentes? Deniq; Isaac & alios puteos fodit, præter illos quos foderāt serui patris sui Abraham, quos illo mortuo olim obstruxerāt Philistiim. Nam postquam & illos rursum fodit, appellauitq; eos eisdem nominibus quibus ante pater uocauerat, sequitur scriptura & dicit: Foderunt in torrente, & repperunt aquam uiuam. Item foderunt & alium. Ac deinceps: Profectus inde fodit alium puteum. Itaq; iuxta hanc regulā, nobis quoque cōcedant, post illos puteos quos foderunt, id est, post illos tractatus quos tractauerūt patres & priores nostri, & alios fodere puteos proprii uomere ingenii, dummodo uiuam & nos aquam reperire possimus, quæ nulli noceat bibenti, nulli scandalum uel errorem faciat legenti. Sed iam gratiæ dei,

Obiectio de supfluo scribendi labore. Responso elegans.

Gene. 26

Psal. 72

tuarq; autoritatis patrociniū fretus, propositum ingrediar opus, solūmodo in domino deo spem meam ponere bonum iudicās: ut uidelicet non hic, sed in futuro recipiam mercedem.

R V P E R T I A B B A

TIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO, RVM LIBER I.



POCALYPSIS IESU CHRISTI. CVM TOTA libri series Græce scripta fuerit, & de Græco fonte in Latine linguæ amnem cucurrerit, sola eiusdem appellatio intacta permanfit, ut apud Latinos diceretur Apocalypsis: quod nomen poterat in reuelationem transferri, uidelicet ob excellentiā rerum, siue myfteriorum, quæ hæc scriptura comprehendit. Sic Alleuia, sic Amen, Hebræa uocabula ob dignitatem sensuum in Græcis & Latinis literis permanserunt. Sic Euangelium in Latinis codicibus de Græco reseruatum est, quo sermone omnes præter Matthæum Euangelistę, conscripserūt.

Itaq; Apocalypsis, id est, reuelatio præcellens, & in sensibus adorandæ plenæ maiestatis Iesu Christi, inquit, id est, saluatoris uncti. Quæ admodum in Psalmo scriptum est: Vniuit deus tuus oleo lætitiæ, præ confortibus tuis. Et quidem multi nomine Iesu quæ uiuocati sunt, sed hic propriam nominis huius habet rationem. Quam subiungēs angelus, cum dixisset, paries autem filium & uocabis nomen eius Iesum, ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Item multi Christi, id est, uncti, fuerūt, sed hic præ omnibus illis unctus est, ut pote in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: illi autem huius fuerunt uel sunt consortes, siue participes. De hoc itaq; sentiendum est, quia sicut omnium, ita & reuelandæ huius Apocalypseos potestatem, quam natura non habebat, eiusdem Iesu Christi humanitas dono accepit. Unde sequitur & dicit: Quam dedit illi deus, palam facere seruis suis quæ oportet fieri cito. Quid enim habet quod non accepit in unigenito etiam filio nostra natura? Quid porro non accepit, aut quod non datum est ei pro eo quod obediuit usque ad mortem, mortem autem crucis? Nihil illi nō subiectum reliquit deus, cum psalmista dicat: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Sed & ipse de seipso dicit, obedientiam iam consummata: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. In isto quoque libro dicit: Et tui mortuus, & ecce sum & uiuus in secula seculorum: & habeo clauēs mortis & inferni. Verum hæc de rerum omnium potestate dicta sunt. Illam, de qua nunc sermo est, scilicet reuelandi celestia sacramenta seruis suis, potestatem humanitas dono accepit: quæ admodum & in hoc libro signficatum est, ubi agnus signatum de dextra sedētis in throno librum accepit & aperuit. De qua potestate itidem spiritus dicit ecclesiis: Hæc dicit sanctus & uerus qui habet clauem David: qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Itaque humanitati quidem Iesu Christi nihil est quod datum non sit, aut quod non accepit: diuinitati uero nihil datum est in potestate, quod ante non haberet. Dicat ergo: Quam dedit illi deus palam facere seruis suis. Aperitius quidē esset, si dixisset, quæ. Sed hic modus locutionis sepe fit in scripturis. Unde est: Bonū certamen certauit, pro eo quod est, bono certamine certauit. Quibus palam facere seruis suis: Illis utiq; quos pro ipsa manifestatione iam amicos dicit, ita loquens sub ipsa apertione libri signati, id est, sub articulo suæ passionis qua scripturas implendo intelligibiles fecit. Iam non dicam uos seruos, sed amicos meos: quia omnia quæ cunctique audiui à patre meo nota feci uobis. Quod autem ait, quæ oportet fieri cito non ita intelligendum est, tanquam ea sola contineantur in hac Apocalypsi quæ futura erant: & non ea quæ iam tunc erant, uel ea quæ ante facta fuerant. Nam postmodum Iohanni dicitur: Scribe ergo quæ uidiſti, & quæ oportet fieri post hæc. Verum quia circa illa quæ cito futura erant summa intentionis est, & propter illa maxime textū, præterita siue præsentia, iccirco recte in exordio cōtentus fuit dicere quæ oportet fieri cito. Sic & Iacob patriarcha in benedictionibus suis non omnino taciturnus erat de presentibus siue futuris, & tamen in exordio solummodo futurorum mentionem fecit ita dicens: Congregamini filij Iacob ut adnuntiem quæ futura sunt diebus nouissimis. Sequitur: Et significauit mittens per angelum suum seruo suo Iohanni. Significauit hoc loco, idem est ac si diceret signauit, id est, quibusdam imaginum sigillis clausit atq; obfirmauit, ut non cunctis sed tantum diligentibus paterent atque studiosis. Nec uero illud præcedenti repugnat dictioni qua dixit: Palam facere seruis suis. Nam alij sunt quibus palam fecit quælibet, & dixit, uobis datū est nosse mysteria regni dei: alij uero quibus significauit, de quibus item continuo subiungit: ceteris autem in parabolis. Deniq; sancti apostoli, quibus datū est in tempore suo nosse mysterium regni dei, tunc scilicet quando spiritus sanctus super eos uenit eosq; inuisibiliter docuit, ipsi sunt illi eatenus quidem serui, sed extunc amici quibus ista palam fecit. Hi autem qui pro qualitate sensuum nesciunt reuereri aut amare celestia, nisi sub

Αποκαλυψις, οργος τικυ λουλιβι, προpter dignitatē myfteriorum, ac sensuum.

Interpretatio tituli. Psal. 44 Iesus, Matth. 1 Christus. Coloss. 2 Dona humanitatis Christi deo. 1 Cor. 4 Roma. 8 Psal 8

Math. ult. Intra 1 * Viuens. Potestas reuelandi à deo, Christo data. Intra 5 Trop. scripturę, quā pro qua. 2. Timot. 4 Iohan. 15

Quæ oportet fieri cito.

* Præteritis. Gene. 49 Differentia inter significauit & palam fecit. Math. 13

Acto. 2

A nomi-

nomi nibus aut imaginibus rerum quæ formidabiles aut venerabiles esse solent sensibus carnis, ipsi sunt quibus eadē significauit. Mittēs, inquit, per angelū suum seruo suo Iohāni. **¶** Iste angelus in figura Christi apparuit beato Iohanni. Quia em cum patre & spiritu sancto filius unus est deus, omnia reuelās, utiq; illum angelū repleuit, atq; in illius corde habitās, per eum locutus est Iohanni. **¶** Qui testimoniu perhibuit uerbo dei, & testimoniu Iesu Christi quæcunq; que uidit. **¶** Hæc pars exordij huius, magnā totius libri autoritatē perficit, ut nō debeat contēni, uel minoris haberi celsitudinis, q̄ cætera scripturæ, quas in Canonico apice recipit, ac ueneratur ecclesia Christi. Si em hanc Apocalypsim non recipit quis, cōsequens est, ut nec illud recipiat testimoniu uerbi dei, testimoniu Iesu Christi, id est, euangelii eiusdem Iohannis, in cuius initio dicitur. In principio erat uerbū, & cetera. **¶** De illo nanq; testimonio locutio ad hunc modū. **¶** Quæcunq; uidit, uidelicet ad confirmationē eiusdem testimonij: quia nimiq; cum in testimonio uerbi cōstantia diuersitas sit, ille cōstantissimus iudicatur testis, qui quæ testificatur ipse uidit. Eandem ob causam cum dixisset, quia unus militum lancea latus domini, cum iam obisset, aperuit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua statim subiunxit. Et qui uidit, testimonium perhibuit, & uerū est testimoniu eius, & ille scit quia uere dicit, ut & uos credatis. Et alibi hic est discipulus qui testimoniu perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia uerum est testimonium eius. Nec uero singula scribendo testimoniu perhibuit de omnibus quæcunq; uidit, Ipse em dicit: Multa quidē & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorū suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Verum etiā hæc dicens testimoniu perhibuit de omnibus quæcunq; que uidit, nō quidem omnia scribendo, sed multa fuisse dicendo: ita ut quemadmodū in fine dicitur si omnia scribantur, nec ipsum arbitretur mundū capere posse eos qui scribendi essent liberos. Hoc autē cum dicit, non ad multitudinē codicum, sed ad magnitudinē spectat sensuum, quos etiam nūc cum pauci sint libri uniuersos capere non possunt qui in mundo sunt. **¶** Et illa quidem quæ fuerant Iesu Christi, id est, secundū formam serui siue habitū hominis uisibiliter effecta, iste uidere potuit, sed uerbum ipsum cui nihilominus testimoniu perhibuit, uidere oculis nō potuit. **¶** Itecirco ita nō dixit: Qui testimoniu perhibuit uerbo dei, quæcunq; uidit, sed clausulam protelans præmisit, & testimoniu Iesu Christi, & tunc demū clausit dicens, quæcunq; uidit. **¶** Beatus qui legit & qui audit uerba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in eascripta sunt. Tempus em prope est. **¶** Cōscius sibi met quæ uel qualia uiderit, quas pœnas malorum, quæ præmia bonorū, hæc Apocalypsis Iesu Christi palam sibi fecerit, cōpetenter exclamat, ore grandi atq; intentione uehementi, beatum illum esse ueraciter dicens, qui ea quæ hic scripta sunt, uerbi gratia, septem tubas admirabiles in hac prophetia contonātes audiens, aut si literas nouit: ille legens, obseruauerit, se q̄ uigilanter ad illam quæ canet in die iudicij uocē archangeli, tubam dei, tubam nouissimam, præparauerit. Sic legislator Moyses cum de longinquo, uidelicet multo antiquior q̄ iste, beatitudinem sanctorū prospiceret, partimq; per quæ gma prædiceret, repente exclamauit: Beatus es tu Israhel, quis similis tui popule qui saluarius. Tanta quippe tamq; horrenda prauorum damnatio: tanta tamq; optanda iustorum gloria: ratio est, ut merito spectator exclamet, & exclamando spiritus significet, quod loquendo expli care lingua nō potest: tunc maxime quia tempus prope est, & quādo astit, quādo nouissima tuba canat, incertū est, præ uideri nō potest. **¶** Sane uerba prophetiæ huius cum dicit, omnimodam prophetiam, hic intelligere uel expectare debemus, id est, trium temporū: præteritū, presentis & futuri. Sic enim & ante nos dictum & uerum est, quia prophetiæ tēpora tria sunt, scilicet, præteritū, præsens & futurū. Prophetia de futuro est: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. Prophetia de præterito est: In principio creauit deus cœlum & terrā. De illo em tempore dixit homo, quando non erat homo. Prophetia de præsentī est, quam apostolus Paulus dicit: Si autē omnes prophetent, intret autē quis infidelis uel idiota, cōuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta sunt, & ita cadens in faciem adorabit dominum, pronuntians, q̄ uere in nobis sit deus. Cum ergo dicitur, occulta cordis eius manifesta sunt: profecto monstratur, quia per hunc modum prophetiæ spiritus non prædicit qd futurum est: sed ostendit quod est. **¶** Sed sciendum est quod in duobus temporibus prophetia etymologiam perdit, quia cum ideo prophetia dicta sit, quod futura prædicat, quando de præterito uel præsentī loquitur, rationem sui nominis amittit, quoniam non prophatur qd futurum est, sed uel ea memorat quæ transacta sunt, uel ea quæ sunt. **¶** Horum omnium temporum siue de omnibus his temporibus, scilicet de præterito, de præsentī & de futuro hæc prophetia contexitur: quia uidelicet qualis fuisse, qualis tunc esset, qualis futurus esset ecclesiæ status, hac Apocalypsi reuelauit huic dilecto suo Iesu Christo, sicut ex ipsa serie mirabili, eodem Iesu Christo datē, cognoscere potest lector, siue auditor beatus. Promissæ ergo beatitudinis spe ad legendam hanc prophetiam duce Iesu Christo ingrediamur, & legentes præriter audiamus, foris legendo literam, intus audiendo mysteria, quæ sapientibus & prudentibus abscondita, patet reuelat paruulis, illam apponentibus aurem, quam hæc ipsa prophetia sē-

Angelus in figura Christi
 Autoritas huius libri Canonica.
 Testimoni um Iohannis certū, quia uidit.
 Iohan. 19
 Iohan. ult.
 Iohan. 20
 Iohan. ult.
 Quæcunq; uidit.
 Exclamatio Iohannis ex uisione sibi facta.
 * Illa.
 Deut. 32
 * Quia.
 Prophetia t. i. a tēpora, præteritū, præsens & futurum.
 Esai. 42
 Gene. 1
 1. Cor. 14
 Prophetia proprie de futuro.
 Triplex ecclesiæ status hic describitur.
 Matth 11
 Infra 2

tia sēpius requirit, cum dicit: Qui habet aurem audiendi audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Quæ enim hæc tenus dicta sunt, iccirco dicta sunt, ut eiusmodi aures nos habere uel quære, re persua deant, scilicet attentam, docilem ac beneuolam, quod doctorum ingenia secularium in exordijs suis competenter facere, non parua intentione laborant. Nam dicendo: Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri cito, attentionem audiētis exigit, ut pote qui de rebus magnis & cito futuris sese locuturum promittit. Docile uero reddere intendi dicēdo, & significauit. Per hoc enim innuit, sub nominū siue imaginum figuris cœlestia debere mysteria requiri. Beneuolum esse cupit, cum dicit de uisa persona, qui testimonium perhibuit uerbo dei, & testimonium Iesu Christi quæcunq; uidit. Multam quippe ex nobis meretur beneuolentiam persona talis, quæ testimonium perhibuit uerbo dei, & testimoniu Iesu Christi quæcunq; uidit. Multam res ipsa cuius fructus legentibus, audientibus, atq; obseruantibus beatitudo est. **¶** Iohannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia Gratia uobis & pax. **¶** Hanc salutationem gratiæ & pacis, libenter omnes ubiq; gentium fideles, tanquam uere ad nos missam de ore Iohannis, accipimus, libere & ueraciter profitentes, quia de septem ecclesiis sumus, & in Asia sumus. **¶** Asia quippe elatio interpretatur, & seculum istud significat elatum seleg; efferēs, tanquam marinis fluctibus, sicut in psalmo canitur: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Quod est dicere: Mirabiles persecutiones seculi, sed multo magis mirabilis dominus in eis dem persecutionibus compellendus. **¶** In huiusmodi Asia septem ecclesiæ sunt, id est, una & unica ecclesia catholica, sancto septiformi spiritu ordinata & ornata. Quicquid ergo gratiæ & pacis septem ecclesiis quæ sunt Asia hic præoptatur, nobis omnibus gentibus Christianis colentibus iure uendicamus, etiam si hic hu milis spiritu apostolus & euangelista suam orbī terrarum autoritatem ingerere dissimulans, eam tantummodo orbis particulam, id est, minorem Asiam nominet, in qua laborauerat. Iste sunt septem mulieres quæ in Asia, iam deualuato uertice filiarum Sion unum uirū apprehendentes dicunt: Panem nostrum comedimus, & uestimētis nostris cooperiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer obprobriū nostrum. Ac si dicant adorantes eum uniuersę familię gentium: Ecce gens illa, quam cum nullā haberet terram, eduxisti de Aegypto, & destrues gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuisti ei terram eorum: ecce quam lem retribuit tibi retributionem, eiiciens te extra portam ciuitatis & crucifigens. Saltem nūc diuertere ad nos. Non querimus ut des nobis regiones alienas pro mercede euangelij tui, sicut illi pro mercede, acceptæ legis, regiones septem gentium dedisti, scilicet, Chanaanæorum, Amorrhæorum, Gergæorum, Iebusæorum, Ethæorum, Phereæorum & Euæorum. Sic tunc propter eam, septem gentes illas destruxisti, ita nimirum hæc tenus eiusdem quasi misericordis unius amore cōtentus, nos septem mulieres, id est, uniuersitatem gentiū contempnisti. Merito quon dā in propheta super illa fornicatrice cōquereris, dicēs: Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentū, & uinum, & oleum, & argentum multiplicauit, & aurum quæ fecerunt Baal. Plus est quod nunc fecit, quia uidelicet fauens adulteris, te crucifixit. Nos nihil terrenum a te querimus, præter quod ante euangelium tuum habuimus, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer obprobriū nostrum, ut ultra non uocetur super nos nomen dæmoniorum. **¶** Igitur Iohannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia, idem nobis sit ac si dixisset: Iohannes omnibus ecclesiis quæ sunt in mundo. Sic inchoans, patenter scripturā illam sapientis ueridicam sibi efficit, quæ de homine timente dominū præ clara promissione sic loquitur: In medio ecclesiæ aperiet os eius, & implebit eum dominus spiritu sapientiæ & intellectu. Nam ecce in medio septem ecclesiarū, quæ omnes, ut iam dictū est, una ecclesia sunt, aperuit os eius dominus, & sic loquitur, ut sermo eius omniū ecclesiarum dignus sit auditu. Habet em caput narratio eius. Fidem quippe catholicam quæ uel cuius cōfessio omnis sanę doctrinę caput est. **¶** Hic in capite confitetur ab hoc loco usq; ad id quod postmodum dicit: Ego sum & principium & finis, dicit dominus deus, qui erat, & qui est, & qui uenturus est omnipotens. Primo confitetur eum qui erat, & qui est, & qui uenturus est, deinde septem spiritus eius, deinde restem fidelem Christum Iesum, offerens illi aurum, thus & myrrham. Offerit myrrham ut homini quondam mortali, dicendo, qui est primogenitus mortuorū. Offerit aurum ut regi, dicendo, qui est princeps regum, & ipsi gloria & imperiū. Offerit & thus, dicēdo tandē in persona uel de persona eius: Ego sum & principium & finis, dicit dñs deus, & cetera. Quanti autem sit pretij cōfessio taliter effusa, nullus apprehendere sufficit. Non em sic dixit, ut uulgo siue in publica ecclesia dicit cōfueuit, credo in eum qui est, & qui erat, & qui uenturus est, & in septem spiritus eius, & in Iesum Christū testem fidelē, quomodo in simbolo quotidiano cōfitemur, non quidē uerbis eiusdem, siue syllabis, sed eodem sensu & modo enuntiationis. Simul una eadēq; ratione & fidē confitetur, & fidē fideiq; fructū suis auditoribus imprecatur. Cūq; ut uigilantē agat, unum tamen, scilicet solam gratiæ & pacis imprecationem, agere uidetur, nisi uigilantē attendas. Quomodo aurum in igne liquefactum, quomodo thus uel myrrha carbonibus infusa,

Exordiu Iohannis red dit auditorem Atentum. Docilem.
 Beneuolu,
 Asia seculū elatum significat.
 In Asia septe ecclesie
 Allegoria sepre muliere ad unū uirū. Esai. 4. Psal. 92. Contra iudæos. Iosue 14.
 Deut. 7
 Osee 2
 Iohānes sepre ecclesiis. Eccl. 19
 Cōfessio si dei Iohannis. Infra 1
 A 2

Et formam priorem deseruit sic ista confessio fidei magno fraterne charitatis incendio cõssa grata uix potest agnosci quod fidei confessio sit, ed q̃ illam pene totã orationis imprecatorie uis in se cõuerterit. Sed iam uerba ipsa feriãtim perferuntur. Gratia, inquit, uobis & pax ab eo qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Vt sita ualde more apostolorum Christi salutatio est gratia & pax, & præcipue more Pauli, quem uas electiõis suæ ipsa gratia diffusa in labijs eiusdem Christi nominauit, in nulla quippe epistola suarum salutatione huiusmodi omittit. Digna ergo dictio est ut quasi statera ponderetur, & pondus eius quantum sit, & si omnino diffiniri nõ potest, salte utcumq; æstimetur. Quod rogo apostoli, quos hic unus dilectus Iesu Christi est, per eundẽ Iesum Christũ, nisi gratiã & pacem acceperunt? Gratia nanq;, & non ex operibus, uocati sunt, ut essent id quod sunt, scilicet apostoli, & ista tantũ gratia honorati fuerũt, q̃ diu ipse qui uocauit eos dñs Iesus cum illis ambulauit. At ubi moriens ille pro nobis eterno patri Adã debitũ soluit, & ueteris piaculi cautionẽ, pio cruore detertit, die tertia resurgẽs, pãcem illis attulit stans in medio eorũ, & dicens eis, pax uobis, Reconciliauerat em̃ eos deo, soluto pariete inimicitia; per mortẽ crucis. Quod ergo acceperant, id est, prius uocationem gratia, & deinde pacem recõciliationis necessaria, utrumq; nobis optare debebant & offerre, nõ a semetipsis, sed ab illo a quo acceperat & ipsi, scilicet, ab eo qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Hoc, inquam, illis instanter cõmemorare debebant, ut scirent se a deo uocatos esse per gratiam; pacemq; seruarent & reconciliatiõẽ, qua erant deo recõciliati per Christũ. ¶ Hoc interrim silẽtio nõ prætereire libet, q̃d cum iam dictus Paulus apostolus in omnibus epistolis suis laudando ecclesias, hæc duo, scilicet gratiã & pacem coniungat, dicẽdo gratia uobis & pax in his duntaxat, quas ad discipulũ Timotheum, scribit, misericordiam interponit Timotheo, inquit, dilecto filio in fide, gratia, misericordia & pax a deo patre nostro & dño Iesu Christo. Nam quia in illo episcopos omnes informabat, cuius officij munũ & necessarium decus est, misericordia, & ille, ut fertur, zeli feruentioris erat, iccirco recte & opportune uiscera misericordiæ illi haberet præoptabat, & hæc inter cetera dicens: Seniorẽ me in crepaueris, sed obsecra ut patrem. Et enim nos omnes memores esse debemus, quia gratia dei est & non ex nobis, quicquid boni sumus aut habemus, & hoc respectu cõpati his, qui necdum esse uidentur quod sumus, uel habere quod habemus, iuxta mysticam sanctæ legis exemplũ, quo ait dñs: Peregrino non molestus eris, scitis em̃ aduenarum animas, quia & ipsi pergrini fuistis in terra Aegypti. Sed hoc ut episcopi obseruent, qui cõstituti sunt animarum præsidẽs multo maxime tam illis q̃ subditis necessarium est. Quapropter sauis utiliter nobis actum est, ut is, cui specialiter dictura erat misericordia, pacẽ agnos meos, in suo lapsu prius disceret quantum deberet esse misericors. ¶ Sed iam ad cõceptam literã semita redeamus: Ab eo, inquit, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Nonnullis uisum est dicta hæc de persona filij debere intelligi, pro eo maxime, quia dixit postremo, & qui uenturus est. Quoniam uenturus est iudicare uiuos & mortuos ipse filius, & nullam hic personã paritẽ mentionem fieri, sed tantummodo filij & spiritus sancti, bis filij, scilicet, & in eo quoddã prius ait, ab eo qui erat, & qui est, & qui uenturus est, atque in eo quoddã posteriori, & Iesu Christo qui est testis fidelis, & cætera. Semel uero spiritus sancti, in eo quoddã ait, & septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. Sed oc & domino Iesu Christo, gratia uobis & pax. Vtique pater Christi pater noster est: quem admodum dicit: Ascẽdo ad patrem meum & patrem uestrum, isq; erat, & est, & uenturus est. ¶ Hoc solum quod postremo dicitur, & qui uenturus est, compellere uideret ut hæc de persona filij dicta intelligatur, quia de hac persona angeli dixerunt: Sic ueniet quem admodum uidistis eum euntem in celum. At uero & pater sine dubio uenturus, id est, seipsum fidelibus manifestaturus est, qui nunc uident eum per speculum in ænigmatẽ, tunc autem facie ad faciem. Hoc tantum differt, quia filius in forma serui sic ueniet, ut eandem formam non tantum boni uideant, uerum etiam mali, sicut infra scriptum est: Et uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Pater autem sic ueniet, id est, apparebit, ut gloriam dei patris & filij & spiritus sancti nõ nisi uideat boni. ¶ Quod si testimonio scripturarum indiget, ut recte illo modo uenire uenturus esse credatur pater, ecce in Daniele ita scriptum est: Et aspiciẽ bã donẽ throni positi sunt: & antiquus dierũ sedit. Item: Et ecce cornu illud faciebat bellum aduersum sanctos, & præualebat eis, donec ueniret antiquus dierũ & iudicium dedit sanctis ecessis: & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Cui dubium est in antiquo dierum ueniente, personam patris exprimi: Nam de filij persona ibidem scriptũ est: Aspiciẽ bã ergo in uisu noctis, & ecce filius hominis in nubibus cœli ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit. Igitur eum qui erat, & qui est, & qui uenturus est, deum patrem intelligi nihil prohibet, imò & per pulchrum dignumq; ac uenerabile est, ut dum sequitur, & a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & a Iesu Christo qui est testis fidelis, totius trinitatis gloriofa confessio prædicari credatur. Erat, inquam, pater, id est, immutabilis in se manebat, antequam hæc mutabilia

Salutatio apostolica: Gratia & pax. 1. Cor. 15. Coloss. 2. Lucæ ult. Ephes. 2. cur Paulus uni Timotheo ait: Gratia, misericordia & pax. 1. Timot. 1. 1. Timot. 5. 1. Cor. 4. 1. Cor. 7. Exod. 13. ¶ Qui specialiter dicturus erat. Iohan. ult. ¶ Qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Iohan. 20. Non solum filius, sed & pater uenturus est. Actoꝝ 1. 1. Cor. 13. Infra eodẽ. Danielis 7. Ibidem. Antiquus dierum. Ibidem.

tabilitate condere. Et est quoq; id est, immutabilis permanet, dũ hæc eadẽ regit currentia mutabiliter. Venturus est nihilominus, id est, immutabilis apparebit, cũ præterierit hæc mutabilis rerũ corruptibilis species. Porro de bestia maligna, quæ proposito huius aduersari molitur, longe inferius scriptũ est: Et bestia quam uidistis, & non est. Consolationem ergo recipiant in gratia ista tam ipse Iohãnes exilio relegatus, quam & omnes qui pie uolentes uiuere in Christo persecutionẽ patiuntur, quia futurũ est ut de omni persecutione siue perseque dicatur, fuit & non est. De isto autem propter quem patiuntur semper dicatur: Qui & erat, & est, & nunquam esse desinet. ¶ Et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, ¶ A septem spiritibus, id est, a septiformi spiritu, ita uero dicens, prioris scripturæ uultum respicit, ubi sic scriptum est: Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Et hic nimirum opportune ad illius scripturæ faciẽ respexit, præteritum, quia is, de quo propheta loquebatur, sicut qui ascendit de radice Iesse, agnus dei, id est, q̃ leo fortis, eorundem septem spirituum super se requiescentium, fortitudinem simul & claritatem significabat. Illi in septem suis cornibus, septemq; oculis, & in septem lampadibus ante thronum dei ardentibus, & in tot uerborum signis septemplexibus, septem libri signati sigillis, septem angelorũ tubis, septemq; phyalis, & ante omnia in septem stellis, septemq; candelabris, id est, septem ecclesiis. Igitur a septem spiritibus, id est, ab uno sancto septiformi spiritu, subaudiatur eadẽ gratia uobis & pax. ¶ Hi uidelicet septem spiritus in conspectu eiusdem throni patris sunt, id est, in conspectu sanctoꝝ angelorũ qui adeo thronus dei sunt, & adeo in ipsis sedet deus, ut quidam ex eis etiam proprie throni uocentur. Hoc nimirum exinde habent, quia spiritus isti in conspectu illorum sunt, id est, quia spiritus istos conspiciunt. Nam nisi isto septiformi spiritu confirmati essent, nullatenus sedentis pondus dei ferre præualerent. Ipse enim spiritus amor est, quo solo idonea fit creatura rationalis; ut in ea maiestas dei se deat, quam ferre nõ potest quisq; illam non amat. Nam contrario de illis, quorum in conspectu siue diligenti memoria nõ sunt spiritus isti, Psalmista dicit: Sicut cera fluit a facie ignis, sic peccatores pereant a facie dei, ut uidelicet intelligas, nullum posse subsistere a facie dei, nedum sedem esse dei, qui nõ habet hunc spiritum amoris. Ab isto ergo spiritu septiformi, gratia, inquit, & pax septem ecclesiis, cuius uidelicet gratia & pacis hic fructus est, ut & ipsi cum sanctis spiritibus angelicis thronus dei sint. ¶ Et ab Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regũ terræ. ¶ Et ab Iesu Christo, inquit, subaudiatur gratia & pax, utpote per quẽ facta est ipsa gratia, & qui est nostra pax. Nam gratia & pax per Iesum Christũ, facta est, & ipse est, inquit, Apostolus, pax nostra, qui fecit utraque unum. Hæc nanque persona in adquirenda nobis hac pace & gratia, plus egit, & semetipsum impendit, nostram assumendo naturam, & obedieudo usque ad mortem, mortem autem crucis, eam demõ; nostram in se resuscitãdo a mortuis, & confederẽ faciendo ad dexteram patris, ubi nunc est, autoritatẽ nobis firmam reitens huius gratia & pacis. ¶ Recte uero hanc personam nunc nouissimo, id est, tertio loco posuit, quia & hic de ea plura dicturus est, & in sequentibus ipsa in diuersis figuris conspiciatur, ipsa plus & penitentium loquitur. Nam & septem quidem spiritus, singuli per ordinem singulis ecclesiis loquuntur, sicut loco suo diligentius cõsiderabimus, diciturq; per singulos siue de singulis, qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis, sed hoc ipsum quod spiritus loquitur, in hac persona loquitur, dicente hoc illi & illi ecclesiæ, siue angelo ecclesiæ scribe. Ergo & pro re competentibus eadem persona laudibus exornatur atque commendatur, ut in omnibus quæ loquitur, in hac quoq; scriptura, sicut & in cæteris, fides illi sine dubitatione adhibeatur. Qui est, inquit, testis fidelis. Et cõtinuo adiungit, primogenitus mortuorum. Addit adhuc, & principis regum terræ. Et locupletius adhuc: Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: & fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, amen. Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam amen. Ego sum & cetera principium & finis, dicit dominus deus, qui erat, & qui est, & qui uenturus est omnipotens. ¶ Hoc modo, & supra iam dictum est, ut fidem catholicam Christi Iesu dilectus apostolus ore gratioso confiteretur, & eiusdem fidei gratiam simul ecclesiis imprecatur, & cum utrumq; pulcherrime faciat, miro modo unum, id est, solam gratia & pacis imprecationem facere uidentur. Singulae dictiones summa cum dignitate procedunt, singulae paucis in syllabis maiestatem continent sensum latissimum. ¶ Qui est, inquit, testis fidelis. ¶ Vere testis quod Græce dicitur martyr, quia & natus ob testificandam ueritatem, & mortuus est pro testimonio ueritatis, quem admodum ipse Pilato dicit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Nam & pater quidem testis, de quo ipse Iesus Christus, & testimonium, inquit, perhibet de me, qui misit me, pater. Et spiritus sanctus ueritas, de quo idem cum, inquit, uenerit paracletus, quem ego mittam uobis, a patre spiritum ueritatis, qui a patre pro-

* Vidisti. Infra 17. 2. Timot. 3. ¶ Septem spiritibus, id est, a septiformi spiritu. Etsi 11 Ibidem. Mystera ipsi sancti in septem. ¶ Angeli throni dei sunt. ¶ Plal. 67. ¶ Christo gratia & pax. Iohan. 1. Ephes. 2. Roma 6. Ephes. 2. Cur hic tertio loco ponitur persona filij. ¶ Rebus. ¶ Maiestas sensu latissimo in paucis syllabis. Christus dicit testis fidelis Iohan. 8. Iohan. 8. Iohan. 15.

Martyres imperfecti us testatur Christi.

Iohan. 3.

1. Cor. 15.

Primogenitus mortuorum.

Matth. 19.

Roma. 6.

Iohan. 16.

Actor. 2.

1. Petri 4.

Principes regum terrar.

Reges seculi serui terre.

Roma. 6.

Infra 1.

Principat. Christi.

Luce 22.

Iohan. 13.

Luce 22.

Infra 1.

Pulcher ordo sermone.

Psal. 118.

Qui dilexit nos.

Ephe. 1.

Christus ec.

tre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Sed hec sola est persona, quæ pro testimonio ueritatis mortem sustinuit, unde & digne solus hic idem filius dicitur testis. ¶ Et multi quidem testes ueritatis mortem per se sunt, propter uerbum testimonij sui, unde & Græco nomine martyres eos sancta ecclesia nominare consueuit. Sed non parua distantia est ob quam & iste etiam cum additamento splendide dicitur testis fidelis. Nam quod testis iste testificatus est, prius uidit & audiuit, quam in hunc mundum ueniret, prius, inquam, uidit & audiuit, & post in hoc natus est, & ad hoc uenit in mundum, ut testimonium perhiberet ueritati, quem admodum & coram præfide iam dicto ipse dixit. Hinc & Baptista Iohannes: Qui de celo uenit, super omnes est, & quod uidit & audiuit, hoc testatur. Omnes alij de terra uenerunt, & prius nati sunt quam aliquid scirent, & post acceperunt aliunde ab alio indice quod testificatio diceret, hoc ipsum non perfecte, sed ex parte, uno ex ipsis Paulo apostolo dicente: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Solus ergo testis ille fidelis, id est, talis qui antequam huc ueniret ad testificandum rem uideret, & audierit, tam certus ut non ex parte, sed totum perfecte cognouerit & prophetauerit. Adde quod mortuus pro eodẽ testimonio ueritatis, mortem ipsam uicit, & resurrexit a mortuis, quod ante cum testes alij non fecerunt. ¶ Nam hoc est quod mox dicitur: L primogenitus mortuorum. Id est, primus ex mortuis resurrexerunt. Resurrectio namque nobis regeneratio erit, quia uidelicet nunc nascendo generati ad corruptionem, tunc resurgendo regenerabimur ad incorruptionem. Vnde dominus in regeneratione, inquit, cū sederit filius hominis in se de maiestatis suæ. In regeneratione, inquit, pro eo ut diceret, in uniuersali resurrectione. In illa regeneratione mortuorum testis iste proculdubio primogenitus est, quia prior illis omnibus resurrexit, uidelicet iam non mortuus. Nemo quippe ante illum ita resurrexit, ut ultra non moreretur. Sed & testibus alijs, quorum primus fuit Abel iustus, hoc dedit, hoc effecit, ut resurgant & ultra non moriantur. Pulchra ualde & splendida dictio, ut pro primo resurgente diceretur primogenitus mortuorum. Hoc nimirum splendore delectati dicimus, quia in illa tali generatione beatae apostolorum animæ, quasi matres extiterunt, quippe quæ morienti domino Jesu Christo, donec resurgeret, materno adfectu condoluerunt. Idcirco namque tali ad eos uel pro illis similitudine usus est: Mulier cum parit tristitiam habet, quia uenit hora eius, cum autē pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Tandem testis iste sic ad immortalitatem atque incorruptionem regeneratus, quid fecit? Ascendit in caelum & sederat dextris dei. Hunc deus, ait Petrus, suscitauit, ac principem & saluatorem exaltauit. ¶ Ad dicit itaq; L. Et princeps regum terrar. Quorum uel qualium regum terrar? Nunquid illorum uel talium, quales affiterunt aduersus dominum & aduersus Christum eius? Non utique talium hic est princeps, imò iudex. ¶ Tales enim se dicunt reges terrar esse & non sunt, sed sunt serui terre, cum sint serui peccati, subditi cupiditatibus terrar. Illorum est princeps iste, qui & si non uulgo dicantur reges, sunt tamen reges terrar, quia terrenitatem suam norunt regere, liberi a peccato, serui autem iustitiæ. Ergo non nisi regum iste princeps est. Omnes enim qui eius esse uolunt, oportet tales esse. Ouere pulchrum & gloriosum principis huius principatum, qui omnes subditos sibi, reges siue regnum & regale facit sacerdotium. Nam hoc est quod postmodum dicitur: Et fecit nos regnum & sacerdotes. ¶ Multum iste principatus a tyranni de differt seculi huius. Reges, inquit, gentium dominantur eorum, & qui potestate habent super eos, benefici uocantur. Hæc & cætera ministris suis dicens iste princeps regum, etiam lauit pedes eorum. Hoc iam factio quasi seruili confirmans quod dicebat: ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Nam quo ulterius ad ministrandū regibus gentium sese dederat sedulus minister? Sic tamen ministras, adhuc erat dominus & magister. Magisterio namque illi indigebant. At uero illic, quo post resurrectionem suam ascendit, sicut ipse seruitus, sic illi non indigebant magisterio. Ergo multo magis illic non erit ipse rex militantium aut dominus seruientium, sed sicut scriptum est, rex regum & dominus dominantium. Sequitur: Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ¶ Quod maximum erat in opere testis fidelis paululum distulerat, ita dicens, qui est testis fidelis, statimq; subiungendo, primogenitus mortuorum, quia nimirum anticipando resurrectionis gloriam transiit salutiferum passionis eius sacramentū, sed nunc pulchrius atq; splendidius sermone gratifico repetit dicens, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Commemoretur aliquantisper in isto gratiarum actionis fauo dulcissimo, sugamusq; eloquium dulce faucibus nostris super mel & fauori nostro. ¶ Qui dilexit nos, inquit, utiq; ante tempora secularia, & iste filius in patre, & pater in isto filio dilexit nos. Hinc etenim ad Ephesios Paulus apostolus ait: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositū uoluntatis suæ, in laudem gratiæ suæ, quia gratificauit nos in dilectione filio suo. ¶ Huius dilectionis actum ecclesia suspirans prima uoce in Canticis Canticorum dicit: Osculetur

Osculetur me osculo oris sui. Factus est quod optauit. Venit diligens atq; dilectus & totus de siderabilis, atq; omnibus omnium gratiarum delibutus unguentis, in secreto uirginali uteri cubiculo, diu desideratus osculum dilectæ porrexerit, quippe ubi natura dei, natura hominis uerus deus ueræ carni & ueræ rationali animæ sese coniunxit. Inde tanq; sponfus suo procedens de thalamo, totum diligenterissimus ad conscribendam in testamento sponsæ suæ, & uniuerso generi eius domo celestis animum intēdit. Generi, inquam, eius, id est, uniuersis animabus quæ cum illa carne sua per unicā fidem unum sunt genus, una ecclesia, unum corpus. Ventū est ad iudicium, de quo & dicebat: Nunc iudicij est mundi, nūc princeps huius mundi eijcietur foras. Ostēdit in æquitate iudicij liberatē se habere a culpa præuocationis Adē naturæ hominis. Venit enim, inquit, princeps mundi huius, & in me nō habet quicq;. Ostēdit, inquam, etiā in hoc obediens quod Hierosolymā, ubi quærebatur occidendus, aduenit. Mandauerat enim deus in lege sic: Tribus uicibus per singulos annos festi mihi celebrabit. Solennitatem azymorum, cu stodiis, & solennitatem messis primitiuorum, solennitatem quoq; in exitu anni, quando congregaueris uniuersas fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinū tuum coram domino deo tuo. Cum itaq; secundū legis mandatu uenisset Hierosolymā, irruit in eum temerarius iam dictus princeps mundi huius, & in eum qui mortis causam, id est, peccatū non habebat, poenā mortis exegit, oblitus præ fatuitate iuris illius tenore, quo sibi arrogabat propter peccatum unius hominis, omnes homines possidere. Si enim propter unius delictū peccatores constituti sunt multi, cur nō propter unius iustitiā iusti constituerentur multi? ¶ Diligens itaque nos, mortuus est propter nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quomodo? Vnus ex militibus lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Illo sanguine nos redemit, illa aqua nos a peccatis nostris lauit. Nos, inquit, semetipsum eis qui peccauerunt commemerans dilectus apostolus Iesu Christi. Ne putes eum facere distinctionē ullam Iudæi & Græci. Sed & alius quidā ex illis hominibus Israelitici generis ait: Erasmus enim & nos alij, quando natura filij iræ, sicut & cæteri. Itemq; alius notæ sanctitatis ex illo genere. Sicut panis, inquit, mensuratur omnes iustitiæ nostræ. Lauit ergo nos, id est, omnem ecclesiam, a peccatis nostris. Eo usq; dilexit nos. Non quales eramus dilexit nos, sed diligēdo ut alij essemus, illo sanguine, & illa aqua lauando, regenerauit nos. Ita concorporalē carnis suæ quam assumpserat, diligendo effecit ecclesiam, ita tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro atq; in uerbo uitæ, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Non solum lauit eos qui iam erant credentes, uel fuerāt, sed eos qui futuri erāt. Non quidē actui iam tūc, sed potestāte lauit eos qui futuri erāt. Neq; etiā iam lauati poterāt, qui nondū nati erant, uel qui nondū crederant. Potestātē dedit eis lauati, potestātē dedit eis filios dei fieri, per lauacrum regenerationis. Dixit enim discipulis suis, postq; resurrexit a mortuis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Illa uia, illa baptizandi regula, aqua illa quæ de templo illo à latere dextro, de templo corporis eius lanceato exierat, & primitiuam, quæ à seculo collecta fuerat, lauerat ecclesiam, in mare gentium descendit, iuxta illud Ezechielis uaticinium: A quæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ. & omnis anima uiuens quæ serpit, & in utero uirginali naturam nostram uerbum deus sibi copulauit. Illa dilectionis copula tali exitu omnes filios dei, qui dispersi erant, in unum congregauit. L. Et fecit nos, inquit, regnum & sacerdotes, deo & patri suo. ¶ O mira bonitatis dignatio, maior corde & ore nostro, nō ad seruitutem nos emit tam caro pretio, tam pretioso sanguine suo, sed ut faceret nos regnum & sacerdotes deo & patri suo, regnum utique patri suo, sacerdotes deo suo. Rex & sacerdos solus erat, reges & sacerdotes facere de seruis peccati, de filijs mortis proposuerat, & sicirco sanguinem fundebat. Quantoq; hic testis fidelis meritorius, quantarum caput est coronarum? Sumes, ait dñs in propheta, argentū & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Ioseph sacerdotis magni. Super hoc uir illustri Hieronymus ait: Imponuntur autem coronæ Iesu filio Ioseph sacerdoti magno, quia per singulas uirtutes nostras dominus coronatur, imò nobis per uirtutem poenitentiae coronatis, saluator in singulis coronam accipit. Vere ergo dominus dominus noster admirabile est nomen tuum, quia gloria & honore ad mirabili coronasti hunc principem regum, tot coronis, quot uel quantis ex regibus constat hoc regnum, in quo omnes, qui sanguine eius sacrati sunt, splendidi reges sunt. ¶ Et sacerdotibus, inquit, nos fecit, eius uidelicet sacrificij, quo spiritualē Pharaonē, scilicet diabolum, uicit, regnumq; peccati destruxit. Nam sicut filij Aaron iccirco typici illius sacrificij sacerdotes fuerunt, quia pater eorum cum Moyse minister fuit, liberationis illius, quæ per illud commemorabatur paschale agni anniculi conuiuiū, ita filij sacerdotis huius, quos spiritualiter genuit per lauacrum regenerationis, iure sacerdotes sunt sacrificij illius, quo commemoratur nō temporalis,

clera spon
sus dilect.
Cant. 1

Christus lib
ber a iudi
cio mundi
Iohan. 12

Exodi. 14
Deut. 16

Christus la
uit nos a
peccatis
nostris.
Iohan. 19

Ephe. 2
Elaia. 64

Christus di
lexit nos
prior.
Ephe. 5
Quod lauit
eos q non
dū erant.

Matth. ult.
Aqua i ma
re gentium
descendens.
Ezech. 74

Fecit nos r
guū & sa
cerdotes.

Zach. 6
Hierony. in
Zach.

Psal. 8
Christi
sunt sacer
dotes.

A 4 ut illa

ut illa, sed æterna salus omnium. Recte ergo non est distinctio qua ex gente uel tribu fit quis, dummodo scietia & moribus sit idoneus, quia uidelicet omnes cœlestis sacerdotis, qui neminem secundum carnem genuit, secundum spiritum filii sumus. ¶ Et si non omnes hic ordine illo sacerdotii fungimur, ut corpus & sanguinem eiusdem domini nostri ore sacro cœficiamus, atamen in eo sacerdotes nos omnes esse oportet, ut nosmetipsos deo offeramus, quemadmodum dicit Apostolus: Obsecro uos ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Aliter enim non conceditur nobis introire in illa cœlestia sancta sanctorum, in ipsum cœlum, ubi species istæ nostræ sacrificij, species panis & uini non erunt. ¶ Sacramentum autem quod semper offertur nulli deerit in æternum, scilicet, hostia gratiarum, & uox laudis, uox exultationis & confessionis. Eiusmodi est id ipsum quod hic continetur subiungitur: Ipsa gloria & imperium in secula seculorum, amen. Hoc nimirum ratio iustitiae postulat, ut accepto beneficio, creatura laudem & gratiarum actionem creatori retribuatur. Exempli gratia: Sic Moyses & filij Israel ab Ægyptia seruitute liberati per sanguinem agni, merito Pharaone & exercitu eius in mari rubro, canticum gloriæ domino decantauerunt. Ingratitudo iniquitas quippe initium est, beneficium non agnoscere, & a referendis gratijs omittere & linguam continere. Hoc ergo laudis & gratiarum actionis breue canticum, eo dicente, ipsi gloria & imperium in secula seculorum, dicamus omnes, amē, & omnis, ut ait Apostolus, lingua cœfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. ¶ Hactenus hic fidei nostræ præcentor de clarissimis præcentoribus unius, quæ ad cœfessionis perfectionem necessaria sunt ipse cœfessus est, & confitendi nobis exemplum de dicit, & uerbis alijs, eodem tamen sensu, quo in simbolo cœmuni omnes confitentur apostoli, quod ipsi tradiderunt nobis. ¶ Unum superest, quod & maximum est, quia inde uidelicet, ubi nunc sedet, princeps regum terræ, ubi est illi gloria & imperium in secula seculorum. Inde, inquam, de illa gloria sua, de illa dextera patris, cum imperio & maiestate sua magna uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Sequitur ergo: Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum puerunt. ¶ Ecce, inquit, uidelicet quia prope est. Inde & alius apostolus, dominus, inquit, prope est, nihil sollicitus. Familiae est more prophetarum & omnium sanctorum uigilum, qui ad eum illum uigilanter præuiderunt, dicere, ecce ueniet, ecce apparebit, uelociter ueniet, cito apparebit uobis. At uero seruus malus, putat in tempora longa fieri istud, dicit sibi in corde suo, moram facit dominus uenire, incipit percutere conseruos suos, ac manducare ac bibere cum ebrijs. Sed quid? Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, ibi erit fletus & stridor dentium. Eis igitur qui dormiunt, & præ uigilantia sensum non habent conuertiuntur, tempora longa uidentur. Nam eis qui uigilant, quorum prudentes animas fides enutrit, spes prouexit, charitas dilatauit, & magnas fecit, breue existimatur omne tempus præsentis seculi pro confideratione eternitatis & seculi uenturi. Itaque ecce ueniet, cito ueniet, cito apparebit. Quomodo? Quilibet uehiculari: Quali dens tribunalis? Cum nubibus, inquit. Hoc ipsum & ipse prædixit erunt, inquit, uidebunt filium hominis ueniens in nube, siue in nubibus cœli, ut in alio euangelio scriptum est, cum potestate magna & maiestate. Sed & angeli ascendente illo dixerunt sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Susceperat autem eum nubes ab oculis eorum, igitur sic ueniet, id est, quæ nubes suscepit, ueniet itaque cum nube, siue cum nubibus cœli. De qui bus & Apostolus: Simul, inquit, rapiemur in nubibus, obuiam domino in aëre, & sic semper cum domino erimus. ¶ Hic iam quærit, quare sic ueniet, quæ obuiam cum nubibus ueniet? Nūquid ut nubibus occultet siue abscondatur? Non utique. Tunc enim manifestus ueniet, qui dum uenit occultus, & sic cut hic scriptum est, uidebit eum omnis oculus. Quare ergo ueniet cum nubibus? Aliam scripturam interrogemus: Propheta Esaias cum præmississet de impio sub interrogatione dicit: Er non uidebit gloria dñi, continuo per quandam concessionem subiunxit: Dñe exaltet manus tua & non uideant. Et protinus adiecit: Videant & confundantur zelætes populi, & ignis hostes tuos de uore. Ac si inutiliter cœfessisset, exaltet manus tua, & non uideant, correxit dicens, uideant & confundantur. Ergo quodammodo non uidebunt, & quod alio modo impij quocq; uenierem uidebunt. Vt non impij uideant gloriam domini, ueniet cum nubibus, ut confundantur uideantes impij, uidebit eum omnis oculus. Nubes quippe cum quibus ueniet, gloriam eius, ne impij uideant, abscondent, sed potentiam maiestatis eius, quoniam omnis oculus uideat, non abscondent. ¶ Quales enim illæ tunc erunt nubes? Non utique, quales nunc sæpe uidemus, pluuijs rotantes, terramque refrigerantes, sed nubes tempestuosas, ignem spirantes, fulmina iactantes. Nam ignis in cœfpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestaualida. Nubi eiusmodi, nubium ardentium uehementia Paulus exprimere laborans, Thessalonicensibus scribens ait: Si tamē iustum est apud deum, retribuere tribulationem his qui nos tribulant, & uobis, qui tribulamini, requiem nobiscum, in reuelatione dñi Iesu de cœlo cum angelis uirtutis eius, in flamma ignis, dantis uindictam his qui non uouerunt deum, & cætera. ¶ Hoc omnis uidebit oculus, uidebunt impij ut

confundantur, sed gloriam dñi non uidebunt, quam ut non uideant, exaltabit manus eius. Claritatem corporis eius, siue corpus claritatis eius, cui nostræ, ut Apostolus ait, humilitatis corpus reformatum configurabit, illæ nubes obductæ impijs abscondent, sed ipsum filium hominis non abscondent. Ipsum uidebit omnis oculus, & uideætes impij confundentur, gloriam autem eius uidebunt, qui ut semper cum domino sint, ut Apostolus ait, obuiam domino in nubibus rapiemur. Ignæas nubes, nubilos ignes, rapit sursum incolumes transibunt, & sic semper cum domino erunt. Deorsum impij stupebunt & uidebunt, ut uideætes confundantur, hi maxime, qui eum puerunt, hi scilicet, qui manus eius & pedes foderunt clauis, qui latus eius lancea perforauerunt. Illi nimirum uidentes confundentur, & confusionis eorum participes erunt, quicunque non obediant euangelio eius. ¶ Et plangent se super eum omnes tribus terræ. Hoc cum antiquioris prophete testimonio dixit hic Apostolus & euangelista, qui de pectore domini hausit sapientiam. Hebraeus ex Hebraeis, quem saluator amabat plurimum. Nam in Zacharia sic persona huius principis regum loquitur. Et aspiciet ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebit super eum, sicut doleri solet in morte primogeniti. Huius testimonij propheticum solam partem hanc, & aspiciet ad me quem confixerunt, hic idem Iohannes in euangelio suo recitauit, præmissio, quia non fregerunt crura eius, sed unum idem latus domini aperuit, ita subiungendo: Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur, os non cœminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Uidebunt in quem transfixerunt. Hic autem quod illic omisit, scilicet, hanc sequentem partem, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, hoc modo addidit, & plangent se super eum omnes tribus terræ. ¶ Quod hic ait, omnes tribus terræ, nihilominus apud eundem prophetam habes, ubi protinus ita scriptum est: Et plangent terra, familiae & familiae seorsum, familiae domus David seorsum, & mulieres siue uxores eorum seorsum, familiae domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum, familiae domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum, familiae Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Oēs familiae reliquæ, familiae & familiae seorsum, & mulieres eorum seorsum. Pro familiaribus LXX interpretes tribus posuerunt, quos iste in cæteris secutus est, utpote Græce sermone cœscribens, quod uidelicet sermone, ab iisdem LXX interpretibus scripturæ translata fuerunt. Igitur quod nunc ait, omnes tribus terræ, cum testimonio loquitur eiusdem prophete: Tunc etenim & tribus domus David, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus domus Semei, a suis uxoribus separabuntur: id est, cum cunctis uoluptatibus suis fraudabuntur, ut plangent unigenitum & primogenitum dominum Iesum Christum, de quo dixerant, sanguis eius super nos, & super filios nostros. ¶ In David, regia tribus accipitur, hoc est, Iuda in Nathan prophetæ ordo describitur: Leui refertur ad sacerdotes, ex quo ortum est sacerdotum in Semei doctores accipiuntur, ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt. Reliquas tribus tacuit, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis. In eo autem quod ait, omnes tribus reliquæ, tribus & tribus seorsum, & uxores eorum seorsum, uniuersas absque nomine comprehendit. ¶ Sane planctus huiusmodi tunc typus extitit, quando Iosias rex iustus a Pharaone cognomento Nechao uulneratus est, super quo lamentationes scripsit Hieremias, quæ leguntur in ecclesia, & scripsisse eum Paralipomenon liber testatur. Nam quod illic, scilicet in lamentationibus, scriptum est: Spiritus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris, cui diximus, in umbra tua uiuemus in gentibus, longe persona Iosia super excelsum quod iam dictum est, ille uulneratus crucifigedi saluatoris typus fuit. Nam sicut eo tempore post reges peccatores spes omnis populi erat in Iosia, & occiso illo magnus planctus in urbe cœmotus est, ita propter crucifixum saluatorem tunc renouabitur planctus uniuersis tribubus terræ, id est, amatoribus terræ, qui illum occiderunt, loquentes & dolos cogitantes, ut ait Psalmista, in iracundia tua, id est, irati propter terram, quam simulabant sibi propter eum tollendam esse. Si inquit, dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & ueniet Romani, & tollent & nostrum locum & gentem. ¶ Et notandū, imo mirabile, quod ita dixit, & plangent eum quasi super unigenitum, & dolebit super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. De hoc in quodā opere ita me dixisse memini: O Iudæi, Christus dei filius uobis non cœplacuit, quia talis erat, quia taliter uenit, quia sic & sic operatus est, quia sic & sic locutus est, nullo modo uobis complacuit, animo uestro non conuenit, alium uultis, alium expectatis. At ille scilicet deus pater, qui istum misit filium, alterum non habet. Iste filius primogenitus atque unigenitus est illi. Alterum, inquam, non habet. Primus illi & nouissimus est iste, alium non mittet. Quid ergo facietis de solati? Nimirum, ut ait nunc ille, aspicietis ad eum quem cœfixistis, ut ait, inquam, nunc spiritus eius, graui ueritate, uera grauitate, plangetis super eum quasi super unigenitum, & dolebitis super eum sicut doleri solet in morte primogeniti, quia uobis mortuus est hic primogenitus, quia uobis uos occidistis unigenitum, post hac saluatorem, neque hunc habituri neque alium, quia hic solus est, hic primogenitus, hic unigenitus est. ¶ Hæc omnia uehementi affirmatione roborare intendens, quia sine dubio uentura sunt, dicit: Etiam amen. ¶ quod idem est ac si

Philip i
1. Thessal. 4
Iohannes imitator Zachariae, Iohan. ult. Zacharia
Iohan. 19
Exodi 12 Zacharia
Plagēt oēs tribus terræ. Ibidem.
Matth. 27 Quatuor tribus in dignitate o. lim existen tes. * Typicus.
a. Paralip. 35 Lamentationes typicæ super Iosia. Threho. 4
Psal. 34 Iohan. 11
Contra Iudæos qui hunc unigenitum occiderunt
Cursu hant nes geminat amē h

ac si diceret, quod in euangelio suo scribere solet, domino dicente, amen amen. Cum est apud ceteros euangelistas semel tantum in singulis locis scriptum sit amen, exempli gratia, ut illic secundum Lucam: Amen dico uobis, caelum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt, apud istum euangelistam semper duplicatur hoc ipsum amen, uidelicet, quia euangelista huic os diuinius est, & maiora loquitur apud eum dominus Iesus, & iccirco, ut rerum pondera sentiantur, dictionis quoque modus uel pondus geminatur, pro uehementia confirmationis. Amen amen dico tibi, amen amen dico uobis. Quid autem maius aut terribilius potest dici, quam nunc in praesenti loco dixit. Recte igitur in praesenti loco affirmationem duplicauit, dicendo, etiam amen, ut ad credendum euiget omnis qui audit. Sequitur: Ego sum & principium & finis, dicit dominus deus qui est, & qui erat, & qui uenturus est omnipotens. Totum quod haecenus dixit de persona filii parum erat, nec sufficiens ad salutem credenti uel confitenti. Quid enim illic offenderet Cherinum, Hebionem, siue Arrium, aut alium quemlibet diuinitatis Christi inimicum, haereticum testem fidelem, primogenitum mortuorum, id est, primum resurrexisse a mortuis dominum Iesum, & principem esse regum terrae, eumque nos dilexisse & lauissse nos a peccatis nostris in sanguine suo, & uenturum esse cum nubibus, scilicet ad iudicandum uiuos & mortuos: Haereticus quoque quilibet eiusmodi concederet & confiteretur, sed eundem esse deum, deo patri coaequalem sine initio cum patre, uel in patre manentem, non confiteretur. Recte igitur illa dixisse non contentus, ad dicit istud quod summum est, in fides Christiana consistat uelut supremo gradu, de Christi diuinitate sublimeret quae ut de patre senties, sicut dignum est, & dicens in persona eius, ut uidelicet maiori tonitru, quae contradicunt illi ranae loquaces, conerantur. ¶ Ego sum & principium & finis, dicit dominus deus qui est, & qui erat, & qui uenturus est omnipotens. Haec enim dicens, siue dicentem illum inferens, patri coaequat, de quo idem supra dixerat, qui est, & qui erat, & qui uenturus est. Quid dixerit, quid intelligi uelit per & & & coestim exponit dicendo principium & finis. Duae namque literae Graecorum, quibus uel cuius linguae ecclesias hunc librum scripsit, duae, inquam, literae illius linguae summa & ultima istae sunt, & ut ergo duobus non sit, quale uel cuius est principium sit uel finis, per & & & commoniti, quae litera, ut iam dictum est, Graeci alphabeti prima est, ad sacrae scripturae exordium respiciamus, ubi scriptum est, in principio creauit deus caelum & terram: & per & & & quae ultima est, item commoniti, ad finem eiusdem scripturae in euangelico uolumine respiciamus, ubi scriptum est, & ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, ut ueraciter credamus & confiteamur, hunc esse & principium, in quo omnia facta sunt, & finem siue consummationem, qua omnia restaurata & perfecta sunt. ¶ Praeterea & illud sciendum, quia & unum, & autem apud Graecos octingentos significant. Omnes enim literae apud Graecos uerba componunt, & numeros faciunt & sicut quae sunt ordine posteriores, ita suis caracteribus numeros titulatur ampliores. Prima, ut iam dictum est, litera & unum, significat octingentos. Et in hoc nimirum pulchritudo mysterij magna & delectabilis est: quia uidelicet qui in principio unus erat filius unicus, siue unigenitus, in fine saeculorum filios dei secum, non quidem genitos, sed adoptatos, habebit quasi octingentos, id est, innumerabiles, octo beatitudinibus per diuersas mansiones dispensando remuneratos, remuneratio dispersitos. Vbi praeter hunc locum hoc dicit dominus deus: Non solum in euangelio suo ubi dicit Iudaeis, ego principium qui & loquor uobis, uerum & in Esaiam ipsa loquitur persona saluatoris: Ante me non est formatus deus, & post me non erit. Ego sum & post me non est absque me saluator. ¶ Amplius autem, quando, ut praemissum est, ueniet cum nubibus, quando uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, qui mala dixerunt ei quando morietur & peribit nomen eius, qui pungentes siue transfigentes, hoc efficere uoluerunt, ut omnino non esset, ut omnino non auferretur de terra memoria illius: tunc opportune dicit hic dominus deus, tunc, inquam, uociferabitur & clamabit: super illos inimicos suos confortabitur, & istud dicit eis: Ego sum & principium & finis. Ac si dicat: Non sicut uos mihi inueneratis ego sum filius fabri, aut ex illo fabro Ioseph esse cecepi, non sicut uos uolui firi ut perirem, ego perii aut esse desii, sed sum & ante Ioseph, & ante omnes, & post me nullus erit. Nam & in propheta dicebam uobis, quia ante me non est formatus deus, & post me non erit. Quod sequitur dicens: Qui est, & qui erat, & qui uenturus est omnipotens. Iudicio nempe confirmat eandem dicentis: Ego sum & principium & finis, ego sum principium & finis. Credentium quippe uox est, Iohannis & omnium nostrum credentium atque confitentium, quod ueritatem de seipso testetur hic dominus deus, quod non sit recens deus aut dominus, sed sit ille, a quo, uel cum quo uenientes & missi prophetae dicebant olim: Haec dicit dominus deus: Ille idem omnipotens qui erat ante Abraham, qui loquebatur ad eum dicens: Ego sum dominus omnipotens, ambula coram me & esto perfectus, quod ipse uenturus, & in gloriosa essentia sua sit permanurus, cum ad nihilum redacti fuerint inimici eius, qui pungentes eum dicebant: quando morietur, siue ecce morietur, & peribit nomen eius.

Cetera haereticos negantes diuinitatem Christi.

Ego sum & principium & finis.

Gene. 1.

Matth. ult.

Mysterium numeri in & & &.

Iohan. 8.

Esai. 43.

Terrebit

Chrs impios ludaeos dicēs: Ego sum & & &.

Psal. 40.

Matth. 13.

Lucae 4.

Esai. 43.

Chrs deus oipotens.

Gene. 17.

Psal. 107.

Psal. 49.

Praemisso

Praemisso iam hoc tam splendido tantae tamque catholicae & apostolicae confessionis apparatu, tandem narrationem suam ingreditur sanctae fidei doctor, & confessor reuerendus, ac celestis reuerentiae orator magnus in medio septem ecclesiarum, siue in medio unius universalis ecclesiae, ore aperto digne audiendus. Ego Iohannes frater uester & particeps in tribulatione & regno & patientia Iesu: fui in insula quae appellatur Pathmos propter uerbum dei & testimonium Iesu Christi, fui in spiritu in dominica die, & audiui post me uocem magnam tanquam tubae dicentis: Quod uides scribe in libro, & mitte septem ecclesijs quae sunt in Asia, Ephesum, & Smyrnam, & Pergamum, & Thyatiram, & Sardis, & Philadelphiam, & Laodiceam. Ecce iam tertio nominis sui titulum operi huic diligens ac sollicitus autor praefixit. Primo, cum dixit: significauit mittens per angelum suum seruo: ego, inquit, Iohannes frater uester. Quam ob causam iste diciturus siue narraturus hunc modo sui nominis positionem tripliciter: Nunquid casu, aut nomine suum dilatare studens, inculcat & replicat: Non uti quaedam uilitati nostrae intus dens, reuelationes difficillimas quas conscribere ingreditur, praemunit ac defendit, ne contemnatur: ne, quod futurum erat, ob sui difficultatem liber uituperetur, & sensibus dignis carere iudicetur: aut eius, cuius est, scilicet Iohannis apostoli & euangelistae, dilecti Iesu Christi, esse denegetur. Hoc etenim longe accidit post illud tempus. Nonnulli etiam Iudaico intellectu de futuris promissionibus sentientes, easque corporaliter exhibe das docetes, & mille annis in delicijs corporalibus in hac terra sanctos cum Christo esse regnatos: huius sui dogmatis probamenta, sumptis ex hac reuelatione testimonijs, conabantur afferere. E contra & alij librum hunc (ut ecclesiastica testatur historia) penitus refutandum a canone scripturae atque abiciendum putarunt, singula quae eius capitula arguunt: & dixerunt, praetitionem libri non esse ueram, sed alienae scripturae Iohannis tantum nomen impostum unde neque Iohannis hunc esse librum, nec reuelationem uideri posse, quae crasso quodam uelamine ignorantiae cotegetur. Inter hos Dionysius, episcopus ecclesiae Corinthiorum, uir magnae in uerbo dei eruditionis & gratiae: Ego, inquit, scriptura libri huius spernere atque abicere nulla tenus audeo. Hoc magis de eo iudico, quod excedat atque emineant quae in eo scripta sunt, huius manus auditionis modum, & sit in eo arcanus quidam & recoditus atque admirandus omnibus sermonibus cotegetur humanis, non tam iudicio meo discernens, quam fide credens. Et ideo non reprobo quae non intelligo, sed tanto magis admiro, quanto minus assequor. Post haec uero totius libelli differens corpus, & singula quaeque discutens atque euidenter ostendens, nullo modo fieri posse, ut secundum literam dignus in eo intellectus appareat. Addit etiam haec dicens: Consummata igitur omni propheta, beatos dicit eos qui haec custodiunt. Sed & semetipsum beatum dicit: Ait enim: Beatus qui seruat uerbum prophetiae libri huius. ¶ His & huiusmodi obiectis & responsis, liber iste reuelationis celestis, diffuse & cōtre status fuit: & nisi spiritus sanctus, qui haec omnia reuelauit, rationalibus reuerentiae uiros praeparasset ad defendendum, itas tamque pretiosas margaritas porci coculcassent, haeretici contaminassent. Quid futurum erat, si non stetit et in ingressu orationis tanta tantique nominis autoritas: Recte igitur, quia secundum legem, in ore duorum aut trium testium stat omne uerbum, tertio repetitum sui nominis titulum posuit Iohannes, qui testimonium perhibuit uerbo dei, & testimonium Iesu Christi quaeque uidit. ¶ Et nota quanta haec ipsa nominis autoritas sanctae humilitatis gratia resplicat deat frater, inquit, uester & particeps in tribulatione & regno, & patientia Iesu. Poterat enim diceret Ego Iohannes doctor & apostolus, uester praedicator, & euangelista uester, discipulus ille quem diligebat Iesus, cuius particeps, cuius uos meruistis esse fratres. Et recte quidem dixisset: sed hic locutionis modus non adeo paruuli esset, paruuli talis, quale unumquodque apostolorum fieri uel esse uoluit bonus magister cum diceret: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicquid ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Quae nam est moderatio siue modestia paruuli: Quanto tempore, inquit, apostolus, haec paruulus est, nihil differt a seruo, cui sit dominus omnium. Et nos quidem oes nostro iudicio serui sumus: hic autem Iohannes dilectus domini Iesu de filiis est, quibus bona seromonis dei haeretitas testamento legata est. At ipse ab illo bono magistro didicerat, se hic humiliare pro uirtute, quod inter seruulos, siue inter seruulos, filios humiliat se paruulus, qui paruulus est per caritatem, sed desinens in puluere cum illis, non amans primos recubitus in cœnis, non salutationes inforo, non primas cathedras in synagogis. Recte igitur, ut talis magister discipulum decet, nostro uidelicet humili seruuolo confortio contentus est, dicens: Ego Iohannes frater uester, ego Iohannes particeps uester. Quod si causa poposcisset, nimirum non dubitamus eum dicere potuisse, quod maius, imò quod humilior est ego Iohannes, seruus uester. Nam & hoc diceret non dubitauit alius, uidelicet uas electionis Paulus, eiusdem Iesu Christi apostolus. Non, inquit, praedicamus nosmetipsos, sed dominum Iesum Christum, nos autem seruos uestros per Iesum, ¶ uester,

Cur Iohannes nomen suum intulit ter in e. praefixit.

Vide ecclesiasticam lib. 5. cap. 8. Et libro 7. cap. 22. It. lib. 3. cap. 19. 31. Ex libro ecclesiasticum lib. 7. capite 22. Verba Dionysij corinthiorum episcopi.

Haeretici huic libro infestissimi.

Deut. 17. Iohan. 8.

Humilitas Iohannis in titulo.

Matth. 18.

Galat. 4.

Matth. 23.

1. Cor. 4.

Particeps i tribulatioe Iohannes. Iohan. ult. ¶ Vester, inquit, particeps in tribulatione. Magna cordis mansueti & humilis congratulatio. Exortem tribulationis, siue tribulationum iustorum, quonia multae sunt, aliquis illum existimaret, pro eo quod de illo in Euangelio sic scriptum est: Conuersus Petrus uidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequente, & dicit de eo: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Tu me sequeris. Ac si diceret: Non eum per passionem martyrii uolo consummari, sed absq; uolentia persecutionis diem expectare nouissimum, quando ipse ueniens, eum in aeternae beatitudinis mansionem recipiam. Et quid hoc ad te? Tu tantum hic unus fuit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Quibus respondentibus, possumus: calicem, inquit, meum bibetis, & caetera. Vbi nam bibit iste illum calicem domini? Nimirum illic ubi iuxta propheticum dictum Simeonis iusti, beatae genitricis eius animae gladius pertransiuit: Nam cum omnes discipuli relicto eo fugissent, iste dilectus discipulus cum Maria matre eius iuxta crucem stetit, & clauos manuum ac pedum eius, lanceam quoq; perforantem latus eius ipse inspexit. Illic em gladius idem, qui Mariae matris animam pertransiuit, nunquid dilecti ac diligentis discipuli animam non retigit? Te igitur plane, & illic calicem domini bibens, sicut Mariae, sic & omnium martyrum Christi particeps factus est in tribulatione. ¶ Particeps autem quicumq; est in tribulatione, ipse quoq; in regno particeps iure est. Illud quod sequitur, & hoc apud coelestem regem ius legale est, ait em: Vos estis qui mansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono uobis, sicut disposui mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quod si omnibus communiter dixit, quis tunc in illo articulo fugituri essent, & Petrus quoq; negaturus esset, quanto magis huic dictum conuenit, qui & tunc iuxta crucem stetit, & deinceps semper praefuit. ¶ Cum autem dixisset in tribulatione & regno, addidit & patientia Iesu. Nam & postq; particeps fuit in illa tribulatione morientis, & regno resurgentis, Iesu patientiam habuit, imitando passum, obprobria, iniurias, colaphos, & uerbera: ut uerbi gratia, quando & ipse cum alijs flagellatus est, sicut in Actis Apostolorum legitur, & a Domitiano in feruentis olei dolium missus, ad ultimum ab hominibus separatus est. In eo quoq; particeps sanctorum fuit in patientia Iesu, quia sicut Christus Iesus patienter sustinuit, & orabat dicens, pater ignosce illis: ita & iste diligebat illos qui ei mala inferrebant, & pro eis orabat. ¶ Ego ille talis fui in insula, inquit, propter uerbum dei & testimonium Iesu Christi. Historia nota est, scilicet hunc beatum Iohannem in Pathmos insula relegatum propter uerbum dei, cui testimonium perhibebat, uel quod predicabat ante omnia secula de corde patris natum: & propter testimonium Iesu Christi, quod testificabatur eum esse uerbum incarnatum. Interpretatur autem Pathmos fretum feruet enim illic mare amplius, eo quod sit angustum. Illic exulanti, cui negabatur terra, caelum apertum est. Exemplum ergo est omnibus sanctis, quod quanto magis in fretis praesentis seculi affliguntur, tanto amplius illis secreta coelestia manifestantur. ¶ Designata iam persona sua, loco quoq; exilij simul & causa, tempus quoque curauit indicare sibi, inquit, in spiritu dominica dei. Solet enim qualitas rerum ostendi pro qualitate temporum. Hinc est q; Abraham in fetore fidei suae, angelos meridie uidit, & Loth in perditione Sodomorum, uesperit: Adam post meridiem: Salomon quoq; sapientiam non seruaturus, in nocte percepit. Ita ergo in hoc loco per diem dominicam aperte fides intelligitur, quae iam manifesta erat in toto mundo, quando ista uidebat. ¶ Quomodo autem uel quo in spiritu arbitramur eum fuisse: Si em in suo tantum fuit spiritu, in dignitas uisionis consequitur, multumq; uident derogatur: ut neq; ipse propheta, neq; uerba eius propheta, neq; uisionis eius reuelationes recte dicantur: quippe quas non intelligebat, si eos tantum in suo spiritu uidebat. Exempli gratia: Pharaon, quia uidet septem spicas, & septem boues, non utiq; corpore, sed spiritu: dormiebat enim clauis corporis luminibus, quia uidens, inquam, non intelligebat, propheta non erat. Ioseph autem quia non in suo, sed in dei spiritu uidit, id est, intellexit, propheta fuit. Pharaonis namq; tantum spiritus informatus est ut uideret: Ioseph autem mens, dei spiritu illuminata est, ut intelligeret. Hos uisionum modos Apostolus breuiter distinguit, cum praemisso, si orem lingua, & spiritus meus non orat, mens mea sine fructu est, continuo subiungit: Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Quod ait ille de oratione siue psallendo, hoc idem de uisione sentiendum est. Cōspicis quippe per usum imaginibus: non, nisi intellectus accesserit, qui mentis est proprius, reuelatio fit, uel agnitio, uel propheta, uel doctrina. Sed nunquid apud hunc Iohannem in uisione talis erat caecitas, ut agnita quidem rerum formarentur in spiritu, & in mente eius earundem rerum non resurgeret intellectus? Absit hoc ab illo discipulo quem diligebat Iesus. Alioqui, quomodo hic liber Apocalypsis, id est, reuelatio, diceretur? Vnde propheta uocari mereretur, ipse dicere, beatus qui legit, & qui audit uerba prophetiae libri huius: Igitur cum dicit, fui in spiritu, sancto subintel-

gamus spiritu, quemadmodum & illic, ductus est Iesus in desertum a spiritu, sanctum utique spiritum recte subintellegimus. ¶ Nec dubitamus dicere, id quod ait, fui in spiritu, idem esse, ac si dixisset, fui usq; ad tertium caelum raptus. Non enim, quia solus apostolus Paulus hoc de semetipso scripsit, iocico putandum est, quod nullus sanctorum praeter eum illuc raptus fuerit: Quemadmodum et illud quod alibi dicit, euangelium quod euangelizatum est a me, non est secundum hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud aut didici, sed per reuelationem Iesu Christi, non ita sententiū est, quod praeter eum nullus sanctorum per reuelationem dei ueritatem Christi didicerit, uel quod omnes praeter eum ab homine acceperint. Nullatenus existimandum est, quod haec uel illa dicendo, huic beato Iohanni uel caeteris se praeferat apostolis, imò & prophetis, qui utiq; omnes non ab homine uel per hominem, sed per reuelationem dei, siue Iesu Christi didicerūt, quod erat omnibus illis rapti usq; ad tertium caelum, id est, coelestia per intellectualem uidere oculum. ¶ Tres namq; caeli, tres modi uisionum sunt. Est em uisio corporalis, qua corpora siue corporalia cum uisum luminibus corporis conspicimus. Est spiritalis uisio, qua imagines aliquas dormiendo, aut etiam cogitando uidemus quidem, sed nondum intelligimus, quomodo uidit Pharaon septem spicas, septemq; boues, ut supra iam diximus. Est & intellectualis, qua mens a spiritu sancto illuminatur ut intelligat, quomodo intellexit Ioseph quid per easdem imagines significaretur. An nō & ista quae hoc libro continentur, uerba sunt eiusmodi, uerba arcana, quae nō liceat homini loqui, id est, humano sensu committi: Si em homo ista loquatur, id est, si humano uelit quisq; exponere uel suscipere sensu, perniciosa inde heresis generatur, ut fecit quidam Neptos nomine, in partibus Aegypti episcopus, qui ex hac reuelatione sumptis testimonijs Iudaico intellectu, conabatur asserere, repromissiones dei corporaliter exhibendas, & mille annis in delicijs corporalibus sanctos cum Christo regnuros esse in hac terra. ¶ Sed dicit aliquis: Si omnium apostolorum ista erat gratia, ut per reuelationem didicerunt coelestia sacramenta Christi, quippe qui fuerunt homines idiotae, & sine literis, quid opus erat ut tam uehemēter Apostolus de semetipso assereret qd usq; ad tertium caelum raptus fuisset, qd non ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi didicisset? Ad haec, inquam. Nimirum opus erat pro eo quod periclitabatur apud Corinthios & apud Galatas fides euangelica, quasi pro Pauli apostoli persona pseudoapostolis praedicantibus, ut in circumscriptionem rituumq; Iudaicis fideles inducerentur, & pro hoc Paulo apostolo derogantibus, quasi in tanto negotio non esset audiendus, quippe qui nesciret ueritatem euangelij, quicq; non esset de magnis apostolis. Iccirco talia quae praedicta sunt de semetipso asseruit, caeteris se non praeferebat, sed coaequans apostolis, uidelicet ut permaneret ueritas euangelij. Sed iam reuelationis eiusdem semitas ingrediamur. Ait: Et audiui post me uocem magnam tanquam tubae dicentis: Quod uides scribe. ¶ Quid erat post Iohannem, cum esset in spiritu? Nimirum totus mundus, quicquid corporeis oculis cernitur, imò & totus praesentis ecclesiae status. Retro huc erat, quia uidelicet ipse in anteriora extendebatur, cum ad illa uidenda sursum raperetur: futurum autem erat quod nunc dicimus. ¶ Dum ipse post occisionem Domitiani permittente Pio principe Nerva rediret Ephesum, compulsum est ab omnibus pene tunc Asiae episcopis & multarum ecclesiarum legationibus, de coeterna patri diuinitate Christi, altius facere sermonem, eo quod in trium euangelistarum scriptis, Matthaei uidelicet, Marci & Lucae, de humanitate eius, ac de his quae per hominem gessit, sufficiens sibi uiderentur habere testimonium. Cur hoc? Videlicet dum esset in exilio irumpentes in ecclesiam haeretici, quasi in destituta pastore ouilia lupi, Marcion, Cherinus & Hebion, caeteriq; antichristi, qui Christum fuisse ante Mariam negabant, simplicitatem fidei euangelicam peruersa maculauerant doctrina. Igitur post se uocem magnam tanquam tubae audiuit, quia futurum erat, ut magnopere cōpelleretur a iam dictis Asiae pene omnibus episcopis, quatenus uelut in bellum confurgens, perfidis obuiaret hereticis, & gladio correpto uerbi dei, defenderet terminos ecclesiae fidei. Vehementem illam qua compellendus erat omnium intentionem per magnam uocem intellegimus. ¶ Simul quia ueritas fidei non angulos amat, nō in occulto, sed palam omni mundo loqui desiderat, recte, non per qualemcunq; uocem, sed per uocem tubae magnam, id quod iam dictum est, significari decebat. Quod uidet, inquit, scribe. Hoc est dicere omnes episcopos Asiae: O Iohannes dilecte Iesu Christi, qui supra pectus eius recubens, euangelicam ueritatis flueta de ipso sacro dominici pectoris fonte potasti, quoniam Marcion, Cherinus & Hebion, caeteriq; antichristi, te absente, te exulante, irruerunt in ecclesiam, & simplicitate fidei euangelicam peruersa maculauerunt doctrina, Christum fuisse negantes ante Mariam, caeteri autem euangelistae, uidelicet Matthaeus, Marcus & Lucas, de humanitate eius sufficiens scriptis firmauerūt testimonium, tu de antiquitate diuinitatis eius, quod uides, quod nostri, quod teneas, euangelico stilo scribe, & scripto tuo cunctas haereticorum tenebras, patefacta ueritatis luce, dispelle. ¶ Et mitte septem ecclesijs, quae sunt in Asia, Ephesum, & Smyrnam, & Pergamum, & Thiatyram, & Sardis, & Philadelphiam, & Laodiceam. Mitte septem ecclesijs,

Matth. 4. Iohannes quod usq; ad tertium caelum raptus. Galat. 1. Tres modi uisionum. Gene. 41. 2. Cor. 12. Vide histo. eccle. lib. 7. cap. 21. Cūr Paulus sic iactaret de raptu a reuelatioe. 2. Cor. 12. Galat. 1. Audiuī post me: Nerva. historia de occasione scribendi euangelij se cunctū Iohannem. Tanq̄ uocē tubae. Iohan. 13. Euangelij Iohannis contra Cherinū, Hebionē, Marcionem, &c. Mitte septē ecclesijs.

Et conuer-
sus sum, sci-
licet ad pre-
ces & ieu-
niã.

Septẽ cãde-
labra sunt
unum can-
delabrum.
Matth. 5
Lucã 21

Matth. 12
Lucã 11

Christus lu-
cerna & lu-
men.
Iohan. 13

Lucã 2

Cãdelabra
aurea.

1. Petri 1
Qualis chri-
stus in me-
dio septem
cãdelabro-
rum.

Similis fi-
lio hois.
Philip. 2
Vestitus po-
dere.

Hebræo. 4
1. Petri 2
Præcinctus
ad mamil-
las zona
aurea.

id est, trade uniuersæ ecclesiæ, quæ per totum mundum diffusa est, ordinata & confirmata, sancto spiritu septiformi. Nam Asiæ quidem minoris septem sunt ciuitates metropolitanæ, quarum caput Ephesus est. Veruntamen quod loquitur septem ecclesiis Asiæ, utiq; omni ecclesiæ dicit, quæ cum una sit, septenario numero comprehenditur, quo sæpe solet uniuersitas designari. Specialiter quidem septem illis Asiæ ecclesiis suam prophetiã dirigit, quibus eum prædicatorem diuina gratia præposuit, sed nihilominus uniuersali ecclesiæ tradere ista cupit, quæ sibi reuelata nouit esse, pro communi omnium profectu, cum fine exceptione dicat beatus qui legit & audit uerba prophetiæ huius. Sequitur. Et conuersus sum ut uiderem uocem quæ loquebatur mecum. Rogantibus Iohannẽ, ut supra dictum, episcopus Asiæ, de cogiterna patri diuinitate Christi, alius sermonem faceret, ipse quid fecit. Nimirum ad orationem ieiuniumq; conuersus est, non aliter se facturum respondens, nisi in dicto ieiunio omnes in cõmune dominum precarentur, ut ipse digna scribere possent. Hoc fecit, in dõ cum hæc uideret ipse, facturum erat. Recte igitur, & conuersus sum, inquit, ut uiderem uocem quæ loquebatur mecum. Qui enim quodam modo in celum ascendere, & latentem illic diuinitatem hominibus demonstrare rogatus, ad orationem & ieiunia confugit, sollicitus, suamq; fragilitatem respectus, recte conuerti uel conuersus esse dicitur, ut uideat uocem quæ secum loquitur, id est, ut dono gratiæ supernæ obtineat, quod effari postulat, & quod ostendere siue conscribere ipse prior uidere uel scire mereatur. Et conuersus uidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, uestitum podere, & præcinctũ ad mamillas zona aurea. Et hoc ita deinceps factum est. Conuersus enim, ut iam dictum est, ad orationes & ieiunia, simulq; in dictum ieiunium celebrante ecclesiã, uidit reuelante sancto spiritu qualia de Christi diuinitate scribere dignum erat, quæ & præsens pulcherrime designat litera, sensu aureo, superficie tota argentea. Et uidi, inquit, septem candelabra aurea. Septem candelabra, septem ecclesiæ sunt. Ergo sicut septem ecclesiæ sunt, & tamen una est ecclesiã, sic septem candelabra unum candelabrum sunt. De quo uidelicet candelabro ipse dominus loquitur in euangelio: Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neq; sub mudo, sed super candelabrum, ut qui ingreditur lumen uideant. Hoc nimirum contra inuidiam loquebatur Iudaicam, quibus ante hæc dicta significauerat per similitudinem Niniuitarum, suam gentibus gloriam fore declarandam, ipsiq; uidelicet Iudæis, oculum nequam habentibus, id est, inuidentibus, & inuidendo per euntibus, gentes a turas esse poenitentiam. Dixerat enim: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt illam, quia poenitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Et ecce plus quam Ionas hic. Et est subintelligendum, sicut uiri Niniuitæ poenitentiam egerunt ad prædicationem siue signum Ionæ, qui fuit in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic gentes poenitentiam agent ad prædicationem meam, siue signum meum, postquam fuero in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, & perinde surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam. Quæritur cur ita fiat: Videlicet quia ego lucerna sum. Et sicut lucerna iecirco accenditur, non ut in abscondito, sed super candelabrum ponatur, sic ego iecirco ueni in hunc mundum, ut lumine meo gentes illuminentur. Igitur quod est secundum euangelicam ueritatis rationem, lucernam poni debere uel postam esse super candelabrum unum, hoc est secundum hanc reuelationem, filium hominis cõspici in medio septem candelabrorum aureorum, scilicet Christi sum, de quo dixit Simeon: Lumen ad reuelationem gentium, iam tunc, cum hoc mysterium uideret Iohannes, prolatum fuisse ad gloriam omnium ecclesiarum. Septem namque candelabra, ut iam dictum est, septem, id est, omnes ecclesiæ sunt. Quæ uidelicet candelabra recte aurea uidentur, quia sacra fides, ob quam uel ex qua hoc habemus gentes, ut candelabra, id est, ecclesiæ simus, auro, quod per ignem transit, assimilatur, quemadmodum & Petrus apostolus loquitur: Ut probatio uestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur. Qualem illum uidit in medio candelabrorum talium, candelabrorum aureorum: Ut autem dixerat Marcion, Cherintus & Hebion, ceteriq; antichristi, qui antiquæ Christi gloriæ derogabant, in dõ ut sciret ipse certius Iohannes, quale de diuinitate Christi testimonium postmodum rogãdus perhiberet, similem uidit filio hominis, uestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. In similitudine filij hominis ueritatem accepimus hominis, quemadmodum & illi: In similitudine hominum factus, & habitum inuentus ut homo. In uestitu poderis, quæ uestis est sacerdotalis, dignitatem uel officium sacerdotij, quia sacerdos uel pontifex noster ipse est, de quo Apostolus: Habentes ergo, inquit, pontificem magnum, qui penetrat cœlos, Iesum filium dei, teneamus confessionem. Et Petrus apostolus: Eratis enim, inquit, sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. In eo quod præcinctus erat ad mamillas zona aurea, intelligimus auctoritatem regiam, de qua Psalmista: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est dominus fortitudinẽ, & præcinxit se uirtute. Decorem & fortitudinem quam indutus est, uel qua præcinxit se dominus

minus regnans, regno peccati destricto, & superata morte, per zonam auream intelligimus, qua nunc uidebatur ad mamillas præcinctus. Cur enim ad mamillas, quarum in medio locus est cordis, nisi ut talis præcinctura significet, mamillarum scilicet & cordis, statum naturæ uitalis uel uitam continetis, quia Christus iam rex est immortalis? Resurgens quippe a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ecce iam hæc tria demonstrata sunt, scilicet eum esse filium hominis, id est, hominem, esse sacerdotem, esse & regem, uerum hæc ceteræ euangelistæ Matthæus, Marcus & Lucas, iam sufficientibus scriptis testificati fuerant, & horum testimonia supradicti hæretici audire non repugnabant. Quamlibet enim antichristi essent, Christum hominem, sacerdotem quoque esse fatebantur & regem. ¶ Vnum est unde controuersia suborta fuerat, scilicet eisdem hominis, sacerdotis & regis Iesu Christi altissima & antiquissima diuinitas. Sequitur ergo: Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Quid nam est filij hominis caput, nisi diuinitas eius? Hoc sciens & sponia in Canticis Canticorum, caput, inquit, eius aurum optimum. Caput illud, & capilli capitis illius cãdidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Dictum hoc de filio hominis, filio dei Porro de antiquo dierum patre eius, Daniel dicit: Vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Ergo & ille antiquus dierum & hic filius eius filius hominis, qui apud eundem Daniele cum nubibus cœli ueniebat, & usque ad illum antiquum dierum peruenit, secundum caput, id est, secundum diuinitatem unius eiusdemq; antiquitatis sunt. Nam huius atque illius capilli capitis æque candidi sunt. Vterq; per candorem capitis senex ostenditur, nulla distantia, quia uidelicet nec anno, nec mense, nec die, nec hora, nec puncto, nec momento, sed neq; atomo filius iste iunior est illo tam sene patre suo. Talem uidit in spiritu, qui in corpore quoq; siue corporaliter pulsatus, causa iam dicta talis erat scripturus. Quomodo uel quali scripto? In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. ¶ Igitur filius hominis uestitus podere, præcinctus ad mamillas zona aurea, caput habens candidum, Christus uel filius est, homo uerus, pontifex summus, rex magnus, deus antiquus & uerus. Conflabat namq; interim blasphemias sæpediti antichristi, ut negarent illum extitisse ante Mariam. At ille sibi prouidens, in dõ ecclesiæ suæ, in fide periclitanti cõsulens, iam Iohanni huic suum demonstrabat caput præantiquitate cãdidum, quod nõ solum ante Mariam siue ante Abraham, sed & ante luciferũ erat sine tempore genium, ante tempora de patre natum. ¶ Quid porro sunt capilli præantiquitate sic candidi tanq; lana alba & tanq; nix? Capilli, quia de capite procedũt, & multi sunt, multa sunt uerba dei, quæ de uno uel per unum uerbum, quod erat in principio, procederũt. Nam uerbum deus in sua substantia, uerbum unum & unum caput est, uerba autẽ multa, quæ ad sanctos homines siue prophetas deus locutus est, quasi multi capilli unius capitis sunt. ¶ Quare autem lanæ isti capilli assimilantur? Videlicet quomodo ex lana in fufum transmissa texendõ fit uestis aliqua, sic de capillis istis, id est, multiplicibus dei uerbis in linguã uocemq; prophetarum transfusus, scribendo cõtexta est sancta scriptura. Et quare non tanq; qualiscumq; lana, sed tanq; inquit, alba, siue, ut in Daniele scriptũ est, lana munda? Videlicet quia uerba illa sancta sunt & munda, recta sunt & irreprehensibilia. Vnde & illud: Eloquia dñi, eloquia casta. Itẽ: Lex domini immaculata siue irreprehensibilis, conuertens animas. Cõuertens, inquam, animas, & lauans illas ab omnibus peccatis. Iecirco addidit, & tanq; nix. Nix namq; aliquando emundationem significat. Vnde propheta in Psalmo: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Item in propheta: Et si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. ¶ Illud tandem msciendum, quia quisquis coram isto cano capite assurgit, & candidis eius capillis reuerentia facit, id est, uerba eius digne suscipit, propter hoc ipsum, quod uerba eius suscipit & meditatatur, ipse quoq; nascit, & senex metetur appellari, monstrante sapientiã cum dicit Senectus uenerabilis est, nõ diuturna, neq; annoz numero computata. Cani autẽ sunt sensus hominis, & ætas senectutis, uita immaculata. Sequitur: Et oculi eius uelut flamma ignis, & pedes eius sicut aurichalco sicut in camino ardenti. Nimirum quod scripturus erat dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum, & subiungens, quod factum est in ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt, erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, quod, inquam, scripturus erat taliter, hoc illi in ista imagine præfulgida demonstratum est. ¶ Nam sicut illud principium siue quod erat in principio uerbum, per istud significatur caput candidũ, sic per istos oculos significatur illa uita lux hominum, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundũ. Ergo oculi eius uelut flamma ignis, id est, aspiratio eius illuminas omnẽ hominẽ, & lucens in tenebris. Proinde recte dictum est, ut flama ignis, quia uidelicet deus noster ignis est, & respectus eius nobis flama est, flama illuminas, ut nõ simus in tenebris, ut nõ simus noctis & tenebræ, sed simus filij lucis, & filij dei. Propter huiusmodi oculos, & in euãgelio lucernã se, ut supra meminimus, insinuat esse

Psal. 91
Roma. 6
Caput eius & capilli cãdidi sunt diuinitate.
Cant. 5
Danielis 7
Pater & filius æque sene.
Iohan. 1
Qualis est Christus.
Capilli uerba diuina sunt.
Sicut lana alba.
Psal. 11
Psal. 18
Psal. 50
Esaie 1
Sapientia cana.
Sapient. 4
Iohan. 1
Oculi eius uelut flama ignis.
Deut. 4
1. Thess. 5
Matth. 5

Luce 11
Lux alla il-
luminans,
alia illumina-
ta.
Math. 5
Cant. 1
Iohan. 1
pedes eius
similes au-
richalco.

Luce ult.
Vox aquarum
sacri scri-
pturæ, id est,
adimpletio
de Christo.

Luce 24
Ite uox aquarum
multarum, id est,
propheta-
rum multorum.
Psal. 107
Septem stellas
sunt presu-
la ecclesia-
rum.

Malach. 2
Danielis 12

Mysterium
numerum se-
ptemarii.

Iohan. 21

Gladus de
ore eius, in-
dicium nouis-
simum est.

Deut. 32

Math. 25

1. Cor. 15

Math. 25

ponendam super candelabrum, & hic in medio conspicitur candelabrum aureum. ¶ Profecto
quia luce ista siue oculis istis si quis fuerint illuminati, ut alius quoque uerbo & exemplo ipsi luce
re possint, quodammodo dicuntur lux & oculi, iuxta illud: Vos estis lux mundi. Et sponse dicitur
in Cantica Canticorum: Oculi tui columbarum, id est, prouisores tui simplices sunt. Differt
tamen, quia uidelicet oculi illi non, ut isti, illuminantes sunt, sed illuminati, non lux illuminans,
sed illuminata lux. Proinde de uno ex clarissimis illorum dictum est loco memorato: Non erat il-
le lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. ¶ Item quod scripturus erat dicens, uerbum
caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre:
hoc ipsum ista significari uidet imagine, cum dicit, pedes eius similes aurichalco, sicut in ca-
mino ardenti. Sicut enim per caput candidum uel canum recte intelligimus antiquum, quod
in principio erat uerbum, sic per pedes quæ pars finis est corporis, recte intelligimus nihilo-
minus illud, quod idem uerbum caro factum, quod deus homo factus, in fine seculorum, & ho-
mo permanet ultra omnes fines seculorum. Isti pedes, ista eius humanitas similibus aurichalco re-
cte dicitur, quia uidelicet sicut aurichalco multis ignium impendijs ex ære perducitur ad co-
lorem auri, ita & illa humanitas per multas tribulationes passionis & mortis perducta est ad
gloriam diuinitatis, quæ per aurum solet intelligi, ut sit iam & ipsa immortalis, incorruptibi-
lis, impassibilis. Vnde signanter dictum est, sicut in camino ardenti, per quod recte intelligi-
tur molestia passionis qua oportuerat eandem humanitatem consagrari, quemadmodum dicitur: Non
ne sic oportuit pati Christum, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suam. Et uox
eius tanquam uox aquarum multarum. Aquarum nomine, diuina scriptura solet intelligi
quod nimirum scripturis approbare ex abundanti est. Constat autem quia ille filius hominis,
caput tam candidum, pedes habens huiusmodi similes aurichalco, quæ quid in passionibus siue
tentationibus suis loquebatur, uel nunc usque loquitur, sanctarum consonat scripturarum, & consen-
tit uocibus ac sensibus, imò & uita & mors eius, resurrectio quoque & ascensio eius, sic & scio
circo processit, ut scripturæ implementur. igitur uox eius tanquam uox aquarum multarum,
id est, doctrina uel omne opus eius, ueritas & adimpletio est scripturarum, quæ multæ sunt,
scilicet legis prophetarum, & psalmorum. Quoniam necesse est, inquit, impleri omnia, quæ scripta
sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. ¶ Aliter: Vox eius tanquam uox aquarum multarum, id est,
tanquam uox populorum multorum, iuxta illud quod in persona eius dicit Psalmista: Confitebor ti-
bi in populis, & psalmum dicam tibi in gentibus. Denique uocem eius uerba scripturarum, quæ
proferuntur in persona eius, hodie multi populi cõcinnant, qui uidelicet populi significari so-
lent nomine aquarum. Et habebat in dextera sua stellas septem. ¶ Septem stellas, ut infra scri-
ptum est, angeli sunt septem ecclesiarum, id est, omnes presules omnium ecclesiarum. Ange-
li autem, id est, nuntij, nimis iccirco dicuntur, quia subditis adnuntiãt ea quæ loquitur deus,
iuxta illud: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia ange-
lus dñi exercituum est. Quia taliter angeli sunt, id est, quia legem dñi adnuntiãt, iccirco & ue-
raciter stellas dicuntur & sunt, iuxta illud in Daniele: Qui autem docti fuerint, fulgebunt qua-
si splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æterni-
tates. ¶ Omnes ergo quæ iusmodi sunt, hoc numero, scilicet septenario, recte cõsignari illud
quoque pulcherrime astruit, quod cum esset in dextera sua, id est, in magna felicitate sua, quippe
pe qui resurrexerat a mortuis, non plures neque pauciores ex discipulis septem sui participes
habuit conuiuij, sicut scriptum est: Erant simul Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Na-
thanael qui erat a Chana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Isti septem mil-
lum in dexteram nauigij rete, plenum magnis piscibus ad terram perduxerunt, & cum domi-
no epulati sunt, & taliter omnes eos designant, qui in uniuersali resurrectione presentabunt
electos uniuersos, quos suis adquisierunt studijs siue laboribus, & cum Christo sedebunt ad
dexteram eius in celestibus. Tunc fiet id quod continuo in presenti loco significatur dicen-
do: Et de ore eius gladius utraq; parte acutus exibit. ¶ Gladius quippe hoc loco ultimum
significat iudicium, quemadmodum & in Cantico Deuteronomij deus dicit: Si acueris ut sul-
gur gladium meum. Nam exponens quod diceret gladium meum, continuo subiunxit, & ar-
ripuerit iudicium manus mea. Ite in dicit gladius utraq; parte acutus tunc de ore eius exibit,
& utraq; partem, dexteram scilicet & sinistram, pro meritis facit discernet & diiudica-
bit. Exitus gladij ad dexteram hic erit: Venite benedicti patris mei. Hoc nanque dicto, gladius
eius ita carnes deuorabit, ut iam non sit caro & sanguis, sed sint omnes omnimoda carnis &
sanguinis corruptione expoliati, mitiq; modo permanente natura, in alteram gloriam per-
mutati. Exitus eiusdem gladij ad sinistram hic erit: Discedite a me male dicti in ignem æternum,
qui pręparatus est diabolo & angelis eius. Vtrinq; sic erit efficax ille gladius iudicij, ut
eant hi in supplicij æterni, iusti autem in uitam æternam, & sic diuisi ab alterutris, nõ possunt ul-
tra coniungi aut permisceri sicut in præsentia ecclesia permixti nunc sunt boni & mali. Exitus
in claritate sua uidebitur ab illis beatis quos in dextera sua deinceps habebit, uidebit faciem
faciem

faciem deus deorum illa uisione, quam pollicebatur diligentibus se dilectionis suæ fore præ-
mium. Qui autem, inquit, diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifesta
ei imesum. Sequitur ergo: Et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. ¶ Facies eius, presen-
tia eius, lucebit sicut sol, quia uere est sol, & lucebit in uirtute sua, id est, in maiestate & diuini-
tate sua, complebiturq; illud Esaiæ uaticinium: Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit
septemplerit sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit dominus uulnus uulnus populi sui, &
percussuram plagæ eius sanauerit. Quæ nam est luna quæ tunc lucebit sicut sol absq; uarieta-
tibus cremenis & detrimentis, quibus nunc uariatur in isto seculo nisi ecclesia tunc erit simi-
lis soli suo, deo suo: Scimus, inquit idem Iohânes, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quo-
niam uidebimus eum sicuti est. Ipsa autem lux solis quanta erit? Sicut lux septem dierum, in-
quit. Quod est dicere: Quantæ claritatis erat deus uerbum cum sex diebus fierent omnia, & se-
ptimo die completerent omnia per ipsum, tantæ claritatis in carne sua tunc erit apud deum
patrem suum. Hoc etenim & ipse oras dicebat: Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum,
claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Quid enim est dies illa de qua dicebat
ille propheta: In die qua alligauerit dominus uulnus uulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sa-
nauerit, nisi illa uisio faciei solis huius, quæ sanitas erit generis humani, & perfecta sanitas pla-
gæ eius, quæ omnes in Adâ fuimus plagati, & uulneris quo in illo fuimus uulnerati, uidelicet
mortis duplicis animæ & corporis: Sequitur: Et cum uidissem eum cecidi ad pedes eius tan-
quam mortuus, & posuit super me dextram suam dicens: Noli timere. ¶ Quia ille quem uide-
bat, sicut sol lucet in uirtute sua, iccirco mortalitas homo stare uel subsistere non potuit in infir-
mitate sua. Sic & quondam cum in monte transfiguratus fuisset ante eos, uidelicet Petrum &
Iacobum, & hunc ipsum fratrem eius Iohânem, ceciderunt in faciem suam & timuerunt ual-
de. Et quemadmodum & isti dicitur, & posuit dexteram suam super me dicens, noli timere,
ita & illic: Et accessit Iesus & tetigit eos, dixitq; illis: Surgite & nolite timere. ¶ Nisi dextra
sua hic & illic tetigisset hunc uel illos, sustinere non poterant lucem uel uirtutem, in qua luce-
bat ille talis sol. Ergo & uniuersos, qui illum uisuri sunt in illo cœlesti regno suo, ut uiderent
& uidendo subsistere ualeant, constituit oportebit ad dexteram, iuxta ueritatem euangelicã quã
dicit, & statuet oues à dextris suis, hæcos autem à sinistris. Quod enim est ad dexteram super
istum mentem & præ timore cadentem poni, ut surgere & non timere possit, hoc erit tunc
omnes oues à dextris constitui, ut claritatem illam uiderent, & non cum sinistris hæcos de fluc-
re possit, sicut fluit cera à facie ignis. ¶ Ego sum primus & nouissimus, & uiuus, & fui mortuus,
& ecce sum uiuus in secula seculorum, & habeo clauem mortis & inferni. Priorum sequentis
auctoritatem diximus supra, quia angelus uisus est huic Iohanni in figura Christi, propter
illud quod in exordio dictum est, & significauit mittens per angelum suum seruo suo Iohan-
ni. Sed quæri nunc potest, cur is qui apparuit, Christum se tanta tamq; manifesta professus
est descriptione: Ego sum, inquit, primus, & nouissimus, & uiuus & cetera. Huc accedit, quod
ante pedes huius cadens tanquam mortuus, non est prohibitus cadere, uel correptus quod
cecidit ante pedes eius. Circa finem uero libri hic ipse dicit: Ego Iohânes qui audiui & ui-
di hæc, postquam audiissem & uidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angelij, qui hæc mihi
ostendebat, & dicit mihi: Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum
& eorum qui seruant uerba libri huius, deum adorã. Palam ergo datur intelligi, quia alius fuit
qui Iohânes ductor extitit, & hæc illi ostendit, atq; alius qui ostensus siue uisus est ei tanta cla-
ritate, ut subsistere non posset ad uidendam claritatem eius qui apparuit. Et ille quidem qui
ostendebat manifeste angelus, hic autem qui ostensus est, filius hominis dicitur. Proinde illi
quidem, cuius audiuit uocem, in hoc loco tanquam tube dicentis, quod uides scribe, conce-
de te oportet fuisse angelum qui hæc ostendebat, de quo & illud dictum sit, & significauit mit-
tens per angelum suum, eum autem qui uisus est, intelligi licet illum fuisse, quem se esse pro-
fessus est, scilicet primum & nouissimum, id est, Christum dei filium. ¶ Nec uero nouum, uel
credi indignum est, quod Iesum Christum post ascensionem suam homo uiderit, cum Pau-
lus apostolus dicat: qui illum antequam ascenderet in cœlum non cognorat. Non sum liber? Non
sum apostolus? Nonne dominum Iesum Christum uidi? Viderat enim illum in uia cum iret
Damascum, & quia tunc uisione illa indignus, utpote inimicus & persecutor erat, non so-
lum cecidit in terram, sed & cum surrexisset apertis oculis nihil uidebat, Iesum nanque illum
uidisse confirmatis qui ad eum missus est, Ananias. Saule frater, inquit, dominus misit me: Ie-
sus, qui apparuit tibi in uia qua ueniebas. ¶ Alias autem iste filius hominis angelus dicitur, &
est angelus magni consilij, angelus in quo est nomen dei. Nam in Exodo ad Moysen siue ad
populum suum deus dicit: Ecce ego mittam angelum qui præcedat te, & custodiat in uia, &
introducatur in locum quem parauit. Obserua eum & audi uocem eius, nec contemnen dum pu-
tes, quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo. ¶ Angeli huius hæc propria
est differentia, quæ illic posita est, dicente deo, & est nomen meum in illo. Non dixit, & est no-
men

Iohan. 14
Facies eius
sicut sol lu-
cet.
Esaiæ 30

* Decre-
menti.
I. Iohan. 2
Sicut lux se-
ptem diebus

Iohan. 17
Esaiæ 30

Et cũ uidi-
sem eum ce-
cidi.

Math. 17

* Hic.
In dextrã
cõstituit
deum ui-
debunt.

Math. 23

Psal. 57

Profixa q̄-
sto de an-
gelo Iohan-
nis.

Infra 22

Chr̄s post
ascensionẽ
suã uisus.
1. Cor. 9
Actoꝝ 4
Chr̄s quo-
que angelus
dicitur.
Exodi 23

Et e nomen
meu in illo

R V P E R T I A B B A

TIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN-
NIS APOSTOLI COMMENTARIO
RVM LIBER II.

Euangelii
Iohannis co-
tra Cheri-
ntu & alios
antichri-
stos.



DRAECEDENTI CLARISSIMAE VISIONIS CAPI-
tulo Iohannes euangelij sui quod scripturus erat, mirabile uidit pre-
gium, uidelicet filij hominis podere uestiti, & zona aurea praecincti,
caput candidum, quo significabatur uerbum antiquum quod erat in
principio apud deum, uidelicet contra Cherinthum aliosq; antichri-
stos, qui negare incipiebant ante Mariam fuisse Christum, dictumq; est
illi postquam haec & caetera uidit: Scribe ergo quae uisidisti. Deinde ex-
pressum est illi sacramentum septem stellarum, septemq; candelabro-
rum, quod uidelicet septem stellae, angeli septem ecclesiarum, & can-
delabra septem, septem ecclesiae sint. Et continuo sequitur: Et angelo Ephesi ecclesiae scribe:
Haec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum
aureorum. Hic iam septem spiritus dei loqui incipiunt, qui in conspectu throni dei sunt. Nam
qui dicit ipse quidem est filius hominis, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureo-
rum, qui fuit mortuus & uiuit, qui habet rompheam ex utraq; parte acutam, qui habet oculo-
los tanquam flamma ignis, qui habet septem spiritus dei, qui habet clauem Dauid, qui est prin-
cipium creaturae dei. Sed perpende quia per singula septem locutionum suarum capitula cla-
mat fici, qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Septem ergo loquuntur spiritus
dei, loquente hic uno filio hominis, siue filio dei, loquuntur, inquam, de illo habitaculo suo, in
quo tota plenitudine corporaliter habitantes sunt in conspectu throni dei, id est, in exempli
ecclesiae dei, quia uidelicet iste filius hominis prepositus est ad imitandum ecclesiae dei habens
in se septem spiritus dei. ¶ Loquitur hic ecclesiis primo loco spiritus timoris, secundo spiritus
pietatis, tertio spiritus scientiae, quarto spiritus fortitudinis, quinto spiritus consilij, sexto spiti-
tus intellectus, septimo spiritus sapientiae. Ecclesia namq; dum Christum imitatur, a timore
incipit, & ascendendo ad sapientiam peruenit, sicut scriptum est: Initium sapientiae timor do-
mini. Porro ubi ad eandem ecclesiam instruendum filius dei descendit, primus est spiritus
sapientiae, ultimus est spiritus timoris, cum propheta dicit: Et requiescet super eum spiritus
domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae &
pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Igitur eodem spiritu praeeunte, qui habet
aurem audiendi audiat, quid istorum spirituum quisque dicat ecclesiis, iuxta proprietatem
suae dignitatis, & primo quid dicat spiritus timoris domini. ¶ Angelo, inquit, Ephesi eccle-
siae scribe, & caetera. Quod qui haec dicit ecclesiis, spiritus fit timoris, ex eo manifestus cla-
ret, quod ait: Memor esto itaque unde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac.
Sin autem, uenio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris.
Eorum statum, quibus haec dici conueniat, innuit nomen Ephesi, siue interpretatio nomi-
nis: Ephesus namque lapsus magnus, siue uoluntas mea in ea, interpretatur: Magnus quippe
lapsus est, charitatem primam reliquisse, & ab ea excidisse, uoluntas autem dei est, ut quis sic
excidit uel lapsus est, poenitentiam agat. Eiusmodi & angelus, id est, sacerdos ecclesiae Ephe-
si tunc erat, & multi hodieq; sunt sacerdotes, siue sub sacerdotibus uiuentes in ecclesia, quos
omnes in hoc uno angelo spiritus timoris partim exterrendo increpat, partim resouendo lau-
dat. ¶ Incipit autem sic: Haec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua. Septem stelle an-
geli sunt septem ecclesiarum, ut predictum est. Iam isto dicto stellae eiusmodi salubris timor
constringit, quia uidelicet sic stellae istae in caelo sunt, ut eas teneri oporteat ne cadant in ter-
ram. Nam de caelo stellae plurimae ceciderunt, & de stellis facti sunt principes tenebrae. Di-
cend itaque, qui tenet septem stellas in dextera sua, simul tribuliter innuit, ut qui se existi-
mat stare uideat ne cadat. Non enim stat sua uirtute, sed dextera domini continente. Hoc id
circo maxime cauendum est, quia is ipse, qui tenet stellas easdem, uigilanter attendit, ne forte
propria claritate ueniat alicui pes superbiae. Vnde & subditur: Qui ambulat in medio se-
ptem candelabrorum aureorum. Nam idem est ac si dicat: Qui in medio uestri digrediens,
corda singulorum & renes inuestigat. Etenim, ut praedictum est, candelabra septem, septem
ecclesiae sunt. Cum ergo in medio candelabrorum huiusmodi ambulat, lumen singulorum intue-
tur quantum luceat, ne forte sine oleo charitatis, sine operibus dilectionis fumiget fides mor-
tuorum. Nam ubi tale quid inuenerit dicit: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &
quia non potes sustinere malos, & reuocasti eos qui se dicit apostolos esse, & non sunt, & inuenisti
eos mendaces, & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum & non defecisti. ¶ Pla-
ne haec

CAP. II.

Qualis est
qui hic lo-
quitur.

Coloss.

Septē spūs
loquunt se-
ptem eccle-
siis.

Psal. 110
Proverb. 1
Esaia 11

Angelo E-
phesi loqui-
tur spiritus
timoris do-
mini.

Tenentur
stellae ne
cadant.

Infra 6
Esaia 14
Roma 11
Psal. 35

Hiere. 17

ne haec opera bona quidem sunt, laborare in regula fidei catholicae, & laboris huius patientiam
habere, etiam disputando contra dogmata peruerfa, quorum fabricatores mali, tam multi tamq;
loquaces sunt, ut non possis eos sustinere: qualis tunc erat Marcion & Cherintus, multiq; alij
haeretici. Bona, inquam, opera sunt quidem, tentare illos doctores mendaces, falsosq; apostolos
conuincere, sed non in hoc est perfectio, quantumcumq; patientiam habeas sustinendo istos &
non deficiente, absq; primo charitatis ornamento. Nam & apostolus dicit: Si tibi habueris o-
mnem fidem, ita ut motes transferam, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem
autem non habeam, nihil mihi prodest. Et apostolus Iacobus ait: Vis autem scire o domine, ina-
nis, quoniam fides sine operibus otiosa est? Otiosa namq; est fides quantumcumq; operari ui-
deatur, nisi per dilectionem operetur. Ait ergo: Sed habeo aduerfus te, quod charitatem tuam
primam reliquisti. Ac si dicat: Illud quidem pro te est, & pro te agit quod sic operaris, sed hoc
aduersum te est, quod in hoc opere tuo charitatem primam reliquisti. Prima namq; id est, prin-
cipale bonum, charitas est, quae & excellentior uia est iuxta apostolum: Hoc solum pene &
unicum signum est perfectionis, & testimonium uerae uirtutis, quemadmodum alibi dixit: In
hoc cognoscet omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hoc signo
cognitus est Stephanus protomartyr, quando in labore & patientia sua cum non posset susti-
nere malos, quos inuenerat & conuicerat mendaces, ita patientiam habuit, ita sustinuit propter
nomen domini, ut moriens etiam pro ipsis oraret & diceret: Domine ne statuas illis hoc pec-
catum, quia nesciunt quid faciunt. L. Memor esto itaq; unde excideris, & age poenitentiam, &
prima opera fac: Sin autem, uenio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poeni-
tentiam egeris. Sicut multa sacre scripture testimonia, sic & locus iste docet nos non debere pra-
cipitare sententiam super ecclesias angelos, id est, episcopos, & super quoscumq; gradus
ecclesiasticos. Non enim dixit, quia charitatem tuam primam reliquisti: cum uenio tibi, &
mouebo candelabrum tuum de loco suo, sed grande interuallum uocis suae, magnumq; frenum
posuit currenti sententiae dicendo, memor esto igitur unde excideris, & age poenitentiam, &
prima opera fac. Tunc demum ita subiungit: Sin autem, id est, si super illud quod habeo iam
aduerfus te, super illud quod charitatem tuam primam reliquisti contemptum quocq; appoue-
ris, uenio tibi, & caetera. Ordo iste iudicij dei late splendet in scripturis, sed exempli gratia, duo
tantum preponantur homines, Saul uidelicet & Dauid: Filius unius anni erat Saul cum regna-
re coepisset, duobus autem annis regnauit super Israel: Quod est dicitur humilis sicut puer unius
anni, & paruulus in oculis suis erat, quando rex factus est, & duobus annis eadem humilitate
regnauit super Israel. Vnde loquente dno in se, ait Samuel: Nonne cum paruulus esses in oculo
litus, caput in tribus Israel factus es? Ab hac humilitate excidit, quando contra legem holo-
caustum obtulit, cum non esset sacerdos de stirpe Aaron, sed homo de tribu Benjamin. Ite quia
ab humilitate exciderat, pepercit Agag regi Amalech, & optimis gregibus ouium contra pre-
ceptum dñi. Iterumq; inquit scriptura: Offerebat holocaustum dno de inithis praedae quae attule-
rat ex Amalech. Redarguit super eo qd humilitate primam reliquisset, non fuit memor unde
excidisset, neq; poenitentiam egit: quippe qui holocaustum rursus offerendo peccatum auxit, pra-
sumptionem iterauit. Dixit quidem peccauit, tanq; memor esset unde exciderit, sed non humiliter
dixit aut sensit. Addidit enim: Sed nunc honora me coram senibus populi mei, & coram Israel: & re-
uertere mecum. Honorare ergo uel gloria non dei, sed sua, ista confessione mercari uoluit dicendo,
peccauit, iuste ergo soliti eius de loco suo moueri debuit, quia poenitentiam non egit. ¶ Dauid autem
iple paruulus erat, de q & pater Isai dixit ad Samuel: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit
oues. Cumq; iam regnaret, nihilominus & humilis erat. Nam de humilitate eius scriptum est:
Cumq; intrasset arca dñi in ciuitate Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, uidit re-
gem Dauid subsilentem atq; saltantem coram dno, & desepit eum in corde suo. At ille: Uiuat dñs,
inquit, quia iudae uilior ha plus factus sum: ero humilis in oculis meis. Ab hac humilitate
tunc excidit, quando uerbum dñi contempsit, peccando in uxore Vriq; quam tulit. Vnde & per
prophetam dixit ei: Quare ergo contempsisti uerbum dñi, ut faceres molu in conspectu meo? Et
subinde: Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum, eo quod desep-
eris: At ille statim memor fuit unde excidisset, & quod charitatem primam reliquisset, & dixit:
Peccauit dno. Item in psalmo: Quonia iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum con-
tra me est semper: Tibi soli peccaui, & mali coram te feci. Ergo non huic uenit dñs sicut uenerat
Saul, ut moueret solum siue candelabrum eius de loco suo. Nam & regnum eius stetit, & pro-
phetica gratia cum docendi auctoritate permansit. Ea namq; recuperata, docebo, inquit, ini-
quos uias tuas. Igitur ubi cuiuslibet ecclesiae angelus, id est, sacerdos, charitatem suam primam
relinquit, recte non statim iuris est ecclesiasticus mouere candelabrum eius de loco suo, id est,
auferre sacerdotium uel ecclesiam eius, sed dicitur ei: Memor esto unde excideris, & age poeni-
tiam, & prima opera fac. Si audierit corripientem, ille qui corripuit, lucratus est fratrem suum.
Quod si neq; adhibito alio, neq; publico conuentus ecclesiae testimonio corripuerit, imò audire

Fides sine
charitate
nihil pro-
dest.

1. Cor. 13
Iacobi 1

Charitas
prima, id est,
principale
bonum.
1. Cor. 13
Iohan. 3

Actos 7

Non pre-
cipit senten-
tia in episcopos &
clericos.

1. Reg. 15
de Saul non
recte poeni-
tente.
1. Reg. 15

Exemplum
de Dauid
recte poeni-
tente.

1. Reg. 16
2. Reg. 6

2. Reg. 12

Psal. 50

Quo agen-
dum est con-
tra ecclesie
fideles pec-
cantes.

Matth. 18

contem.

contemplerit, tunc demum recte mouetur candelabrum eius, & alteri datur. Sequitur: Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum: quæ & ego odi. Illud, inquit, habeo aduersus te, quod iam dixi, hoc autem habes mecum, & in hoc mihi consentis, quod facta Nicolaitarum odisti. Nam illa & ego odi. Nicolaitarum dicti sunt à Nicolao diacono ecclesie Hierosolymorum, qui cum Stephano & cæteris constitutus est à Petro, qui propter pulchritudine relinquens uxorem, dixit, ut qui uellet ea uteretur, & uersa est in stuprum talis consuetudo, ut inuicem coniugia commutarentur: Istos hoc loco improbat. Et notanda dispositio sermonis, quam artificiosa fit. Et priusquam emitteret austeritatem reprehensionis, quæ laudanda erant, collaudat. Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & cætera. Et post ubi corripuit, at que minas intentauit, rursus quod laudandum erat, laudauit, quia, inquit, facta Nicolaitarum odisti quæ & ego odi. Ita reprehensionis amaritudinem, ne nimis offenderet atque exterreret, collaudationis dulcedine circumliniuit. Hoc modo & cum muliere Samaritana loquens, & antequam diceret, quing; enim uiros habuisti, & nunc quem habes nō est uir tuus, præmisit collaudans, bene dixisti, nō habeo uitium, & postquam illi quoddam uiros habuisset expressit, iterum collaudans, hoc, inquit, uerum dixisti. Magnum hoc & digne imitandum est magisteriū spiritus dei, corripere quidem ea quæ emendatione indigent, sed inter corripendum & prius & postea collaudare, si qua bene dicta sunt uel acta eodē, qui in alijs corripitur, quatenus quoad fieri potest, teneatur beneuolus, & non refugiat confusus aut exterritus, audire nō sustinens peccatoris animus. Item notandum est, ulla corripentis inuentione nihil minus apud intelligibilem animum ualere, quod sequitur: Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesie. Hæc enim talis dictio quasi clamor est uehementissimus, pertingens usque ad aurem cordis intrinsecus. Hinc euangelista: Iesus, inquit, hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Tali namq; enuntiatione negligentem animam uehementer confutat, sed dum nimis hominem esse designans, etiam si patient corporis aures habeat, qui tantæ comminationis uim intus non audiat, qui tanti iudicij necessitatem intrinsecus non sentiat. Sane cum nō dicit quid spiritus dicat ecclesie Ephesi, sed quid spiritus dicat ecclesijs, sciendum est, quia quæ singulis scribit, uniuersis dicit ecclesijs. In omnibus quippe ecclesijs sunt & qui digne audiunt, uel quibus dici debeant ea quæ sunt timoris, & quibus ea quæ sunt pietatis, & quibus ea quæ sunt scientiæ, & quibus ea quæ sunt fortitudinis, & quibus ea quæ sunt consilij, & quibus ea quæ sunt intellectus, & quibus ea quæ sunt sapientiæ. Nam & ita cetera septem ecclesie scribuntur, uel septiformis ecclesie dicitur, quia quicunq; in ecclesia sunt, in quolibet gratiarum istarum consistunt gradu. Proinde uersus iste quasi intercalaris ad singulas ecclesias, de singulis pronuntiat spiritibus dei, qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesie. Additur huic alius, qui & in singulis istorum spirituum elocutionibus, pro qualitate condignarum retributionum uariatur. Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. In isto gradu, id est, in spiritu timoris, uincere est, corripenti ad quietem, penitentiam agere, & prima opera facere. Porro primis hominibus quia corripenti deo non ad quietem uerunt, imò peccatum suum superba defensione tuentes auxerunt, lignum uitæ, quod planta uerat deus in medio paradisi interclusum est. Ait enim dñs deus: Ecce a dam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiā de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternū, emisit eū dñs deus de paradiso uoluptatis, & col locauit ante paradysum Cherubin, & flammeū gladium atq; uersatile, ad custodiendam uiam ligni uitæ. Quod ergo primo homini interclusum est penitentia non agenti, pulchre huic repromittitur qui penitentiam egerit, quatenus edat de ligno uitæ, qd est, inquit, in paradiso dei mei, & uiuat in æternum cum ex illo comederet. Deime dixit, pro natura carnis nostre quā assumpsit. Nam pro natura sue diuinitatis dici potuit, qd est in paradiso patris mei. Virūq; in euangelio diffiniuit, dicēdo iam fratris suis, apostolis suis: Ascende ad patrem meum, & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum. Sed nunquid ut resurgamus & uiuamus in æternum, de illo materiali ligno est edendum? Non utiq; sed qui manducat, inquit, carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Christus namq; lignum uitæ est, cuius & in celesti paradiso uisione, & in præsentia ecclesie corpore, sanctæ reficiuntur animæ. Illud materiale lignum uitæ, hominem morte animæ, scilicet peccato iam mortuum, non uiuificasset, sed carnem uiuere faceret in æternum, quod infelicissimum esset. Mortuus quippe in anima si corpore uiuere homo in æternum, non recuperaretur in æternum, & esset æternaliter miser, ut dæmones sunt. Hoc autem lignum uitæ, quod est Christus, dum nos corpore & sanguine suo reficit, iam nunc resuscitat animam à morte peccati, & carnem nostrā in nouissimo die resuscitabit. Sæpe autē is qui necdū uicit, id est, qui penitentiam non egit, edat de hoc ligno uitæ, quod est in paradiso dei, manducat corpus & bibit sanguinem domini. Non illi dat Christus, sed ipse rapit, & ideo iudicij sibi manducat & bibit. Et angelo Smyrne ecclesie scribi: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus

Nicolaitarum.

Optimus modus corripiedi peccantes.

Iohan. 4.

Qui habet aurem, audiat. Marth. 13.

Quæ uni dicitur, uniuersis dicitur ecclesijs.

Uersus intercalaris.

Genes. 3.

Dei mei, qd ad humanitatem Christi dicitur. Prefiguratur Iohan. 10.

Lignum uitæ Christi est. Iohan. 6.

1. Cor. 11.

tuus & uiuit: Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed diues es, & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanae. Post spiritum timoris, sursum est spiritus pietatis, & ille spiritus sine dubio loquitur hic, de toleranda perfectione suggerens, cui causæ uel intentioni nimirum & ecclesie nomen congruit: Smyrna enim, myrtha dicitur, quæ mortificationem carnis designat. Verissime his qui perfectionem patiuntur propter iustitiam, maxime opus est spiritui pietatis, ut sint in passionibus pñ, in probris uel exprobrationibus mansueti, nō reddentes malum pro malo, uel maledictū pro maledictō, sed cōtrario benedicentes, imò & interea suis reficiantur lachrymis, uitam suspirantes æternā, cuius spe patiuntur, ob cuius dilationem lachrymantur, iuxta quod quisq; illoq; in psalmo loquitur: Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quoridie ubi est deus tuus. Et à quo magis principio sua dicta debuit exordiri, tribulatos consolari intendens, spiritus pietatis: Ait enim: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & uiuit: Ei qui tribulatur ante oculos ponit primum & nouissimum, qui fuit mortuus & uiuit, ut non miretur in seruire qui ad tentationem sit, quasi noui aliquid contingat. Ac si dicat hic spiritus eidem quem consolari uult: Tu à quolibet culmine temporalis defectus, propter iustitiam quasi homo ignobilis obprobrijs, & insuper plagis ueris feruilibus. Sed quātum hoc est si ad illum respicias qui pro te passus est, tibi relinques exemplū, ut sequaris uestigia eius: Ille namq; cum apud deum esset primus & pretiosissimus, secundum alterā naturam filius dei, secundum alterā naturam filius intemeratae uirginis, cum, inquam, sic esset primus & optimus, & præ filijs hominū preciosissimus, apud homines nouissimus fuit, id est, uilissimus, quemadmodum & propheta dicit gemebundus: Nos uidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectū & nouissimum uirorū, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatum. Ita ille primus deus stans in synagoga deorū, & nouissimus, id est, uilissimus uere sub iudicio hominū. Quid ergo magnū, si tu homo, & nō deus, de tuo quantum locumq; honore propter illum es deiectus, si quod pateris homo nō sine peccato, passioni eius comparetur quam pro te passus est, qui peccatū nō fecit, nec inuictus est dolus in ore eius: Itaq; bene ac decet sic exorsus est, hæc dicit primus & nouissimus. Quo autē pertinuit hoc addere, qui fuit mortuus & uiuit: Nimirū ad magnum cumulū consolationis, ut sciat, quia qui mortificatur sequēdo uestigia Christi, uiuet quemadmodū ille, cum fuerit mortuus nūc uiuit. Et quid dicit: Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam. Quod nūc dicit scio, uehementer & eodem pondere dicit debet intelligi, quo iam dictus propheta dixerat de illo: Et uidimus eum uirum doloz, & sciētē in firmitate. Sciētē dixit in firmitate, pro eo ut diceret, experimentū in firmitatis habentem. Itaq; & hic scio tribulationē tuam & paupertatē tuam, id est, tribulationis quam pateris experimentū habeo, & paupertatē quam sustines in memeri ipso expertus sum. Cum enim maio remq; ego tribulationem sustinuit: Et cum diues essem, quis ad tantā, ut ego paupertatē descendit: Et enim de me Palmisti a dicit: Et persecutus est hominē in opem & mendicū & compunctum corde mortificare. Huius experimenti memor Apostolus dicit: Non enim habemus pontificem qui nō possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autē per omnia pro similitudine absq; peccato. Tentatus namq; est fame, siti, persecutione & morte, & inde scio, inquit, tribulationē tuam & paupertatē tuam. Iccirco nō minus doleas, quia scis uel expertus es: nam ego talis idem scio, idem expertus sum. Sequit & dicit: Sed diues es & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanae. Quod dixi paupertatē tuā, dixi secundū falsam æstimationē hominum, nam secundū re ueritatē diues es. Illi te pauperē putant, sed tu diues es. Ego enim ascendens in altū, ego in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & sciētiae absconditi, sed es ad dexterā patris, dedi dona hominibus, & inde tu diues factus es, habens sermonē sapientiæ, siue sermonē scientiæ, siue aliud quodlibet talentū ex multarum diuisionibus gratiarū. Et cum ita diues sis blasphemaris tanq; pauper, tanq; nihil sis, tanq; nihil accepteris, nihil noueris, nulla ex parte deū cognoscas, aut à deo cognitus sis. A quib; ita blasphemaris: Ab his qui se dicūt Iudæos esse & nō sunt, sed sunt synagoga Satanae. Magnus labor magnatibi est afflictio cordis, taliter & à talibus blasphemari. Sed & ego istud scio, istud expertus sum. Diues eram, totos habens thesauros diuinitatis in me corporaliter habitatis, habens requiescentem super me spiritū domini, spiritū sapientiæ & intellectus, spiritū consilij & fortitudinis, spiritū scientiæ & pietatis, & spiritū timoris dñi. Inde est qd opera feci quæ nemo alius facit, & sic locutus sum, ut diceret aduersarij, nunq; sic locutus est homo, sicut hic homo. Et cum tam diues essem, blasphemabar tanq; pauper, qui nihil boni haberem, aut quia deo non essem. Dicebant enim: Nō est hic homo à deo qui sabbathum non custodit. Item in Beelzebub principe demoniorū eicit demonia. Amplius autē: Dæmonij habet, aiebant, & insanit. Quid eum auditis: Et multa his similia. Ita blasphemabar ab his qui se Iudæos esse dicebant, dicentes: Semen Abraham sumus, pater noster Abraham est, unum patrem habemus deum, & non erant Iudæi filij Abraham, sed erant synagoga Satanae. Unde & dicebam illis: Vos ex parte

Spiritu pietatis opus est in tribulationibus. Exuera.

Roma. 15.

Psal. 31.

1. Petri 2. Consolatio in tribulationibus passio Christi. Esaiæ 53.

Psal. 50.

Esaiæ 53. 1. Petri 2.

Esaiæ 53. Quod Christus dicit sciens infirmitatē, & tribulationē nostrā. Psal. 103. Hebraeo. 5.

Sed diues es & blasphemaris. Psal. 67. Esaiæ 4. Coloss. 2. 1. Cor. 12.

Coloss. 3. Esaiæ 11. Lucae 4. Iohan. 15. Iohan. 7.

Iohan. 9. Math. 12. Lucae 11.

Iohan. 6.

Tit. 1
Quo licet
timere tri-
bulationes
Marci 14
Matth. 26

Misſus eſt
diabolus ex
uobis in car-
cerem.

Matth. 5
Lucæ 23

Ut tene-
mini.

Matth. 4

Iob 1

Per dies de-
cem, id eſt,
uſque ad
mortem.

Exempli p
ſeuerantiæ
de chriſto.

Phillip. 2

Hebræo. 2

Galat. 5

Mors ſecun-
da mors
animæ.
Obſecro.

patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri multis facere. A talibus quidem tu blaſphema-
ris, uidelicet à falſis fratribus, quicunq; conſentitur ſe noſſe deum, factis autem negant. Nihil
horum timeas quæ paſſurus es. Non, inquit, timeas ut loco cedas, & malorum timore fidem
perdas. Cæterum timere uel pauere cõceditur infirmitati naturæ, ut non tamen cedat ſpiri-
tus timori, recedendo à dei uoluntate. Nam & de ipſo qui hæc loquitur, & in quo ſpiritus pie-
tatis hæc loquitur, ſcriptum eſt: Et aſſumit Petrum & Iacobum & Iohãnem ſecum, & cõcepit
pauere & tædere. Item ipſe de ſemetipſo ſpiritus, inquit, promptus eſt, caro autem infirma.
Quæ ſunt illa quæ paſſurus es? Ecce miſſurus eſt diabolus ex uobis in carcerem, ut tentemi-
ni, & habebitis tribulationem diebus decem. Ecce, inquit, neq; enim iſtud in temporalon-
ga fiet, præſens quippe tempus ueſtræ tribulationi, futurum autẽ ueſtræ incunditati depura-
tum eſt. Contra, præſens tempus impiorum iſtius, futurum autem illorum luctui & anguſtiæ ſta-
tutum eſt. Cur autẽ non dixit, miſſuri ſunt homines mali, ſed ait, miſſurus eſt diabolus ex uo-
bis in carcerem? Videlicet, quia ſic dicere & ſic docere debuit ſpiritus pietatis, ad hoc inſtru-
ens pium martyrem, ut intrinſecus agitatori diabolo totum impuret, quod extrinſecus fact
homo perſequens, & cõdoleat homini perſequenti, quod eum diabolus obſedit, optretq; illum
à diabolo liberari, memor eius qui dixit: Orate pro perſequentibus & calumniantibus uos,
Etenim ipſe qui hoc dixit, pro perſequentibus & crucifigentibus ſe exorauit, dicens: Pater
ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt. Aliquibus indultum eſt ſicut petiuit, qui & ſangui-
nem eius, quem perſequando fuderunt, poſtea credendo biberunt. Itaq; & pius martyr dum
in carcerem mittitur, ſciat & dicat, quia hoc facit diabolus, à quo captiuus homo perſecutor
tenetur, & ſic inter uincula & carceres reſponſa ſua contemperet, ſupplicemq; animum pro
perſequentibus ad deum ſubleuet, quatenus aliquos ex his liberet, quod ſæpe factum eſt.
Miſſurus eſt, inquit, in carcerem. Quare? Quaintentione? Ut teneamini. Ille enim tentator
eſt, & ed totus intendit, ut aliquos ex uobis decipere poſſit. Tali intentione Iob ſanctum expe-
tuit, iccirco illum extrinſecus ulcere peſſimo percuffit, ita ut à planta pedis uſq; ad uerticem
non eſſet in eo ſanitas, quatenus ſimplicitatem & reſtitudinem eius intrinſecus euerteret, ut
peccaret Iob in labijs ſuis, & ſtultum quid contra deum loqueretur, atq; ita deo qui propoſu-
erat dicens, nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſim-
plex & reſtus, ac timens deum & recedens à malo, quaſi uictor diabolus inſultaret. Hoc inten-
dens, miſſurus eſt, ait, diabolus ex nobis in carcerem, ut non omnes cito moriamini reptino
ictu gladij, ſed protelatione pœnarum & mora mortis perſeſi conturbemini in cordibus ue-
ſtris, & inter procellas iniuriarum fluctuantes concidatis, & per dita, ſi fieri poteſt, fide abfor-
beamini. Ecce hoc futurum eſt, hoc diabolus per ſuos miniſtros facit. Et habebitis tribula-
tionem diebus decem, id eſt, uſq; ad mortẽ, uidelicet quandiu militatis in lege dei, ſicut oportet,
ut adimpleatis præcepta decem. Sequitur enim: Eſto fidelis uſq; ad mortem. Nimirum
tandiu fidelitatis conſtantia bono hortatu indiget roborari, quandiu tribulationum uis, can-
dem fidelitatẽ extorquere contendit. Dum ergo dicit eſto fidelis uſq; ad mortem, ſatis oftendit
decem tribulationis dies pertingere uſq; ad mortem. Eſto fidelis, inquit, uſq; ad mortẽ, &
dabo tibi coronam uitæ. Hæc cum dicit, manifeſtat ipſe cur præmiſerit de ſemetipſo dicens
Qui fuit mortuus, & uiuit. Eiuſdem namq; perſeuerantiæ quam perſuadet dicens, eſto fide-
lis uſq; ad mortem, in ſemetipſo exemplum præbuit factus obediens uſq; ad mortẽ, mortem
autem crucis. Item remunerationis quam promittit dicens: Et dabo tibi coronam uitæ, certum
dinem atq; ſtudentiam in ſuo præſentat capite Apoſtolo ibidem proſequentem. Propter quod &
deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu o-
mne genu ſcctatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Et alibi: Videmus domini Ieſum
propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum. Igitur uſq; ad mortem eſto fidelis,
inquit, quia iam poſt mortem non ſeruada exigitur, ſed ſeruata fidelitas coronatur. Quia ha-
bet aures audiat quid ſpiritus dicat eccleſiis. Dicitur ſpiritus huius, ſpiritus pietatis autibus
cordis audire uel audiſſe eſt, coronam uitæ quam hic promittit concuſſere, & eius ſpe tribu-
lationem ſue perſecutionem pro Chriſto non ſolum non reſugere, uerum etiam libenter am-
plecti, cuiusq; exemplo dare percutienti maxillam, ſaturari obprobrijs, & ſi extrinſecus perſe-
cutor deſit, ſemetipſum intrinſecus perſequi, carnem ſuam crucifigere cum uitijs & concupi-
ſcentijs, & in deſinẽter flere, quod diſſeratur à regno dei, à uifione eius qui pro nobis fuit motus
& uiuit. Porrò auditum ſue auditorem huiusmodi non ab una tantum eccleſia ciuitatis
illius Smyrnæ, ſed ab omnibus idem ſpiritus exigit eccleſiis, & iccirco non ſingulariter ait, au-
diat quid ſpiritus dicat eccleſiæ, ſed pluraliter, audiatur quid ſpiritus dicat eccleſiis. Tandemq;
compenditer pro cauſa ſue intentione concludiſſionem ita ſubungit: Qui uicerit nõ lædetur
à morte ſecunda. Eſt eſt ſenſus: Qui fidelis permãſerit uſq; ad mortem carnis, mortem ani-
mæ non timebit æternam. Mortem ſecundam, mortem animæ dixit. Quia uero mors animæ
quæ mors peccati eſt, uel quæ peccando accidit, à deo prior eſt morte carnis, ut etiam reſur-
reſcio

reſcio animæ, qua per fidem Chriſti in baptiſmo reſurgit, morte carnis prior ſit, priuſq; oportet
reſcio illam conſequi q̄ per mortem carnis tranſeat ex hoc mudo quicunq; cupit uidere regnũ
dei. Quomodo ergo uel cur nunc ſecunda mors dicitur, niſi quia poſterioris experimẽto ſen-
tatur? Nam mortuus quidem eſt Adam morte animæ priuſq; morte carnis, uidelicet, eadem
die, qua uetitum lignum temerari, iuxta ueritatem dicentis: In quocunq; die comederis ex
eo, morte morieris. Sed eandem animæ mortem tunc demum experimento ſenſit, quãdo pul-
uis in puluere reuerſus eſt, quæ carnis mors eſt, & anima ad inferos deſcendit. Itaq; mors ani-
mæ, quæ per peccatũ animam à deo ſeparat, cauſa quidem uel origine prima eſt, ſenſu autem
uel experimento mors ſecunda. Et angelo Pergami eccleſiæ ſcribe. Poſt ſpiritus pietatis
ſurſum ſpiritus ſcientiæ ſequitur, qui & in hac eccleſia Pergami doctrinam malam tenentes,
doctrinam Balaam, doctrinam Nicolaitarũ, redarguit dicens: proinde angelo huius eccleſiæ
ſimiliter, pœnitentiã opus eſt; Nimisq; ad deſtructionem omnis doctrinæ nequam, uirtute uel gra-
tia ſpiritus ſcientiæ ager eſt, & ſermo ueritatis, de quo & hic in exordio dicit: Hæc dicit
qui habet rhomphæam ex utraq; parte acutam. Et poſtmodum ſi quo minus inquit, id eſt, ni-
ſi pœnitentiã egeris, ueniã tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Ergo rhomphæa
ex utraq; parte acuta, uel gladius iſte oris dñi, ſermo dei eſt, de quo & Apoſtolus dicit: Uius
enim ſermo dei eſt & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſq; ad diui-
ſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoq; & medullarum, diſcretor cogitationũ & inten-
tionum cordis. Diſcernit enĩ inter animã & ſpiritus, quia uidelicet ipſe nouit quid homo ani-
malis cogitat, aut faciat propter terrena cõmoda, & quid ſpiritalis propter cœleſtia. Et ut ſecũ-
dũ præſentẽ locum uel cauſam loquamur, ipſe diſcernit inter benedictiones Balaam, & in-
ter benedictiones Moysi, quorũ uterq; quidem filijs Iſraël benedixit, ſed in cæteris doctrina
longe diſcrepauit. Balaam quippe eodem ore quo benedixit, decebat Balach mittere ſcanda-
lum coram filijs Iſraël, edere & fornicari. Hoc Moyses non fecit. Cauſa huic uel intentioni
ipſum Pergami nomen congruit. Pergamus enĩ interpretatur diuidens cornua eorũ. Mone-
turq; angelus iſte, ut ſecundũ nomen eccleſiæ ſuæ qd eſt Pergamus, diuidat atq; diſcernat à
ſana doctrina doctrinã Balaam ſue doctrinã Nicolaitarũ, per ſanctũ ſcientiæ ſpirituũ. Ait ergo:
Hæc dicit qui habet rhomphæã ex utraq; parte acutã. Ad quid habet illam rhomphæã? Ad
faciendam uindictã in omnes tenentes doctrinã Balaam, & in ipſum, quicunq; ille eſt, qui docet
doctrinã Balaam. Meminiſſe namq; debemus hiftoricæ ueritatis, in qua dñs dicit Moysi VI
dicere filios Iſraël de Madianitis. Et ſubinde: Cumq; pugnaſſent cõtra Madianitas atq; uici-
ſſent, omnes mares occiderũt, & reges eorũ. Eui, & Recen, & Sur, & Vr, & Rebe, quinque princip-
es gentis, Balaam quoq; filiu Beor, interſecerũt gladio. Et poſt pauca iratus Moyses principi-
bus exercitus, tribunis & centurionibus qui uenerant de bello, ait: Quare reſeruaſtis mulie-
res? Nonne iſtæ ſunt quæ deceperunt filios Iſraël ad ſuggeſtionem Balaam, & præuaricari fe-
cerunt uos in dño ſuper peccato Phogor? Vnde & percuffus eſt populus. Ergo cõctos inter-
ficite, quicquid eſt generis maſculini, etiam paruulos, & mulieres quæ nouerũt uiros in coitu
ingulate. Huius, inquam, hiftoriæ ueridicæ hic meminiſſe debemus, quia qd illic realiter fa-
ctum eſt, hic ſpiritaliter fe facturũ proteſtatur, qui rhomphæam ex utraq; parte acutam fe ha-
bere proſtetur. Ait: Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt Satanæ. Magna & uehemens reprehẽ-
ſio eſt, angeli illius eccleſiæ, qd illic habitat ubi ſedes eſt Satanæ, uel qd illic ubi ille angelus ha-
bitat ſe ſedes Satanæ. Qualis eius negligẽtia ſit, uel quomodo illic Satanæ ſe dem habere licue-
rit, ſequens ſermo declarat. Interim dicit: Et tenes nomẽ meum, & nõ negaſti fidẽ meam. Magnus
hoc uideri poſſet ſi nõ confeſſionẽ nominis ſequens negligẽtia uel opus obſcuraret. Et in
diebus illis, Antiphata teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud uos ubi habitat Satanæ. Iuxta
nomen Pergami, qd interpretatur diuidens cornua eorũ, huc uſq; que laudanda erãt lau-
dauit, martyre (ut quidã perhibent) huius nominis qd eſt Antiphata, Pergami paſſum cõme-
morans, cum teſtimonio laudandæ fidei, & deinceps quæ reprehendenda ſunt reprehendit,
atq; ita cornu iuſtitia, à cornibus iniuſtitia diuidit, ſecundũ illum pſalmi uerſiculum: Et oia
cornua peccatorũ confringam, & exaltabuntur cornua iuſti. Sequitur enĩ: Sed habeo aduer-
ſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinã Balaam, qui docebat Balach mittere ſcandalũ co-
ram filijs Iſraël, edere & fornicari. Ita habes & tu tenentes doctrinã Nicolaitarũ. Qualis ſe-
cundum hiftoriã doctrina Balaam fuerit, & qualiter hodieq; teneant uel imitentur illam, mul-
ti qui ex eccleſia eſſe uidentur, diligẽtius conſiderare præſens locus admonet. Fuit ille Balaam
idem qui in libro Iob dicitur Eliu, primũ propheta & uir ſanctus, poſtea propter auaritiã di-
uini uel arioli uocabulo nuncupatus. Hic benedicendi & maledicendi poteſtatẽ habens ſue
efficaciã ſacerdotum, qui cum ſint mali, pro officio tamen cõmunicandi uel ex cõmunican-
di poteſtatẽ habent, geſſit figuram. Vnde & Balach loquitur ad eum: Veni & maledicẽ popu-
lo huic, noui enim qd benedictus ſit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta cõgeſ-
tis, habes quoq; ſcientiã dei, & ſciens quod fruſtra ſacerdos in eum maledicta cõgerit, quem
C cauſa

Solutio.
Gene. 2

Sp. ritus
ſcientiæ.

Rhomphæa
ex utraque
parte acuta,
ſermo
dei eſt.
Heb. 4

Pergamus.

Hiſtoria de
Balaam à
Madianitis
Numer. 21

Reprehẽ-
ſio negligẽ-
tia.

Pſal. 74

Balaam in
libro Iob
dicitur
Eliu.
Numer. 23

Avaritia Balaam. causa uel culpa propria maledictionibus non subijcit. ¶ Et tamen propter avaritiam uadens, & toties perquirens, si forte deo placeret ut malediceret populo huic, manifeste formā illoꝝ exprimit, qui benedictiones & maledictiones in ecclesia ueniant, & omnia quæ uasa causa ciunt. Summum doctrinæ eius nequam illud extitit, quod ait Veruntamen pergens ad populum meum dabo cōsilium, quod populus tuus populo isti faciat. Deditq; cōsilium, quod & factū est, ut fornicaretur populus cum filiabus Moab, quæ uocauerūt eos ad sacrificia sua, comederūt & biberunt, & initiatus est Beelphegor, & iratus est dominus. Deniq; hoc est quod ille dedit cōsilium. Nonne, inquit Moyses, isti sunt quæ de ceperunt filios Israël ad suggestionem Balaam? In huiusmodi doctrinam ille cecidit per avaritiam, non per ignorantiam, Ait enim ipse suam scientiam proficiens: Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obscuratus est oculus, dixit auditor sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi, & uisiones omnipotens uidet, qui cadens apertos habet oculos. Nimirum hæc dicens, in profundam avaritiam ueam cadebat, & suum ipse casum uidebat. ¶ Sic diuisus, sic duplex ille Balaam in publico benedictiones dei, tinnulis uocibus concinens, in secreto dolum concinans, & cōsilium impio regi præbens, ad populi dei perniciem. Nonne sacerdotum uenialium hypocritam, in semetipso præpingit intolerabilem? An non hodieq; talium sacrilegorum interitina peste omnia plena sunt? Mittit uiolenta manus secularium, & hoc seculo diligentium, & in hoc seculo potentium, secundum nomen Balach, interpretatur enim lingens siue elidens, lingens scilicet, seculi delicias, & elidens pudicas quoad potest non sibi consentientes animas. Mittit, inquam, trans Iordanem, & euocat quempiam sacri baptismi transflorem, & statuit sibi pontificem pronum in avaritiam, uanitates obseruātem secundum nomen Balaam, Balaam quippe populus uanus interpretatur. Reges quoq; & imperatores, qui se Christianos dicunt, uanitatem huiusmodi se fecerunt, & contra Aaron pontificem, Balaam ariolum contra Petrum, Simonem Magum; contra quempiam legitimum Romanæ sedis antistitem, adulterū quemlibet non nunq; intruserunt ad maledicendū. Veruntamen de ueruo loquamur Balaam, id est, de omnibus qui uisibus terrarū sub nomine uel officio sacerdotū se cōstitunt avaritiā & mercedes iniquitatis amāt. ¶ Qui quis ergo ille est, qui taliter accedit ad sacerdotiū, adductus quidem est ad maledicendū, & animo detestatur Israël, quia diligit uitia, & odit uirtutes, sed in publico detestari nō audeat, palam uoce maledicere nō audeat, ita ut aliter doceat in ecclesia q̄ regula fidei sese habeat. Sic nimirum ille Balaam cū propter promissa sibi munera maledicere uaperet Israël, domino prohibente nō audebat, sed e contrario benedicebat, eadem ad felicitatē populi illius de Christo ueraciter pronuntiās, quæ & Moyses & alij prophætæ sancti pie fideliterq; annuntiānt: Orietur, inquit, stella ex Iacob, & cōsurgit uirga ex Israël, & percutiet duces Moab; cætera de quorū mysticis sensibus nō uacat dicere nunc per singula. Ita isti non audent, cum uelint, transire regulā fidei, et cum in animo cupiant populis eximere futuri metum iudicij, ut multos suæ fautores iniquitatis, multosq; suæ socios habeant perditionis, lectiones tamen recitant, & testimonia cantant dominicæ passionis, resurrectionis & ascensionis, & nouissimi diei iudicij. In hac fide benedicunt, baptizant, consecrant. Porro cum hæc publice fecerint, in occulto uertuntur ad cōsilium, ad colloquia mala, quæ bonos mores corrumpunt. Proceđit subornatq; filix Madian, lu dentes, & cōposito gradu incedentes ad decipiendum Israël. Hoc nimirum toties fit, quoties teneri & molles uitius profluentes, nullumq; ad uitæ constantiam uirile robur habentes, acceptis honoribus, cum sint moribus obscuri, fiunt in ecclesia sub nomine Christiano spectabiles. Hoc est cōsiliū uel suggestio Balaam, id est, omnium qui sequerentur uiam eius, mercedes iniquitatis amant. ¶ Neq; enim filios ecclesiæ pro uirtutibus eorū, sed filias, id est, molles & uiciosas animas, pro muneribus ad ecclesiasticos honores prouehūt. An nō isti sic prouecti, doctrinā tenēt Nicolaitarū? Nicolai q̄ppe refert Clemens de zelo pulcherrimæ coniugis increpatū respondisse, ut quicumq; eam uellet accipere uxore, & hoc infideles docuisse, quod apostoli cunctis promiscua, cōmuniaq; seminarum consortia permitterent. ¶ An non illi doctrinæ uicinum hoc est, quod isti legitimum non ualent habere coniugium, ut pote legibus ecclesiasticis interdicitum, ut sint sancti & mundentur, quia portant uasa dñi, nihilominus incontinentes sunt, imò deterius eō prouunt, imitantes cōnubia quoties uolūt, & qui nullum habent thorum licitum dum sic euagantur, nullum cōsiliū rupisse coniugij uinculum? fornicantur autem cum illis & initiatur Beelphegor, quicquidq; exemplo talium ad incesta uel adulteria audaciores fiunt. ¶ Et tūc quidem miraculū fuit, q̄ aperuit dñs os subigalis muti, & animal hominis uoce loquens, redarguit propheta inipientiā, qui huiusmodi cōsiliū dedit, sed & nūc pene illi simile fit, quādo turba plebeia rectores ecclesiæ clamoribus suis coarguit atq; obiurgat, eo q̄ talis pestilentia, tanta in sacros ordines macula, ex ipsoꝝ accidit avaritia. Ait ergo: Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalū coram filiis Israël, edere & fornicari. Et exponens quæ sit illa doctrina Balaam cōtinuo subiungit: Ita habes & tu tenentes doctrinā Nicolaitarum.

laitarum. ¶ Ergo fornicationes quas Nicolaus induxisse fertur, ut iam dictū est, contra puritatem ecclesiasticā appellat doctrinā Balaam, & hoc esse cōfirmat scandalū ecclesiæ dei, edere & fornicari. Et recte. Nam ubi unq; sacerdos siue pōtifex conductitiis exemplo Balaam mercedes amat iniquitatis, cōtinuo tanq; de mala radice uitioꝝ omnium pullulant fructus mali, primumq; ecclesiæ castitas & omne decus religionis perit, scientiæ nulla cura, nullus honor, nullus ferē lacri feruor studij, sed avaritiæ, quæ idoloꝝ seruitus, uorago bona cuncta submergit. Sequitur. Similiter & tu poenitentia age. Sin autē, uenio tibi cito, & pugnabo cū illis in gladio oris mei. ¶ Cōgrua datus & opportuna pro re cōminatio eius, qui se rhomphæam ex utraq; parte acutā habere dixit. Nam & ubi Balaam ille mercede cōductus ibat, stetit angelus dñi in uia, euaginatum in manu gladiū tenens, dixitq; ad Balaam: Ego ueni ut aduersa rer tibi. Et nisi assina declinasset ad uia, dans locum resistenti, te occidissem, & illa uiueret. ¶ Et nisi assina ille non egit, docens Balach scandalū mittere coram filiis Israël, edere & fornicari, cōpleta est in eum ultio propter quam significatū angelus dñi tali schemate, uidelicet euaginatum in manu gladiū tenens, apparuit. In illa quippe uisione quæ facta est de Madianitis, Balaam quoq; filium Beor, ait scriptura, interfecerūt gladio. Bene ergo, ueniam, inquit, & pugnabo cum illis in gladio oris mei, uidelicet iuxta similitudinē illius angelicæ uisionis, illius in Madianitis & in ipsum Balaam ultionis. Nam ille gladius in manu angeli, illa ultio in Madianitas, iudiciū illud significat, de quo Apostolus: Fornicatores autē, inquit, & adulteros iudicabit deus. ¶ Tu dicabit em̄ non solum fornicatores, quales Madianitæ, cum quibus Israël fornicatus est, fuerunt uerum etiā & adulteros illos, qui adulterant uerbum dei, qualis fuit ille Balaam, qui uerba benedictionis adulterauit, malū submittendo cōsilium, & docēdo Balach mittere scandalū illud corā filiis Israël. ¶ Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. ¶ Hoc loco audire quid spiritus dicat, est nō cessare a sana doctrina, ad destruendā illam doctrinam Balaam, sanctamq; exercere scientiā, illamq; semper euangelicā dñi memoriter tenere sententiā: Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ: Ipsi nō introistis, & eos qui introibant prohibuistis, Qui em̄ sub nomine Christiano peccata nutriunt uel nutriti permittūt, sufficere ad salutē arbitantes solum nomen diuinū, quemadmodū illi qui cōsidentes in uerbis mēdaciū dicebant: Templum dñi, templum dñi, templum dñi est, & fecerūt illud speluncam latronum, profecto ad uerā scientiam ne quāq; introierūt. Si em̄ in illam introissent, si sanctarū scripturarum uoces uigilanter aduersissent uel aduertere uoluissent, scirēt quia nihil ualet professio diuini nominis, quam ut in illo Balaam supplantat doctrina nequam, edendū & fornicandū. Hoc autē scientiarq; obseruantes, nō fuissent eiecti de tēplo flagello iracundiæ dei, prosequente propheti eo atq; dicente spiritui de illis: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Hoc ergo audiat qui habet aures, quia tanq; bruta uictima gladio cædetur peccus illud, in quo propter uoluntariā cæcitatem scientia non est. ¶ Qui uicerit dabo ei manna absconditum. ¶ In isto gradu uincere, est doctrinā Balaam, id est, fornicationes primū in semetipso per uirtutē continentia, deinde in alijs per uirtutem scientiæ destruere. Porro qui hoc modo uincit, ille sacramentum corporis & sanguinis dñi digne percipit, sicut e contrario ille qui uincere negligit, accedens ad hoc sacramentum, iudicium sibi manducat & bibit. Recte ergo, inquit, uincenti dabo manna absconditū, id est, munditiam cordis & corporis custodienti, dabo panem uerum, panē uiuum, cuius signum uel figura fuit manna quod filij Israël manducauerunt. Dicitur autē hoc manna absconditū, quia uidelicet in hoc sacramento, aliud oculis ceruitur, aliud fide intelligitur. Et quæ utilitas cōsequetur accipientē hoc manna absconditum? Ait. Et dabo illi calculum cādūm, id est, in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit. ¶ Qui enim digne percipit hoc sacramentum, sic resurget in nouissimo die, ut corpore nouo candorē habeat solidum, candorem sempiternū, sitq; corpus eius quasi calculus, id est, splendida immutatione solidatū. De qua Apostolus: Mortui, inquit, resurget incorrupti, & nos immutabimur. Immutari nanq; sanctoꝝ est tantum, idemq; est ac si diceret, ultra non moriemur, impassibiles erimus. ¶ In huiusmodi calculo nomen nouum scriptum habere, est filios dei nominari & esse. Hoc utiq; nomen nouum, id est, ex nouo homine Christo, per sanguinē eius redemptis datum est. Nam nomē uetus ex ueteri homine nobis hereditarium erat, scilicet ut diceremur & essemus natura filij irē. Quare autē hoc nomen nemo scit, nisi qui accipit? Videlicet quia nominis huius scientiā non alienum extrinsecus documentū, sed propriū intrinsecus efficit experimentū. Inflatū & tumidi sciunt ut sibi scire uidentur quantū uolūt, siue quantū possunt, huius tamē nominis scientiā consequi nō possunt. Scriptū est em̄: Hæc cogitarūt & errauerūt, exca cavit em̄ illos malitia illorum, & nescierunt sacramenta dei. Nemo ergo scit dignitatē siue ingenuitatē nominis huius, quo nominamur uel sumus filij dei, quantum eunq; sciat siue buccis crepantibus perstrepat, ut ille Aristoteles siue omnes Aristoteles, relatione patriæ ad filium, siue filij ad patrē, nisi quem spiritus adoptionis regenerādo filium dei patri effecerit, & ipsa regeneratione scientem huius rei, doctūq; suo ractu perfecerit.

cut locutio asinae.
Puritas ecclesiastica.
Sacerdos conductitiis.
cōminatio gladij ad poenitendū.
Numer. 22
Exitus Balaam in gladio.
Numer. 31
Heb. 12
Cōtra adulterantes uerbum dei.
uitiū sciētia contra falsas doctrinas.
Lucæ 11
Hier. 7
March. 21
Cōtra indoctos prælatos.
Iohan. 8
Elaiz. 5
1. Cor. 11
Manna absconditū, Eucharistiæ sacramentū.
Calculus cādūm in resurrectione iustorū.
1. Cor. 15
Nomen nouum ut sit filius dei.
Eph. 2
Impj & inflati nomē nouū non sciunt.
Sapient. a

Spūs forti- tudinis.

Roma. 12 Exemplum zeli fortitudinis ad He lia.

3. Reg. 19 Ibidem 18 Zelus Phineas sacer- dotis.

Numer. 25 Zelus dei ne- cessarius ui ro sancto.

1. Reg. 2

exemplum fortitudi- nis a Chro.

Pedes eius similes aurichalco.

Iacobi 5

Oculi eius ut flamma ignis.

Zach. 4 Infra 3 Iohan. 1 Acto 17 2

Profectus a operibus a timore ad charitatē. Iohan. 4 Iezabel ty- pū gerit hē reticorum.

Iezabel pri- ma fudit

LEx angelo Thyatirę ecclesię scribe. Hęc dicit filius dei qui habet oculos tanq̄ flammā ignis, & pedes eius similes aurichalco. Hic in filio dei spiritus fortitudinis qui post spiritū sciētię sursum sequitur, loquitur quod suum est. Ait em̄: Habeo aduersus te, quia permittis mulierē Iezabel quę se dicit propheten, docere & seducere seruos meos. Hęc etenim cum dicit, illum Thyatirę angelum, & omnem hominē sanctum, qui secundū nomen Thyatirę, quod trans- fertur in hostiā, exhibuit deo corpus suum hostiā uiuēntem, mittit ad ueridicam historiā. ¶ Vbi Helias Thesbites cōtra Iezabel & prophetas eius ita fortis fuit, & ita fortiter egit, ut usq̄ ho- die dicat in medio ecclesię cū illius zeli fortitudinis suę memoriā laudabili, memorabili lau- de; Zelo zelatus sum pro dño deo exercitū, quia prophetas tuos occiderit, & altaria tua sub- foderunt. Ita quippe fortiter zelatus fuerat, ut prophetas Baal uiros quadringentos occiderit gladio. ¶ Eadem zeli fortitudine Phinees quoq̄ (quem ipsum Heliam fuisse Hebręi autemat) in supradictō scđalo quod Balaam docuit, Balach mittere coram filijs Israhel, arrepto pugio- ne ingressus est post uirum Israheliten in lupanar, qui ingressus fuerat ad scortum, & confodit ambos, uirum scilicet & mulierem in locis genitalibus, atq̄ ita auersus est furor dñi ab Israhel. ¶ Magna res & sancto uiro necessaria zelus iste uel ista fortitudo, quia nimis si careat ea, pe- riculatur in iudicio dñi, quantacūq̄ sit in ipso propria uirtus sanctitatis. Exemplum nobis hu- ius rei est periculū sacerdotis Heli de Sylo. Nam quia nouerat indigne agere filios suos, & nō digne zelando secundū legem corripuit eos, sed cum blanditijs nimitū paternis, imō pene fo- neis, nolite, inquit, filij mei, non est em̄ bona fama quam ego audio, ut transgre di faciatis po- pulum dñi, iccirco uenit super eum iudiciū, domino ita cōcludente sententiam: Icirco iurā- ui domui Heli, q̄ non expietur iniquitas eius uictimis & muneribus usq̄ in æternum. ¶ Nunc ipsa uerba per ordinē differamus. L Hęc dicit filius dei qui habet oculos tanq̄ flammā ignis. Hoc ad intentionē pertinuit, quia uidelicet qui angelo uel sacerdoti suo persuadet, habere for- titudinem, zeli fortitudinis eiusdem exemplum in semetipso p̄ostendens, maiori cum auto- ritate dñs & magister discipulū instruit. ¶ Nam ut oculis flammeis hic interim differam, quid est, & pedes eius similes aurichalco. Insi ac si diceret, & in itinerebus siue acibus eius proba- ta est fortitudo? Aurichalcū quippe in camino ignis longa decoctione & diuturna tunhione hoc habet, ut auri similitudinē teneat. Sic deniq̄ ipse qui hęc dicit filius dei, quasi pedes suos, id est, finem suum, de quo Iacobus apostolus dicit: Patientiam Rob audistis, & finem dñi uide- stis, fortiter in camino suę passionis ardenti cōsummauit, & resurgēs carnem suam in immor- talitatis aureę gloriā transmūtavit, ac deinde gentem suam, terram, & ciuitatē suam Hierusa- lem, in magno zelo nō parcens igni hostili cōflagrauit. Ergo pedes eius similes aurichalco, & hoc exemplo ab eo, cui hęc dicit, iure exigit, ut post omne opus bonum sit ei etiā erga delin- quentes alios distriicta iusti zeli fortitudo. ¶ Ad hoc intendens de seipso p̄mittit, qui habet oculos tanq̄ flammam ignis. Oculi nanq̄ eius qui numero septem sunt, iuxta prophetam Za- chariam, & iuxta posteriorē scripturā huius locum, septem spiritus sunt. Et quidē ante illum passionis eius caminū spiritus sanctus non tanq̄ flamma ignis, fed tanq̄ columna super eum de- scendisse, & in eo manere uisus est. Verum ubi in cœlum ascendit, quasi flammeis oculis in ter- ram aspexit, mittens eundem sepiiformē spiritum, qui super apostolos in linguis igneis appa- ruit, eosq̄ qui erant infirmi, fortes & bono zelo seruentes effecit. Quid dicit iste filius dei: L Noui opera tua, & fidem, & charitatem, & opera tua nouissima plura prioribus. Mores suo prius quod laude dignum est collaudat, & posterius quod uisuperabile est, cum paterna cor- reptione cōmemorat. Noui, inquit, opera tua, & hoc noui & approbo, quia de bonis profeci- sti ad meliora, hoc est enim, quod repetens ait, & opera tua nouissima plura prioribus. Verbi gratia: Opera illius nouissima plura uel meliora sunt prioribus, qui cum a timore opus bonū inchoauerit, peruenit ad charitatem, quę perfecta, foris mittit timorem. Hoc nanq̄ innuere uideatur, ubi cum p̄mississet, noui opera tua, statim addidit, & fidem & charitatem. Inchoa- tio nanq̄ operum bonorū, timor est qui cōcipitur per fidem, perfectio uero, charitas quę ser- uilem excludit timorem. Et quantacūq̄ sint opera timoris, quę tempore uel ordine priora sunt, sine dubio charitatis opera tempore nouissima, dignitate plura & meriti maioris sunt. Er- go in persona propria iste angelus Thyatirę magno testimonio superni iudicis honorat, quia secundum ipsum nomen Thyatirę, quod transfertur in hostiā, semetipsum exhibuit deo ho- stiam uiuentem, per fidem & charitatem. L Sed habeo, inquit, aduersus te, quia permittis mu- lierem Iezabel, quę se dicit propheten, docere & seducere seruos meos, fornicari & mandar- care de idolothytis. Ac si dicat: In tuo quippe opere & fide es laudabilis, sed in hoc uitapera- bilis, quod propria salute contentus, hęc etiam perfidiam, quę alios perdit, non digna inue- stione redarguis. Nomen quippe Iezabel, quod fluxum sanguinis sonat, conuenit hęc etiam. Et specialiter conñctur fuisse mulier in supradicta ecclesia, docens memorata facinora, quę si- gura esset totius Iezabel per orbē. ¶ Vna quippe Iezabel uxor Achab regis Israhel, uniuersam hęc etiam perfidiam, & nomine & opere p̄signauit, quia & nomē eius interpretatur, ut iam di- ctum

ctum est, fluxus sanguinis, & ipsa prior prophetas domini persecuta est, & occidit. Ante illam quippe nullus prophetas occidisse legitur. Ipsa iustum Naboth lapidauit, ipsa Heliam, nisi fu- gā cōsuluisse, gladio interfecisset. Posteri quoq̄ eius exemplū impię parentis imitati, scilicet Ochozias rex Iuda, filius Ioram ex Athalia filia eiusdem Iezabel, & Iosias, & Amasias, pro- phetas dñi persecuti sunt & occiderūt, & uerbum dei loqui prohibuerūt, & iccirco de sancta & mystica generatione Iesu Christi, Marthęo scribente, sublati sunt, & locum in ea uel memo- riam nō meruerunt. Iam dudum quidē fabricati fuerant uituli aurei, & scissæ fuerant decem- tribus de domo David, & a templo dñi, quod signū & initium fuit omnis hęc etiam & schisma- ticę iniquitatis, sed ista uidelicet Iezabel cultū Baal super addidit, & perfidiam gladiū, ut iam di- ctum est, adiecit, & iustum sanguinē fudit, & uerbi dei ministrū in fugam cōpulit. ¶ Recte ergo & mulier ista, quę supra sexus sui dignitatē in ecclesia loquens & docens seducebat, & oia hęc etiam perfidia Iezabel uocatur, & est atq̄ nomen illius Iezabel, cuius posteritas, ut iam di- ctum est, de generatione sancta perijt, in obprobriū referuatur. ¶ Quia permittis, inquit, mu- lierem Iezabel quę se propheten dicit, & cætera. Quid illum uolebat agere, cui dicebat, quia permittis? Nimitū induere spiritū fortitudinis, & zelo dñi illud spiritaliter facere, qđ corpora- liter Helias fecit. Ille cum redarguisset populū dicens, usque quo claudicatis in duas partes, atq̄ signis euidētibz effecisset, ut adorātes dicerent, dñs ipse est deus, dñs ipse est deus, apprehēdite, inquit, prophetas Baal, & ne unus quidē effugiat ex eis. Quos cum apprehēdisset, duxit eos Helias ad torrentē Cylon, & interfecit eos ibi. Hoc uir sanctus, qualis erat ille angelus Thyati- rę, sic debet imitari & facere, ut nō sola sui salute cōtentus sit, qm̄ angelus est, & secundū hoc nomen alijs qualiter saluētur nuntiare debet. ¶ Sed gladiū uerbi dei arripiens redarguar popu- lum, eo qđ claudicat in duas partes. Hinc cōmunicans copori Christi, & inde iuxta doctrin- am huius mulieris fornicans, uel manducans idolothytis cum dicat Apostolus: Non pote- stis participari mensę dñi & mēse dæmoniorū. Non potestis bibere calicem dñi & calicē dæ- moniorum. Qui ergo illud docēt, & cum docere uideatur, seducunt populū, tenet eos uis, cui hęc scribuntur, tanq̄ prophetas Baal & prophetas Iezabel, & gladio iudicē, gladio uerbi dei, quod est in ore eius, separet ab ecclesia, damnatos proprio iudicio, ne quis eis cōmunicet, aut cibum sumat, pariter ne quis dicit cupiā illos, aue, aut in domū illum recipiat. Sic enim spiri- taliter agit & Helias gladio materiali egit, dum prophetas Baal occidit. ¶ De ipsa Iezabel, id est, de uniuersa, quę se magistrā facit, hęc etiam synagoga nunc dicit. L Et de illi tempus ut penitentiam ageret, & non uult penitere a fornicatione sua. Et ecce mitam eam in lectum, & qui moechantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi penitentiam egerint, ab operi- bus suis, & filios eius interficiam in morte, & scient omnes ecclesie quia ego sum scrutans re- nes & corda, & dabo unicuiq̄ uestrum secundū opera sua. ¶ Omnis hęc cōnæ comminatio ad similitudinē respicit illius Iezabel, cuius hęc mulier uel omnis hęc etiam Iezabel, pro suis me- ritis nomen sortita est. Sic enim illa Iezabel regina, siue filia regis punita est, ut historica narra- tio docet. Primum dedit illi deus tempus ut penitentiam ageret, & Achab quidem ut ueniret penitentiam egerit, ipsa autem penitere noluit. Dare nanq̄ tempus penitentię, hoc est ante pœnas comminationes p̄mittere. Hoc autem fecit dominus loquens in Helia ad Achab. Ec- ce ego inducā super te malum, & demetā posteriora tua, & interficiā de Achab mingētem ad parietem, & dabo domū tuam sicut domū Hieroboam filij Nabath. Sed & de Iezabel locutus est dñs dicens: Canes comedent Iezabel in agro Israhel. Rursumq̄ de Achab: Si, inquit, mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedēt eum canes, si autē mortuus fuerit in agro, comedēt eum uo- lucres cœli. Vtriq̄ ergo dedit deus tempus penitentię, ut penitentia ageret, quia pœnam utriq̄ cōminatus est anteq̄ inferret. Et Achab quidem, ut iam dictum est, qualemcūq̄ peni- tentiam egerit, & iccirco dominus sententiam pœnæ, quam cōminatus fuerat, iuxta modū pœ- nitentię temperauit. Sequitur enim: Itaq̄ cum audisset Achab sermones istos, scidit uestem suam & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq̄ & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso ca- pite. Icirco pœnam, ut iam dictum est, dominus temperauit, & de sentētia non nihil decidit. Nam quod in initio sermonis uel sententię dixerat, in loco hoc, in quo linxerunt canes san- guinem Naboth, lambent tuum quoq̄ sanguinem, illud quidem impletum est, ueruntamen neque in ciuitate canes, neque in agro uolucres cœli illum comederūt. Sic enim postmodum scriptum est: Mortuus est autem rex, & perlatu est in Samariam, sepelieruntq̄ regem in Sa- maria, & clauerunt currum in piscina Samarię, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lambuerunt, iuxta uerbum domini quod locutus fuerat. Item quod dixit, demetam postero- ra tua, & dabo domum tuam sicut domum Hieroboam, ita moderatus est, ut diceret: Quia er- go humiliatus est mei causa, nō in ducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui interā ma- lum domui eius. ¶ Porro de sententia quę in Iezabel de p̄pta est, nihil decidit, uidelicet quā nullo modo penitentia egerit. Et ecce ego mitto eam, inquit, in lectū. Hoc dictū pulcherrime spectat ad culpę eius modum, scilicet quia de lecto surgeret fecit uirum suum scelere suo con- fortatum,

sanguineñi pphetarū. Posteri ei tres reges pessimi.

Mulier herē tica recte Iezabel dicitur.

1. Cor. 14. 1. Timot. 2. Exēplo He- lia, debēt p̄ lati fortiter agere contra hęc etiam.

3. Reg. 18 Populus claudicans in duas partes.

1. Cor. 10

Ephē 6 Tit. 3. 1. Cor. 5. 2. Iohan. 1

quō dat de us tēpus a- gēdi peni- tentiam.

3. Reg. 21

Pœnitētia Achabre- gis.

3. Reg. 22

3. Reg. 21

Exitus & pœna Iezabel reginę.

ibidem. Quod dicitur missa in lectum. 4. Reg. 9. Lectus eius in inferno. Psal. 75. Tribulatio omnium qui consenserunt cum Iezabel. 3. Reg. 22. Fames in Samaria. 4. Cabl. 4. Reg. 9. Filij haereticorum sunt vorum imitatores. Ochozias rex. 4. Reg. 10. Ioram rex. LXX. filij regis. 4. Reg. 10. Ibidem. Rex Iuda & XLII. fratres eius. 4. Reg. 11. Athalia. Pena Iezabelos manet haereticos. Diversimo de agut homines poenitentiam. Diversa te-

fortatum. Cum enim ille indignas & frendens super verbo, quod locutus fuerat Naboth dicens non dabo tibi haereditatem patrum meorum, proiecit se in lectum suum, & non comederet panem: illa ingressa, ubi causam didicit, irrisit velut inertē dicens: Grandis autoritatis es, & bene regis regnum Israel. Surge & comede panem, & aequo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezabelitae. Recte ergo mitti debuit in lectum. Quomodo tandem missa est in lectum Iezabel (inquit scriptura) introitu Iehu audito, deprimat oculos suos super Iehu, & ornauit caput suum, & prospexit per fenestram ingrediente Iehu per portam. At ille dixit eunuchis: Praecipitate eam deorsum. Et praecipitauerunt eam. Illo itaque locutionis modo, qui Sarcasmos, id est, hostilis irrisio dicitur, recte dicitur missa esse in lectum, ubi praecipitata est deorsum. Nam praecipitata est in infernum, ubi sic habet lectum, ut quiescat, non ipsa, sed eius illa, qua terra turbauit, inania. Iuxta quem sensum in psalmo canitur: Terra tremuit & quieuit: dum resurgeret in iudicio deus. Cum enim apparuerit in iudicio is qui resurrexit deus, tremet terra, id est, omnis qui amat terram. Tremet, inquam, & quiescet, id est, cessabit, ut ultra turbata aut inquietudine non faciat. Singulariter nunc quisque peccator quiescit & cessat, ut cessauit illa dum praecipitata est tunc aut in iudicio simul omnes cessabunt. Sequitur: Et qui moechantur cum illa, in tribulatione maxima erunt. Et hoc utique in illa Iezabel abunde factum est. Primum ipse uir eius, qui cum illa fornicabatur fornicatione, qua deus relinquitur & idola coluntur: & deinde omnia, domus eius, sed & omnis populus in tribulatione maxima fuit, in tribulatione belli & famis, Primus quippe Ioram in bello contra regem Syriae uulneratus, & in tribulatione mortuus est, & canes linxerunt sanguinem eius. Post hunc & filius eius Ioram, & omnis populus qui cum illa fornicabatur, in tribulatione maxima fuit, pugnante, benedab rege Syriae & obsidione Samariae. Facta est enim fames magna in samaria, & iam diu obfessa est, donec uenundaretur caput asini octoginta argenteis & quarta pars cadister coris columbarum, quinq; argenteis. Cumq; transfret rex Israel per murum, mulier quaedam exclamauit ad eum dicens: Salua me domine mi rex. Ac deinceps, Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum & comedimus &c. In illa tribulatione maxima iccirco fuerit, quia poenitentiam non egerant: immodum & Iezabel uiuebat adhuc, & adhuc cum illa fornicabatur. Vnde & posterius filio eius Ioram interrogati pax est Iehu: ille respondit: Quae pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuae & ueneficia eius multa uigent. Ait ergo: Et qui moechantur cum ea, in tribulatione magna erunt, nisi poenitentiam egerint, & subaudiendum est, sicut illis qui cum Iezabel fornicati sunt, accidit. Et continuo subiungit: Et filios eius interficiam in morte. Filij huius haereticae mulieris imitatores eius sunt. Horum in refectionis aeternae damnationis similitudo nihilominus in refectione filiorum illius Iezabel notissima est. Prius Ochozias filius eius qui regnauit pro patre suo, cecidit per cacellos coenaculi sui quod habebat in Samaria, & egrotauit ac mortuus est. Ioram fratrem eius, cum regnaret pro eo, interfecit Iehu. Tetendit arcum manu & percussit eum inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius, statimq; corruit in curru suo. Sed & septuaginta uiros omnes filios regis, siue ex ipsa Iezabel, siue ex alijs coniugibus mandante Iehu occiderunt optimates ciuitatis apud quos nutriebatur. Ochozia quoque filij filiae Iezabel regem Iuda qui uenerat ad uisitandum Ioram occidit Iehu, & fratres eius quadraginta duos uiros. Interroganti namq; Iehu cum inuenisset eos & dicenti, qui nam estis uos? responderunt: Fratres Ochozias sumus, & descendimus ad salutandos filios regis & filios reginae. Qui ait: Comprehendite eos uiuos. Quos cum comprehendissent uiuos, iugularunt eos, & non reliquit ex eis quemq;. Sed & Athalia mater Ochoziae uidens mortuum filium suum, surrexit & interfecit omne semē regium, qui utiq; filij, id est, abnepotes Iezabel erant. Vnum Iosiam filium Ochoziae furata est soror eiusdem Ochoziae de medio filiorum regis, eum interfecit. Perspicuum est ergo poenam uniuersam quae in hanc mulierem, imo in omnem haereticam doctrinam descendit, in illius Iezabel exemplum quae de cernit, ut iuxta sit illi poena similis, cui sese in culpa simile fecit. Longum nimis est singulis iuxta similitudinem prescriptam, partibus immorari, qualiter omnis anima haereticae doctrinae magistra mittatur in lectum ad uirum suum, imo ad uirum diaboli, & quali in tribulatione sint uiri, qui cum illa moechantur, id est, illa imitari delectant, qualiter filij eius interficiantur in morte, id est, ita interficiantur, ut semper in morte uerentur, simulq; corpore & anima crucientur. Cetera prosequamur. Et sciet, inquit, oēs ecclesie, quia ego sum scriuisti corda & renes, & dabo unicuique uestrum secundum opera sua. Ne longius abeamus quare de cur hic dicit, quia ego sum scriuisti renes & corda, memoriter teneamus conditionem quam comminationibus hic interposuit, dicendo, nisi poenitentiam egerint ab operibus suis. Nam quia sunt alij qui propter consequendam aeternam dei gratiam, alij qui propter tenendam felicitatem terrenam poenitentiam agunt, atq; alij qui omnino impoenitentia sunt, pertinuit ad iudicium se reddidit uisum unicuique secundum opera eius ostendere unde scire possit quale uel cuius meriti sit cuiuslibet poenitentis uel impoenitentis opus. Et hoc, inquit, sciet oēs ecclesie, scilicet in futuro, quoniam reddet unicuique secundum opera sua. Nam nunc pauci

pauci sciunt & discernunt quomodo singulis commoda reddantur, in his quae nonnunquam in presenti, deo iudice, patiuntur. Verbi gratia: Achab quippe se peccatum poenitentiam egit, sed tota poenitentia eius non in corde, sed circa renes fuit. Neque enim poenitentia curauit aut timuit ne a regno dei foret alienus, sed hoc solum, ne regno suo priuaretur. Et contra David, qui uiam interfecit, poenitens non hoc timebat, ne regno priuaretur, sed ne a gratia dei relinqueretur. Vnde & dicebat: Ne proicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Porro Ioram aequo ut mater eius habens cor impoenitens, in ipsis malis suis, in obfessione Samariae cum diceret, quare tantum malum est tibi dominus, quod in ipsum dominum facere non poterat, in propheta domini uindicare uoluit, dicens: Haec faciat mihi deus, & haec addat, si steterit caput Helisae filij Saphan super eum hodie. Praemisitq; uirum qui praecideret caput eius. Hic ergo scriuisti corda & renes, id est, ueraciter discernens, quis carnali & quis spiritali intentione poenitentiam agat, Achab quidem poenam distulit: David autem in gratiam restituit Ioram uero & ceteros filios Iezabel absq; dilatione interfecit. Ita reddidit unicuique secundum opera eius, contentans ut omnes circa nosita futurum sciamus, dum concludit sic. Et dabo unicuique uestrum secundum opera sua. Sequitur. Uobis autem dico ceteris qui Thyatirae estis, qui non cognouerunt altitudinem Satanae, quem admodum dicunt: Non mittam super uos aliud pondus, tamen quod habetis tenete donec ueniam. Qui Thyatirae estis, inquit, quos reliqui mihi, sicut illos de quibus dixi in Helia, ubi se peccatum Iezabel timens fugerat. Reliqui mihi septem milia uirorum qui non curauerunt genua ante Baal. Hoc ipsum namq; nunc de istis ceteris, qui Thyatirae sunt, de secunda ad tertiam transiens personam, dicit uerbis alijs: Qui non cognouerunt altitudinem Satanae. Deniq; fornicari & idolothyta manducare, sicut genua curuare, altitudinem Satanae cognoscere est. Cognoscere uero approbare est. Altitudo autem Satanae quam nunc percipit, illa est superbia eius, qua similis esse altissimo contendit, exigendo sibi in idolis sacrificari, cum soli altissimo debeat ut sacrificetur illi. Hanc eius altitudinem cognouerunt, id est, approbauerunt ut illi, qui tunc sub illa Iezabel curauerunt genua ante Baal, isti qui nunc Thyatirae, docente ista muliere, fornicati sunt, & manducauerunt idolothyta, non cognouerunt, qui manducare noluerunt, quem admodum illa septem milia uirorum, qui genua non curauerunt. Non uera est altitudo illa, sed esse eis uidetur qui amant & mirantur aurum & argentum in simulacris gentium, & iccirco mirantur simulacra gentium, mirantur aurum & argentum, quia exquisita & artificiosa opera manuum hominum, & ipsi curiosi sunt, inde accipientes responsa daemonum. Iccirco cum dixisset altitudinem Satanae, recte addidit, quem admodum dicunt. Ac si diceret: Non dico altitudinem Satanae, quem admodum est, sed quem admodum dicunt imitatores dicunt: Vobis dico, inquit, uobis ceteris, qui Thyatirae estis quos mulier illa non docuit aut seducit. Non mittam super uos aliud pondus, tantum quod habetis tenete, donec ueniam. Nam quidem, inquit, pondus habetis, iam poenam uestram sustinetis, dum Iezabel docet & seducit, dum serui mei de uobis fornicantur, & manducant de idolothytis, & uos prohibere non audeatis, timore pressi, imbelles & infirmi. Ipse timor quem sapientes quoque huius seculi passionem reputant, pondus uobis est, pondus infirmitatis. Non estis fortes, non estis liberi uel Helias fuit, qui nihil in seculo habuit, neque habere cupiuit, nihil perdere timuit. Pro nullo logauit se commodo seculari, pro nullo doluit commodo temporali, & iccirco fortis & expeditus regem redarguit, prophetas Baal occidit. Semel tantum timuit minas Iezabel & fugit, sed non sic timuit aut fugit, quin rediret & palam nuntiaret in uerbo domini, quod canes comederunt Iezabel. Vos pondus quod habetis, sub quo laboratis & onerati estis, tenete donec ueniam. Aut cum euangelica perfectione uenire uos faciat, ut sequamini me, & omnibus relictis uerbum dei annuntietis, uel dicitur tunicam gladii ematis, ut neminem praeter dominum timeatis. Interim pondus istud teneatis uobis portatibus, & sub pondere gemetibus, uestrumq; dolorem quem habetis pro his qui seducuntur, silentio consumetibus, aliud pondus non imponam uobis, non aggrauabo sententiam, quia tacetis pro metui, non per consensum, per infirmitatem, non per malitiam. Qui uicerit & custodierit usq; in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringentur. In isto gradu uincere est, omnes qui infirmum faciunt hominem, passionem superare, gaudium, timorem, spem, atq; dolorem, de animo propellere atq; fugare, id est, seculo non gaudere, seculo non timere, secularia non sperare, pro secularibus non dolere. Nimirum qui talis est, qui omnes carnis affectus, & istas uincit passiones, & ita custodit opera domini usq; in finem, id est, usq; in perfectionem, iste dignus & idoneus est qui praesit, qualiorum ductor & rector sit, & imperet atq; cogat tyrones ad militiam domini. Ait ergo: Dabo illi potestatem super gentes, id est, mea ordinatione fiet magister eorum, qui si absq; magisterio sint, gentes sunt, id est, gentiliter uiuunt, quia quamuis conuersi ad fidem, pro mala ratione consuetudine ad iteranda gentiliu uitam proni sunt. Et reget illas in uirga ferrea, id est, recta & seuera iustitiae disciplina, quae non cito flectatur in gratiam uel odium, quia uicit haec, quia praedicta est uictor passionum, bonumq; habet zelum, nunquam odium hominem & amando uitium, sed sem-

tributio dei Achab. 3. Reg. 18. David. 2. Reg. 11. Psal. 50. Ioram. 4. Reg. 9. Quicumq; non habent doctrinam hanc, &c. 3. Reg. 19. Qui non cognouerunt altitudinem Satanae. Non uera est altitudo illa, sed esse eis uidetur qui amant & mirantur aurum & argentum in simulacris gentium, & iccirco mirantur simulacra gentium, quia curiosi sunt, inde accipientes responsa daemonum. Timor pondus quod dicitur est. 3. Reg. 18. 3. Reg. 19. 3. Reg. 21. Matth. 19. Lucae 22. Victor passionum huius manarunt. Virga ferrea est animi ductio & seueritas.

sed semper amando hominē & odiendo uitium. Hæc em̄ in rectore ecclesiæ animi rectitudo, uirga ferrea, id est, fortis & recta disciplina est. Proinde sequitur: Et tanq̄ uas figuli cōstringen- tur. Rectorem nanq̄, qui eiusmodi est, corripientē subditi pro culpis suis uerentur, & cadunt in facies suas, atq̄ sedenti subiiciuntur, non habentes quid cōtra loquantur; autoritate cōstri- cti boni spiritus qui illo loquitur, & sicut uas figuli contractū non potest cōtinere aquam, sic illi cōteriti, & excusare nō ualentes uel abscondere, culpam propriam cōfiterentur. Alioquin maiorem uim experiretur, sicut iudiciali anathematis lapide omnino cōstringuntur, ut non re- maneant ex eis saltem testa in qua portetur igniculus. * Hæc potestatem illi dabo sicut accepi à patre meo. Nam propter passionē mortis, gloria & honore coronatus sum, & secundū ho- minem assumptum, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, potestas iudiciū facere, ut qui crediderit & baptizatus fuerit saluus sit, qui uero nō crediderit condemnentur. Sicut acce- pi, inquit, dabo illi, ut quos remiserit peccata remittat̄ eis, & quos retinuerit, retenta sint. Et dabo illi stellam marulinam. Id est, post laborē quo in presenti uita quasi in nocte labo- rar, sollicitus ac peruigil in animarū sibi commissarū: custodia, manifestabo ei imeipsum, qui sum stella splendida & marulina. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Audiat, id est, intelligat, potestatis & dignitatis spe, quam promittit deus, delectetur, zelo iustitię con- tra omnes hæreses accendatur. ¶ In isto & in sequenti bus capitulis præmia quæ uincētibus promittuntur, sic in ordine literarū pronuntiantur, ut ipsa persona filij dei loqui intelligatur, scilicet dum dicit, sicut accepi à patre meo, & cōfitebor nomen eius coram patre meo, & scri- bam super eum nomē meum nouum, & dabo ei sedere meū in throno meo, sicut & ego uici & sedi cū patre meo in throno eius. Nō ergo ab re ordo in istis cōmutatur, ut prius dicat, uin- centi aut qui uicerit, dabo illi hoc uel illud, ut personæ eius qui loqui cœperat dictis alia per- sona nō interferatur, & tunc demū ita cōcludat. Qui habet aures audiat. Nam qd̄ superiori- bus capitulis pro uictoria promittitur sic, uicenti dabo manna ab cōditum, qui uicerit nō le- detur à morte secunda, uicenti dabo edere de ligno uitæ, nihil interest utrum filij an spi- ritus sancti persona loquatur. Et angelo ecclesię Sardis, scribe: Hæc dicit qui habet septem spi- ritus dei, & septē stellas. Noui opera tua quia nomen habes q̄ uiuas, & mortuus es. Qui post spiritū fortitudinis sursum sequit̄ spiritus consilij, secundū ordinē suum loquit̄ hic in filio dei, Et ad quē magis loqui huic spiritui cōgruit, q̄ ad illum qui nomen habet q̄ uiuat & mortuus est: In secretis nanq̄ causis cōsilio solemus uti. Secretum autem & occultū est opus eius, qui nomen habet q̄ uiuat & mortuus est. Nam cuius peccatū publicum uel notum est, nō hic ha- bet nomen q̄ uiuat, imò si uitæ uel sanctitatis opinionē prius habuit, clarescentibus operibus mortuus, opinionē illam uel nomē iam perdidit, & diffamatur q̄ mortuus sit. Ergo ad istū qui cum mortuus esset nomē habebat q̄ uiueret, id est, cuius peccatū uel opus nō ficerat, ut malo exemplo publicū faceret ecclesiæ scandalū, sed intus male agens, foris ubi illū pro officio præ- dicare oportebat, bonā retinebat opinionē, recte uti debuit filius dei spiritui cōsiliij, id est, non publica descriptione qualitatē uel nomen declamare operis eius mortiferi, secundū regulam euangelicam quam ipse prescripsit, si, inquit, peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum, & cætera. Datur tamen consilij, quod mortui huius quem dicit, mors fuerit peccatū carnis. Nam post modū dicit: Sed habes pauca nomina in Sardis, qui nō inquira- uerunt uestimēta sua, ambulabunt meū in albis. Et reuera nonnunq̄ contingit, ut angelus, id est, sacerdos siue episcopus bonę opinionis uir secreto admittat peccatū carnis, & hoc facit de mortuus sit sub nomine uiuētis. Nunc ordinē prosequamur. Angelo, inquit, ecclesię Sar- dis, scribe: Nomen Sardis lapidis utiq̄ pretiosi angelo illi cōgruit, res autē quæ intelligit̄ sub no- mie lapidū in ornamento ecclesię pro causa iam dicta, nō illi congruit. Hæc dicit qui habet se- ptem spiritus dei. In cæteris sic initij facit, ut iuxta proprietatē causæ quam dicitur est, inci- piat, fiatq̄ auditor attentus siue docilis aut beneuolus ex his quæ primum audit. In isto sic incipit ut nihil cōtingat, de propria causa huius angeli. Causa em̄ eius obscura est, quam oportet cum cōsilio regi. Noui, inquit, opera tua quia nomen habes quod uiuas, & mortuus es. Ac si dicat: Homines qui in facie uident, putant quod uiuas, ego autem qui in corde uideo, & oc- cultorum cognitor sum, scio quia mortuus es. Sic scribendo & taliter loquendo, utique sicut ipse alijs præceperat ut facerent, facit decenter. Corripit enim illum inter se & ipsum solum. Nemo enim præter se & conscientiam illius nouit quid dicat, uel in quo ille mortuus sit, nisi forte coniciat aut suspicetur quisquis hæc legit. Verum suspicio in legibus locum non habet accusandi, nec debet quisq̄ propter alterius suspiciōnē de statu suo periclitari. Non ergo diu- tius immorari uult in commemoratione mortiferi operis eius, sed protinus cōsiliū dat quo saluetur. Est uigilans, & confirma cætera quæ moritura erant. Quoniam peccatum eius nō exprimitur, non quidē suspiciōnē nostram firmare debemus, ueruntamen eius qui carnis continentiam non habuit aut perdidit, quicumq̄ ille est aut erit, cōsiliū istud opportunum esse non dubitamus ut uigilet, & cætera quæ supersunt, ne inreuerabiliter moriatur. Lum- bos suos

*Sicut & ego accepi à patre meo. Psa. 6. Matth. ult. Marci ult. Iohan. 20.

Stella ma- rulina Chri- stus est. Iohan. 14. Promissio præmiorū.

CAP. III. Spiritus consilij.

Hic de oc- cultis agit peccatis.

Matth. 18. Quale fue- rit peccatū occultum.

1. Reg. 16.

Euāgelica correptio fratris.

Vigilandū omnibus.

hos suos præcingēdo confirmet, iuxta quod hic ipse dominus in euāgelio suo dicit: Sint lum- bi uestri præcincti, & lucernę ardentes, & uos similes hominibus expectantes dominū suum quando reuertatur à nuptijs. Ne autē serui illi, quos cum uenerit inuenerit uigilantes. Deniq̄ cu- ra hæc, cura recuperandę salutis, uel seruandę continentię, uigilijs & sollicitudine magna in- diget. ¶ Confirma, inquit, cætera quæ moritura erant. Aliqua ergo uiuunt adhuc, & necdum omnino mortua sunt, etiam in eo qui sic mortuus est. Viuit em̄ officium, uiuit ipsum, quod ba- ptizando, consecrando celebrat sacramentum. Verum hæc etiam sine dubio moritura sunt, id est, illi deperire & auferri debent, si eo tam secretā spūs dei nō recipiēte correptionē, publi- cauerit eum deus & dixerit ecclesiæ peccatū eius. Tunc em̄ legali seueritate ab officio depo- nerit, eritq̄ sicut Ethnicus & publicanus. Non em̄ inuenio opera tua plena corā deo meo. ¶ Iccirco moritura erant, & iccirco confirmari oportet cætera opera tua, quia nō inuenio ea ple- na coram deo meo. Ibi nanq̄ plena sunt opera ministerij sancti, ubi salutarē habent effectum, ubi nō fiunt ad iudicium, sed profunt ad remissionem peccatorū. Cum hac utiq̄ plenitudine non fiunt ei siue ab eo, qui male operādo mortuus est. In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & serua, & penitentiā age. Qualiter, inquit, acceperis & audieris. Acceperis exemplo, audieris præcepto. Accepisti enim pu dicos exemplum apostolorū, audisti tale præ- ceptum eorū: Oportet episcopū esse irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, pu- dum, hospitalem, doctorem. Non uiolentum, non percussorem, sed modestum. Non litigio- sum, non cupidum, suæ domui bene præpositum. Oportet illum & testimoniū bonum habe- re ab his qui foris sunt, ut nō in obprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Sed & in lege hoc accepisti: Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, nō accedat hostias offer- re deo. Si cæcus fuerit, si claudus, si paruus uel grandis & torto naso, si fractio pedis, si manus, si gib- bus, si lippus, si albuginem habes in oculo, si iugem scabiem, si impugine in corpore uel her- niosus. Item: Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra ad sancta in quo est immunditia, per- ibit coram domino. Hæc ut accepisti & audisti in mente habe, memoriā tene, & deinceps ser- ua, & de eo, quod nō seruasti, penitentiā age. Si ergo nō uigilaueris, ueniam ad te tanq̄ fur, & nescies qua hora ueniam ad te. Quod debui facere, feci tibi, corripui te, monui te, ut uigiles: euangelica quoq̄ tuba personante ad omnes: Vigilate itaq̄ quia nescitis qua hora domi- nus uerit uenturus sit. Si ergo nō uigilaueris, ueniam ad te sicut fur. Non ueniam ad te sicut ad homines illos qui uigilant, & expectant uenit̄ ipsos: dominus cum reuertitur à nuptijs, gra- tias agens illis & beatificans eos, q̄ in occurso suo uigilauerint. Non ueniam ad te sicut spon- sus iudicatus atq̄ festiuus, sed tanq̄ fur, qui nesciente patre familias domū perdidit, & domini domus nec atq̄ dormientē inuenit. Consequitur em̄, ut qui nō uigilat, eum mors super- ueniens, tanq̄ fur, comprehendat. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua. In tua quidē persona es reprehensibilis, sed hoc pro te facit, q̄ non etiā alios exemplo tuo perdidisti, quia, sicut dixi supra, quis mortuus sis, nomē habes q̄ uiuas. Nomina, inquit, pauca, id est, nominatos paucos penes te habes ex nomine mihi cognitis, & promeritis uisus in libro uitæ descriptos, quia nō inquinauerunt uestimēta sua, id est, incorrupta serua- uerunt corpora sua. Ambulabunt meū in albis, quonia digni sunt. Mecum, inquit, scilicet cum filio uirginis, mecum, cuius caro uirginea, continentię dedicauit exemplū, qui sum uirgi- neus flos, uirginitatis lilium, & corona uirginū. Mecū ambulabūt in albis, id est, in corporibus immaculatis, cum quibus resurgent nitidi uelut agni nouelli, & quocunq̄ iero, me sequentur agnum dei, quia comitatu meo digni sunt. Qui uicerit, sic uestietur uestimētis albis, & non debebo nomē eius de libro uitæ, & cōfitebor nomē eius coram patre meo, & coram angelis eius. In isto gradu uincere, est incētia carnis igni spiritus sancti superare, & ope eius tunica corporis immaculatā custodire. Quisquis in hoc uicerit, ille sic uestietur, inquit, uestimētis al- bis, quemadmodū dixi, ut ambulet meū in albis. ¶ Er nō debebo nomē eius de libro uitæ. Mi- nus dixisse uideret q̄ sese habet dignitas meriti, eo uidelicet locutionis modo qui Græce dicitur *καταλειψω*, id est, humilitas magnæ rei. Hoc etenim de illo ueraciter potest dici, qui post for- nicationes & adulteria, conuersus, penitentiā egit. Verum quod hic minus dixerat, supple- uit magnificentius addēdo, & cōfitebor nomen eius coram patre meo & coram angelis eius. Ibi ergo per negationem cum dicit, non debebo nomen eius qui uicerit, simul illum percussit qui non uicerit, consequitur enim, q̄ deleat nomen eius. Hic autem per affirmationem & con- fitebor nomen eius, gloriā & honorem repositū illi qui uicerit designat abundantius. Hoc em̄ ita magnificum est, quemadmodum & illud quod Apostolus de patribus, cum fidem & obe- dientia atq̄ expectationē illorum peregrinantū latius cōmemorasset, propter quā causam, inquit, nō confunditur deus uocari eorū deus. Deniq̄ & hic cum dicit, cōfitebor nomē eius, eodem sensu accipiendū est, ac si dixisset, nō confundar cōfiteri nomen eius, q̄ hic talis meus sit discipulus, cumq̄ in uestimētis albis incedat, non confundar coram patre meo & angelis eius, quod in ambulatione mea fit mihi cōsocius. Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat eccle-

Lucæ 12

Confirma cætera.

Opera non plena.

Quales oportet esse episcopos & sacerdo- tes. 1. Timot. 3. Leuit. 21.

Leuit. 22.

Veniā ad te tanq̄ fur. Matth. 24. Lucæ 12. 1. Theff. 5.

Nomina pauca.

Ambula- bunt meū in albis. Infra 14.

Nō debebo nomē eius.

Heb. 11.

ecclesiis. **Quid iste spiritus dicat audire, est cuncta cum consilio facere.** Omnia fac cum consilio, inquit scriptura, & post factum non poenitebis. Non enim de quacumque consilio dixit, sed isto consilio quod sancta scriptura nobis prae dicat, spiritum sanctum nominando spiritum consilij, quem & hic intelligimus loqui. Nam Pharaos stultum habuit consiliū, sicut scriptum est: Sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consilium insipienti. Hoc ergo consiliū est, quod uerum, quod sanū, quod ex deo & ex spiritu sancto est, & qui omnia cum isto fecerit, sine dubio post factum non poenitebit. Prima gratia est sic omnia cum isto spiritu consilij facere, ut non inquinent uestimenta sua, id est, ut uirginitatem carnis custodiat. Hoc enim non praecipit, sed consilium est. Vnde Apostolus: De uirginibus, inquit, praecipit dominus non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a deo, ut sim fidelis. Qui hoc consilium audit, uel cum isto consilio facit, utiq; post factum non poenitebit, quia tribulationem carnis non habebit, sollicitus non erit quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuinus non erit. Secunda gratia est, post lapsum ita cum consilio facere omnia, ut fratrem corripientem audiat. Si enim hoc fecerit, post factum non poenitebit, quia non dicetur ecclesie peccatum eius, nec reputabitur sicut Ethnicus & publicanus. Qui ergo habet aures audiat, quia iste spiritus consilij & ad secundam sui gratiam angelum ecclesie Sardis inuitat. Et de prima, paucos qui non inquinauerunt uestimenta sua collaudat. Et angelus ecclesie Philadelphiae scribit: Haec dicit sanctus & uerus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit claudit, & nemo aperit. Scio opera tuas: Ecce de ostium apertū coram te, quod nemo potest claudere. Huic angelo filius dei suos affectus largius effundit, & spiritus qui hoc loco audiendus est ecclesie, spiritus intellectus est, qui sursum in ordine scribitur post spiritum consilij. Huius spiritus proprium opus est, sanctarum scripturarum mysteria, prout uult, aperire: & ea quae sapientibus & prudentibus abscondita sunt, paruulis reuelare, plerumque sine hominis magisterio, quomodo prophetae omnes & sanctos apostolos, qui homines fuerant sine litera & idiotae priusquam datus hic spiritus, glorificato Iesu, illustrasset eos. Hoc usque hodie prout uult agere non desinit, reuelans abscondita paruulis, ut iam dictum est, id est, humilibus & beneuolis pro merito eius, quam habent fraternae dilectionis: quia minores fratres diligunt, & quantum sapientiae uel scientiae perceperint, libenter student illis impertiri. Talem hunc angelum nomen ipsum ecclesie eius scilicet Philadelphiae fuisse ostendit. Philadelphiam namque fraternae dilectionis interpretatur. Huic ergo scribens dicit: Haec dicit sanctus & uerus. Sanctus & uerus, filius dei est, qui semetipsum sanctificauit diligens nos quemadmodum dicit: Et pro eis ego sanctifico me ipsum. Iam quidem spiritus sanctioris erat, sed in passione pro nobis erat, quod seipsum sanctificabat, id est, sanctum sacrificium se offerbat. Hoc fecit deus in dilectione fraternae, quemadmodum & supra, ut nos angelos Philadelphiae, id est, nuntios siue imitatores dilectionis fraternae faceret, ipse dixerat: Hoc est praecipitum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ait ergo: Haec dicit sanctus. Quod autem ait & uerus, nihilominus ad praesentem causam attinet, ubi dilectio fraternae dono amplioris intelligentiae remuneratur. In hoc enim uerum & uera se locutum fuisse comprobatur, exempli gratia, dicendo in illa euangelica parabola de seruis, quibus homo paterfamilias pecuniam suam ad lucrandum commiserat: Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur, ab eo qui non habet, & quod habet aufertur. Igitur & sanctus & uerus est, & de semetipso protinus dicit: Qui habet clauem Dauid. Poterat sic dicere: Qui habet clauem omnium prophetarum, & ad eorum intelligentiam quos uult intrinmitti, sed uoluit unum pro omnibus ponere, qui primo in ordine prophetarum filij sui, filij dei mysteria gestis praesignauit, calamo scripsit, psalterio cecinit. Tanta quippe sunt in factis & dictis eius sacramenta prophetica, ut cuiuscumque haec referata fuerint, a caeterorum sensibus prophetarum exclusus esse non possit. Sufficiens ergo ad causam siue intentionem dictio haec est, qui habet clauem Dauid, in qua & splendida nominis autoritas est, secundum generationem Iesu Christi filij Dauid, quia post legem primus prophetiam scripturam edidit, omnis propheticus sermo potest & debet subintelligi. Quae autem est illa clauis, nisi gratia spiritus sancti? Ipse namque illuminatio cordis, ipse est declaratio sermonum dei, quae illuminat & intellectum dat paruulis. Vnde Apostolus: Nobis autem, inquit, reuelauit deus per spiritum suum, quia spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei. Potentiam siue efficaciam clauis huius commendans, continuo subiungit: Qui aperit, & nemo claudit claudit, & nemo aperit. Hoc & indubitanter scire oportet, & hoc sciendo humiliter timendum est. Nam uere cui clauiget iste per spiritum intelligentiae ueritatem dei, quae sacris scripturis continentur, aperit nemo illum claudit siue claudit mendacis, & falsas argumentationum artificia. Semper enim habens ostium apertū intus recurrit, & parata scripturarum testimonia corripiens, uelut sagittarius bonus certa in hostem tela dirigit. Ecce contra cuiuscumque clausit, ut uerba ueritatis intelligere non possit, quod cum facit utiq; iusto iudicio facit, uerbi gratia, ne margaritas proiectas ante se

acc. 22
Spiritus consilij. Esai. 19
Virginitas prima gratia.
1. Cor. 7
Post lapsu poenitere, secunda gratia.
Matth. 18
Spiritus intellectus.
Matth. 11
Act. 13
Sanctus & uerus, filius dei est.
Iohan. 17
Iohan. 15
Luc. 19
Cur potius clauem Dauid & clauem prophetarum dixit.
Matth. 11
Clauis illa gratia spiritus sancti est.
Psal. 118
1. Cor. 1

ante se conculcent porci, nemo est qui intelligere possit, quantumlibet clamando & docendo strepitum faciat de foris. Quid iste sanctus, nisi uerus dicit angelo huic Philadelphiae, id est, dilectionem fraternam habenti? Scio opera tua. Quae uel qualia eius opera sciat mox diciturus est, & non dū dicit, propter aī alacritate prius ostendēs de premio aliquid, ait enim: Ecce de ostium apertum coram te. Hoc enim est premium dilectionis fraternae, ostium corā se apertum habere, clauis Dauid referant, spiritu sancto reuelante. Mox opera illa subiungit cum dicit: Quia modicam habes uirtutem, & seruasti uerbum meum, & non negasti nomen meū. Modicam, inquit, habes uirtutē, & ipsam libenter expendis ad aliorum utilitatem. Nam hoc est ueraciter habere, sicut ecclōtrario non expēdere, est non habere. Iuxta quam proprietatem domus id quod iam supra posuimus in euāgelio dicit: Dico autē uobis, quia omni habenti dabitur, ab eo autē qui non habet, & quod habet aufertur. Habes ergo, id est, habitam uirtutem non abscondis, imō erogas, & talentū a me tibi creditū ad usuram effundis, sed & adhuc modica uirtus est, debet augeri ut sim uerus, quia dixi omni habenti dabitur. Vere enim habes & seruasti uerbum meum, id est, praecipitū meum. Nam hoc est praecipitū meum ut diligatis inuicem. Et hoc faciens nō negasti uerbum meum, quod negasses utiq; si dilectioni cōtraria fecisses, quemadmodū & illi de quibus scriptū est: Confitentur se nosse deum, factis autē negant. Icirco dedi ostium apertū coram te, & secretis meis uelut amicū admisi te, ut scias & intelligas mysteria, quae hi nō merentur scire, qui nō praeparati sunt ut tu in ista dilectione. Ecce dabo de synagoga Satanā, qui dicunt se Iudeos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos, ut ueniant, & adorent ante pedes tuos, & scient quia ego dilexi te, quia seruasti uerbum patētia meae. Ne, inquit, cōtristeris aut perturbabis pro multitudine aduersantium tibi. Gloriam tuam quam habes in apertione ostij quod aperui tibi, sequitur inuidia, sed ne timeas. Erit mihi maxime ita contigit. Cum intelligerem iuxta quod per prophetā dictum est, ecce intelligerem puer meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde, dicebant inter se: Vnde iste litē rascit cum non dicerit? Nonne hic est filius fabri? Vnde huic haec omnia: De synagoga Satanā hi erant, qui dicebant se Iudeos esse, & non erant: qui dicebant se esse semen Abraham, uel unum patrem deum habere, & ex patre diabolo erant, qui illos imitantur, qui se dicunt Iudeos, id est, confessores dei esse & non sunt, sed mentiuntur, suntq; potius de Satanā synagoga, te intelligentem per ostium apertum audientes, aut scripta tua legentes dicēt, quis est hic, & inuidentes detrahent tibi. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum. Conuertentur autē ante pedes tuos, si non interim dum uiuis, attamen certe cum mortuis fueris, & placebunt tua cum tu disparueris. Saltem tunc non considerabit qui lecturus est, cuius uel quale sit quod lecturus est. Tunc scient quia ego te dilexi, & quia per multam dilectionem dedi hoc ostium apertum coram te. Et hoc iccirco, quoniam seruasti uerbum patētia meae, id est, uerbum propter quod passus sum. Quod est illud nisi dilectio? Quoniam ergo seruasti dilectionem, sciet quia ego dilexi te. Et ego seruabo te ab hora tentationis, quae uentura est in orbem uniuersum tentare habitantes in terra. Tentatio haec haeresium est, quas oportet esse, inquit Apostolus, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Ab illa tentatione quis illesus seruatur, nisi cui scripturarum ueritas nota suffragatur. Hoc autem angelo nunc Philadelphiae, pro merito dilectionis promitti uel dari intelligimus, in ostio aperto siue clauis Dauid, quam habet sanctus & uerus. Ergo quia dilectionem seruasti, ego seruabo te, inquit, ab hora tentationis, ut non incidam in tentationem, ut non seducaris, ut non decipiaris, imō paratus sis omnipotentem rationē reddere de ea qua in te est fide nominis mei. Ecce uenio cito. Non longum adest tempus tentationis a quo te oportet seruari, imō quasi hora est, quia cito transit. Ecce enim uenio cito, uenio disrumpens uincula tua, ut solutus & peregrinus a corpore praesens deo sis, & illa re perfruaris, cuius hic pro consolatione intelligentiam habere meruisti. Haecenus dulcedo gratiae de labijs sancti & ueri profluens, dilectum & dilectionis angelum beatificauit, iucunditatem & exultationem magnificando quam super illum thesaurizauit, superest ut eundem uigilantiae ac sollicitudinis admoaneat, ne iam se comprehendisse arbitretur, neue ante finē cursum sui consummationem nimium confidat incautus. Ait ergo: Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Ac si dicat: In humilitate certo pede cōsiste, ne moto pede corruas, & corruendo, coronā tibi praeparatā amittas, & alius in locum tuum succedens illam accipiat. Et quid hoc fieri nō potest, ut eorum quisq; perdat coronam suam, quos deus praesciuit & ad coronam praedestinauit, ueruntamen fieri potest, & factum est, ut ille coronam perderet, quem deus ad coronam uocauit, uocatione uisibili, siue quae ab hominibus potuit audiri. Nam exempli gratia, Iudam dñs ad coronam uocauit apostolicam, quem tamen ad coronam non praedestinauit, quia corona indignū fore praesciuit, unde & coronā eius scilicet apostolatus honorem alius accepit, sicut scriptū est: Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Nemo ergo quandiu certat, multū de corona cōfidat, quia uidelicet si omnium praecius deus, caput

Modica haec uirtus.
Matth. 25
Luc. 19
Iohan. 15
Tit. 1
Esai. 58
Matth. 18
Iohan. 7
Iohan. 5
De synagoga Satanā
Hier. 1
Tentatio per haereses.
1. Cor. 11
1. Petri 5
Quo potest aliq; corruam.
Psal. 108
Act. 13

caput tuum in fine dignum corona fore scit, tu tamen nescis. Qui uicerit, faciam illum columnam in templo dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouae Hierusalem, quae descendit de caelo ad deo meo, & nomen meum nouum. In isto gradu uincere, est praerente fraternae dilectionis inextinguibili lampade, ostium apertum semper habere, nunquam concludi, aut haereticorum casibus irretiri posse, & quicquid per istud ostium inuenit, ad aliorum edificationem proferre, atque ab hoc dilectionis studio pro nullis aduersitatibus aut obrectationibus inuidentium desistere. Quis sic uicerit, faciam, inquit, illum columnam in templo dei mei, Digna & congrua remuneratio uictoris huiusmodi, ut qui gratiam hanc habens scripsit aut docuit, unde fides ecclesiae roboraretur, columnam sit in templo dei. Et foras, inquit, non egredietur amplius. Ac si dicat: Quan diu quidem in ostio est quod dedi apertum coram eo, sollicitus sit ne labatur: at ubi per remunerationem intrus tanquam columna fuerit stabilis, non erit cur timeat, quia foras non egredietur amplius, nec tentatione titubabit pes eius. Quale autem est nomen dei & nomen ciuitatis eius, quod super eum se scripturum fore pollicetur? Profecto quia filius loquitur dicens, scribam nomen dei mei, uidelicet secundum habitum hominis, iuxta quem deus noster, deus illius est, nomen hoc dei recte pater intelligitur, quod fideliter in confessione diuinitatis illa persona a nobis inuocatur. Porro nomen ciuitatis eius Hierusalem, libera est, quae est mater omnium nostrum. Unde probare possumus, quod super istum scribat hoc nomen, quod est pater, & illud, quod est mater? In euangelio cum dixisset ei quidam loquenti ad turbas, ecce mater tua & fratres tui foris stant, quare entes te, quare est, inquit, mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus & frater, & soror, & mater est. Quod si & hoc illi dictum fuisset, aut ueraciter dici potuisset, praesente Ioseph qui pater eius dictus est, ecce pater tuus & mater tua foris stant, eodem ueritatis sensu responderi potuisset, ille meus & pater, & mater est, qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est. In interiori namque homine ubi generatio Christi spiritaliter computatur, neque masculus, neque femina est. Denique euangelica Christi generatio tota spiritalis est, & secundum spiritum David quoque pater Christi est, uidelicet quia uerbum dei quod est Christus, corde credens & ore deprompsit, & scriptis a didit, primus prophetarum, clarissimus patriarcharum. Alioquin nisi per fidem Christi pater fuisset, frustra secundum carnem antecessor eiusdem extitisset. Vnde Ochozias, Ioas, atque Amasias, qui eiusdem Christi, eiusdem uerbi dei praecones prophetas persecuti sunt & occiderunt, in illa generatione computari non sunt. Igitur cum de isto qui in hoc uincit, ut intellectum habens adiuuaretur & cooperetur quatenus crescat & proficiat uerbum dei, ita dicitur: Et scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouae Hierusalem, idem est, ac si diceret: ille pater meus ac mater mea dicitur & erit, & hoc nomen aeternum hereditabit. Nouae Hierusalem propter nouam uitam dixit, quia ueterem hominem exiit, & nouum induit. Descendisse quoque illam de caelo laudabiliter asserit, quia uidelicet conuersatio eius in caelis est propter fraternam dilectionem, ex qua iste angelus Philadelphiae collaudatur, descendit, id est, paruulis descendit. Exempli gratia: Paulus usque ad tertium caelum raptus est, & ibi audiuit arcana uerba quae non licet homini loqui, sed propter infirmos descendit, cum idem dicit: Vir uxori debitum reddat, & uxor uiro. Sunt huiusmodi descensus innumeri, sed hoc unum satis pro exemplo est, ad rem attinens uel causam huius angeli, cuius laus uel meritum est opus dilectionis. Postremo addit, & nomen meum nouum. Nomen personae quae haec dicit filius dei est. Hoc nomen sine dubio super istum qui uincit ipse scribit, omnes enim dilecti dicuntur & sunt filii dei. Porro quod ait, scribam, id est, apparere faciam. Nam nunc quidem filii dei sumus (ait is ipse qui haec iubente filio dei scribit Iohannes apostolus) sed non dum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Ergo scribere quo possit legi nomen cuiusque filiorum dei, manifestare est, ut merita singulorum sciantur & uideantur ab uniuersis. Et hoc nomen, scilicet filii dei, cunctis super scribetur electis, quamuis ubi uel in quo plus nunc est fraternae dilectionis, maior etiam in eo debeat apparere splendor huius nominis. Illud autem nomen dei, quod est pater, siue illud nomen ciuitatis eius nouae Hierusalem, quod est mater, super illos scribendum est, qui quasi in plenam profecti gratiam fidei, ualuerunt & studuerunt per dilectionem propagare uerbum dei. Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Hoc loco audire, excitari est ad studium uerbi dei, appropinquare pedibus eius, ut bibat de doctrina illius, sedere cum Maria ad pedes dominum, subiectamque animam applicare ad audienda uerba oris eius, & omnia sua dare ut possit comparare unam pretiosam margaritam illius, quatenus intellectu uali oculo ueritate percipiens, bene instructus, ad alios quoque instruendos efficiatur idoneus, scripturam tantum nominis, quam hic sanctus & uerus pollicetur, aeterna haereditate habiturus. Et angelus

Nomen ciuitatis dei.

Galat. 4.

Spiritalis generatio Christi. Matth. 12.

Coloss. 3. quod David spiritaliter est pater Christi.

Eph. 4. Quod noua Hierusalem descendit de caelo.

Philipp. 2. Cor. 12. 1. Cor. 7.

Nomen meum nouum, id est, filius dei.

1. Iohan. 2.

Luc. 10. Matth. 13.

Laodiciae ecclesiae, scribe. Haec dicit, amen testis fidelis & uerus qui est principium creaturae dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. Hic iam ultimo, id est, septimo loco, loquitur in teste fidei & uero, is qui sursum ultimus, id est, septimus est sapientiae spiritus, operarium suum ad uerum uocans sabbathismum: ut scilicet in humilitate requiescat, nec saltim uno uerbo aut cogitatione superflua fatigetur, magnificando uel sibi tribuendo opera sua. Quid enim ad seipso habet, nisi mala omnia: & a quo nisi a deo habet omnia quae cunctis habet bonae? Ad hoc peruidendum hortatur angelum istum dicendo: & nescis quia tu es miser, & misera bilis, & pauper, & caecus, & nudus, & deinde subiungendo: & collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Nonnulla quippe bona in illo uel per illum deus operatus fuerat, unde diceret: quia diues sum, & locupletatus, & nullius ego. Huic tale nomen Laodiciae congruit. Interpretatur enim tribus amabilis domino: uidelicet, propter opera bona quae fecerat deus cum illo. Interpretatur etiam, qui fuerunt in uomitu. Haec quoque interpretatio congruit illi pro eo, quod gloriabatur sibi in eorumdem operum bonorum diuitiis: ut merito diceretur illi, incipiam te euomere ex ore meo. Itaque & nos quid hic spiritus septimus loquatur audiamus: & audientes ad humilitatis & sapientiae requiem proficiamus. Ait enim: Testis fidelis & uerus, qui est principium creaturae dei. Amen, id est, uerax, siue ipsa ueritas. Hoc ipsum seipsum uerbis exponitur. Sequitur enim: Testis fidelis & uerus. Quod pertinet talis descriptio haec & sequentia dicens: Ed uidelicet, ut quisquis bonorum sibi est concius operum, uel uisit Laodiciae angelus, sciat & recogitet quod non sibi opus sit testificari ante tempus de semetipso, quod diues sit, & locupletatus, imo nec ad se pertineat huiusmodi testimonium, sed ad illum, qui & testis & iudex omnium est constitutus, & in tempore suo est reuelandus. Illi relinquendum esse sciat bonorum actuum omne testimonium & iudicium, & de malis tantum testificetur contra se, & accuset seipsum. Ideo dicit: Haec dicit, amen testis fidelis & uerus. Amen, id est, ueritas, quia falli uel quippiam ignorare non potest. Testis fidelis, quia mentiri non nouit, ut dicat bonum malum & malum bonum. Uerus, quia reddet unicuique secundum opera sua. Quod * inde pertinet ut adderet, qui est principium creaturae dei: Quid in hoc loco est creatura dei? itaque nouus homo siue regeneratio & recreatio hominis, bene operando in nouitate uitae ambulantis. Nam hinc est quod Apostolus dicit: Donum enim dei est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Ipsi enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit deus ut in illis ambulemus. Quod hic ait creati in Christo Iesu, id est, renouati per fidem Iesu Christi, ipsa est creatura de qua & alibi dicitur: Nam expectatio creaturae, reuelationem dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non uolens, sed propter eum qui subiecit in spe, quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertate gloriae filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscent & parturit usque adhuc. Quod ergo pertinet ut diceretur angelo huic, de isto testi fidei & uero, quod ipse sit principium creaturae dei, nisi ut sciret totam recreationem sui, & quicquid sanctae nouitatis habebat uel habere sibi uidebatur, non sibi attribueret sed illi: Ille namque homo nouus & sanctae nouitatis est princeps, & ab ipso principium & finis, siue consummatio huius creationis est, quia nunc uiuimus, quia de morte ad uitam transiimus, quia de filii irae in filios gratiae translati sumus, & ab operibus mortis emundati deo uiuenti serui uimus. Quid ergo dicit: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullus ego, & nescis quia tu es miser & miserabilis. Talia ego opera tua scio, taliter ego de illi iudico. Neque frigidus es, in eo ut a bono opere torpeas, neque calidus, in eo quod gratiarum actionem deo referas, quod d facere deberas, ueruntamen non ut ille phariseus, qui se iustificans publicano derogabat, sed ut Psalmista, qui operarem in se dominum humiliter laudans, non nobis, inquit, domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Vtinam frigidus esses aut calidus. Hoc exempli gratia, superbe uirgini congrue dici potest. Vtinam frigida aut calida es, id est, utinam corrupta esses corpore, aut cum uirginitate corporis oleum quoque haberes charitatis. Leuioris namque culpe esset corruptam esse corpore, & proinde humiliari, quam integram esse corpore, & pro concientia integritatis inflari. Incipiam te ergo euomere ex ore meo, propter teporem elationis, uidelicet, ad modum aquae tepidae, quae propter saporem incommodum, nauisate bibentis stomacho, non ualet contineri. Hoc circiter faciam, quia talis es, & nullus ego es, quem admodum illi de quibus Apostolus dicebat: iam saturati estis, iam distantes facti estis. Sine nobis regnatis, & utinam regnetis. Hoc dicens nescis id quod uerum est, quia tu es miser, & miserabilis, in multis egens misericordia dei, & pauper, quia & nihil habes quod non acciperis, & adhuc plurima desunt tibi, quia caecus, quia, ut caetera taceam, nec dum facie ad faciem deum uides nudus, quia fragili & lubrico corpore circumdatus es. L. Suadeo tibi me emere aurum probatum, ignitum, ut locuples fias, & uestimētis albis induaris, & non

Spiritus sapientiae.

Laodicia.

Amen, ION.

Testis fidelis & uerus

* Idem.

Principium creaturae dei.

Eph. 2.

Roma. 8.

Neque frigidus es neque calidus.

Luc. 16. Psal. 117.

Contra superbiam de uirginitate.

Ne quis se aliquid esse putet.

1. Cor. 4.

apparet nuditas confusionis tuae. Hoc tibi scire expedit, quia diues ego sum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi, tu autem pauper es. Si istud scis, eme a me aurum sapientiae, aurum ignitum, aurum probatum, ignitum & ex charitate, probatum ex fide per charitatem operante. Istud eme pretio pie confessionis, & iuxta memoria propriae fragilitatis, semper memorando quid ex te sis, quid ex deo acceperis. Vt locuples fias, id est, addatur tibi gratia, & uestimētis albis induaris, non ex operibus tuis, sed ex eadem gratia largitionis, quemadmodum Psalmista dicit: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Ita fiet ut non appareat confusio nuditatis tuae, quod nonnullis euenit, dum propter elationem mentis inciderunt in tentationem, & confusibilem corruptionem carnis. **L** Et collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Collyrium quo oculorum uitia purgantur, humilitatis suauitatem significat, quae paruulos adiuuat, ut ea quae sapientibus & prudentibus abscondita sunt, illis reuelentur mysteria. Collyrio ergo inunge oculos tuos ut uideas, id est, cor tuum uera humilitate purifica, ut paupertatem tuam uideas, & ueras diuitias bonitatis dei cognoscas. **E**go quos amo arguo, & castigam. **A** c si dicat: Ea quae tibi loquor arguens & corripiens te, uelut amantis gratiam atque beneuolentiam suscipe. Non enim est hic mos sapientiae, ut eum quem diligit filium, permittat iuueniliter extolli & euanescere, sed & amat & castigat, & lasciuientem reuerberat, & quem infantem lactauit, eundem nimis uerbofum & inconsultum uerberat, uirga percutit. Itaque dum castigo, dum qua si clausus in altum defixis compungo, profecto uerius amo. **A** emulare ergo & poenitentiam age. **A** emulare, id est, amantem amando castigantem, tu amando bono seruore animi imitare, & qui tepidus eras, per hanc emulationem incalesce, & de eo quod amantem haecenus ingratus fuisti, non reddita amoris uicissitudine, poenitentiam age. Haecenus supercilium decussit, quae si diuitis & locupletis, qui sibi uane uidetur abundare operibus bonis, nunc ab eodem uel a quocunque diuite eiusmodi satis amabiliter exposcit, ut operum suorum gloriam sibi deo uel dei filio communicet omnia tribuenti, ut scilicet gloriatur in deo, uel deum in se faciat gloriarum, & sanctum glorificet in omnibus operibus suis. **E**cce sto, inquit, ad ostium & pulso. Si quis audierit uocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cenabo cum illo. **E**t est sensus: Illud quod haecenus corripis te dixi, simile est stanti ad ostium cuiuspiam diuitis & pulchri, quatenus admissus hospitio coenat cum illo de opibus intus repositis. Si admissus fuerit, celebratur conuiuium charitatis, quia minus quam inter duos charitas haberi non potest. Ita enim tu qui dicis quod diues es, in conscientia bona gloriaris, sed ecce sto & pulso ad ostium peccatoris tui, admitte me, & habeto participem siue socium gloriae tuae: ut non solus, sed mecum glorieris: omnino non in te, sed in me diuitem te factum glorieris. Si hoc modo uel tu uel qui spem audiens uocem aperuerit mihi ianuam, cuncta quae gessit bona referendo ad dei gloriam, introibo ad illum, & in pectore eius tanquam in domo amici habebam fiduciam, & nunc quidem cenabo, id est, delectabor cum illo de bonis conscientiae eius, ipse autem in futuro mecum bonis meis perfruetur. **Q**ui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & se deo cum patre meo in throno eius. **I**n isto gradu uincere, est per maturitatem sapientiae, cunctam factantiam & inanem gloriam leuitatem procul abigere, & cum ipse magnus alius uideatur, paruulum in oculis suis esse, iuxta quod eadem sapientia dicit: Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Humilitas enim, a cuius societate sapientia nunquam defuit, in caelum uolare consueuit. **A**it ergo: Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, non ut exaquetur diuinitati, sed ut consocietur aeternitati. Sicut & ego uici, inquit. Quomodo is, qui haec loquitur Christus, uicit: nisi per inestimabilem magnitudinem suae humilitatis & charitatis? Cum enim in forma dei esset, noluit solus in illa forma gloriarum, sed uoluit homines, qui peccante primo homine, facti fuerant in gloriam, gloriae suae participes fieri. **I**ccirco semetipsum exinanuit formam serui accipiens, iccirco humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Summa haec humilitatis & sapientiae uictoria est, quae primi hominis superbiam atque stultitiam destruxit. **V**icē ego, inquit, & propter hoc sedi cum patre meo in throno eius. Nam propter hoc deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, dixitque illi, sede a dextris meis. **H**oc eius exemplum uelle imitari, audire est quid hic spiritus sapientiae dicat ecclesiis. Reuera qui haec audiuit auribus illis, quae iam septies hic requisita sunt de homine interiori, non solum non gloriatur in factis suis quantumlibet bonis & multis, uerum etiam cruciatur laudibus suis, delectatur contumelijs. Sapi enim illi quod de iam dicto uictore & omnium uicentium principe propheta dixit: Dabit percipienti maxillam, saturabitur obprobrijs.

SECUNDI LIBRI FINIS.

PRO



QUI HABET AVRES AVDIVIT A SEPTEM SPIRITIBUS DEI, QUID IPSORUM QUISQUE DICAT UEL DIXERIT ECCLESIS, DEINCEPS AUDIENDUM EST, QUID & QUALITER EORUMDEM QUISQUE IN CHRISTO UEL PER CHRISTUM OPERATUR, & ADHUC OPERATURUS SIT. **C**uius enim dicta secundum septem spiritus, a spiritu timoris ad spiritum sapientiae proficiscendo per ordinem scrutati sumus, eiusdem filij dei facta mirabilia figuris uel imaginibus mysticis signata, septemque periochis distincta secundum eisdem spiritus, sed ordine conuerso nunc aperire, ipso adiuuante conabimur. Nam a spiritu sapientiae incipientes

per ordinem ad spiritum timoris perueniemus, qui uidelicet ordo super eundem Christum in propheta est praescriptus, ubi super florem re quiescet spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Denique ubi ecclesiis proponitur ascensus, ut superius diximus, ordo iste conuertitur, qui descendenti ad nos domino est dispositus, quemadmodum Psalmista dicit: Initium sapientiae timor domini. Nec uero coacta est expositio, ut secundum hunc ordinem spirituum, ista sacramentorum scriptura digesta dicatur, ultro enim in plerisque per facta imaginaria ostendit sese proprietates cuiusque spiritus. **Q**uod ut breui indicio pateat, post ordinatissimam dei sedem positam in caelo, cuius in dispositione recte spiritus sapientiae praedicabitur, librum septem sigillis signatum aperit agnus, soluens signacula eius, & illud manifeste opus laudabile est spiritus intellectus, qui est in ordine secundus. Deinde magni consilij angelus stans iuxta aram templi conspicitur, & mysticis septem tubarum cantibus, mysterium dei consummatur, quod ad spiritum consilij pertinere non dubitamus. Quarto loco draco magnus & rufus habens capita septem, mulierem impugnat. Michael praesente angelis eius, draco cum angelis suis in terram proicitur, & illic sine dubio spiritus fortitudinis, qui quartus est, commendatur. Quinto loco spiritus scientiae in septem angelorum phyalis. Sexto loco in sanguine martyrum Iesu, quo mulier ebria ostenditur, laus est pietatis. Septimo autem in adueniente hora iudicij dei, quando a mari & ab inferno omnes redduntur mortui, sine dubio totum spectat ad timoris spiritum. Deinde de finis ubi ornata ostenditur Hierusalem, uxor agni, ciuias dei. Quid pulchrius hoc spectaculo, mirabilium dei, o uos quicunque spectatores dei adestis: Aperiat iam nobis ipse qui habet clauem Dauid sanctus & uerus, ut sanctitatem & ueritatem istam claris oculis absque caligine intueamur.

Duplex ordo septem spirituum.

Esaiæ 2

Psal. 110

Argumentum in sequentibus libris.

RVPERTI ABBATIS

TIVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO.
RVM LIBER III.



OST HAEC VIDI, ET ECCE OSTIUM APERTUM IN CAELO. **I**di cum dicit, & hoc in loco & in caeteris, recte beatitudinis eius commemoramus, quae uere beatissimum est inter eos quibus ueritas aiti: Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Gloria namque quam uiderat cum caeteris, gloria uerbi incarnati, de qua dicit, & uidi mus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, cuius rem uiderat cum caeteris gloriosa uidelicet signa, & praeter caeteris eo tempore quo clausa illi erat terra, & exulabat propter uerbum dei, apertum est ei caelum, & per latitudinem eius ad uidenda haec libero spiritu inaccessit. **E**t ecce, inquit, ostium apertum in caelo. Caelum hic caelestem uitam significat, ad quam nuper resurgendo Christus a mortuis uniuersam ecclesiam suscitauerat conuergentem secum, resurrectione prima. **Q**uid est autem hoc ostium, nisi ipse qui dicit, ego sum ostium: Denique tunc ut caelum terrigenis introeuntibus pateret, hoc ostium apertum est, quando Christus passus, & latus eius lancea militis patefactum est. **E**xtunc enim regnum dei intra nos est, destructo uidelicet regno peccati, quod eatenus regnabat in mundo. **I**lla tali apertione huius ostij, scripturarum quoque arcana patuerunt, quas nimirum spiritualiter intelligere, & secundum eas uiuere, regnare iam est in regno dei, & conuersationem habere in caelis. **I**gitur uidi, inquit, ostium apertum in caelo, id est, quod sciebam in re, uidi in imagine, scilicet regni caelorum ianuam Christum esesianam patefactam hominibus, ab ipsius passione. **E**t uox prima quam audiui tantum

CAP. III.

Lucæ 20
Gloria uerbi incarnati.
Iohan. 1

Ostium Christi est.
Iohan. 10

Lucæ 17
Roma. 6

D 2 quam

Vox prima ganq̄ uox tubæ.

Supra 1

Roma. 1

Ascende huc.

Supra 1 Statim fui in spiritu.

Prophetæ uisiones suas intelligebant.

Sedes in cœlo ecclesia Christi est. Iohan. 12. Plal. 92. a. Timot. 1. Heb. 1.

Ephes. 3

Christus patri regnum acquirit.

1. Cor. 15

Duplex dei iudicium de mudo, per aqua scilicet & igne.

Exodi 29 Iris signum propitiatio nis.

Gene. 9

quam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito post hæc. Vox hæc prima ipsius est, cuius & illa fuit quam superius audiuit dicentis, quod uides scribe. Iccirco non absolute dixit, & uox quam audiui, sed uox prima quam audiui. Ceterum uerbis aut sensu non eadem quæ prima fuit. Tunc enim dictum est: quod uides, scribe, nunc autem dicitur ei, ascende huc. Et hic & illic tanquam uox tubæ fuit, quia uidelicet nihil in occulto, sed palam loqui mundo intendit, hæc uel illa dicit aut ostendit. Cur cis & barbaris, sapientibus atq; insipientibus, palam est euangelizandum. Non enim est cur quisq; erubescat euangelium. Virtus enim dei est, & quicquid loquitur, forte, pulchrum, atq; honestum, rationabile & uerum, atq; ad salutem hominis omnino necessarium est. Quod dixit, ascende huc, ad quid dixerit, uel illuc ascendere quid sit, ex eo intelligitur quod ipse Iohannes ait: Statim fui in spiritu. Ergo ascendere illuc est in spiritu excedere omnes sensus carnis, atq; spiritalia uideri oculis spiritalibus. Et ipse qui ascendit dixit, eundem ascensum dicendo effecit, quia statim fui in spiritu, inquit. At idem superius, sui, inquit, in spiritu dominica die. Quomodo ergo nunc iterum dicit, statim fui in spiritu, quasi non & ante istam uocem, uel anteq̄ uideret ostium apertum in cœlo, non fuisset in spiritu, nisi quia non una uisione cuncta hæc uidit quæ in hoc libro continentur. Sed rursum queri potest, quomodo postq̄ uidit ostium apertum in cœlo, tunc demum audita uoce statim fui in spiritu, cum ipsum quod uidit ostium uideri non potuerit nisi in spiritu. Neq; enim ita cœlum ut structura manifestat ostijs cõpactum est, & foris ac uentibus. Itaq; sic dictum recte statim intelligitur, sui in spiritu, ac si diceret, statim intellexi spiritali sensu ea, quæ mihi per imagines ostendebantur, ut ad intellectum pertinere non dubitemus quod ait illa uox, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito post hæc. Neq; enim ut quidam hæretici dixerunt, sic fiebant huiusmodi prophetica uisiones, ut non intelligerent ipsi prophetæ quid rerum aut sensuum continerent illæ ipsorum uisiones. Proinde nõ opus erat, ut quemadmodum superius dixerat, scribe ergo quæ uidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc, ita & hic diceret ei, & ostendam tibi quæ uidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Nam ea quæ uiderat, & quæ tunc erant, sciebat quia & præterita cum dño usq; ad finem eius ambulans, uiderat & præsentem ecclesiam statim tunc uidebat, futura autem necdum sciebat. Recte ergo de futuris tantum quæ uiderat, uel quæ præterierant, non tam sibi igno bis instruendis, multas & ualde mysticas uidit imagines. Et ecce se des posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. Aperto ostio sedes posita cõspicitur in cœlo, quia passo Christo, regnũ dei postum siue dispositum est, ut sedeat deus in illo, principe huius mundi foras misso. Hæc namq; sedes est ecclesia, sedes ex tunc parata, in qua deus sedet & regnat. Vnde Psalmista cum dixisset, dominus regnauit decorem indutus est, indutus est dominus fortitudinem, & præcinit rem & fortitudinẽ regnauit, id est, uirginẽ affumens carnẽ, & mortẽ resurgendo uincens ut regnaret super nos, ipse iustitia & uita nostra regnũ destruxit peccati & mortis, extitit sedes eius parata, extunc sedes, id est, ecclesia, in cœlo posita est. Quomodo posita in cœlo: Translata uidelicet de inferno patriarcharũ & prophetarũ ecclesia, electorumq; omnium quicumq; fuerunt a iusto Abel usq; ad ultimũ qui tunc migravit a seculo, collocata erat in cœlo, fruebatur paradiso, faciemq; dei uidebat pariete inimicitiarũ dissoluto. Sed & ipsa quæ adhuc exulabat siue nũc exultat per corpus in mundo ecclesia, siue illius ecclesie pars, iam per conuersationẽ & per celestiu amorẽ posita erat in cœlo. Supra sedem sedens, deus & pater est: nam pater na filij agnus est, qui, ut in sequentibus narratur, libru accepit de dextra sedentis. Nec uero in habitu sedentis, id est, regnantis dei patris, deest honor & gloria filij, quippe qui sedẽ illa seculo ro per humanitatẽ suam parauit uni deo, patri & filio & spiritui sancto. Parauit em, & usq; in finem parare siue adquirere non desinit regnũ deo & patri, cuius uidelicet acquisitionis sum mum atq; extremũ erit dies iudicij, in quo filius in forma hominis omnibus apparebit sedens in sede maiestatis. Vnde Apostolus dicit: Dein de finis, cum tradiderit regnum deo & patri. Cum inquit regnũ deo & patri tradiderit, id est, cũ credẽtes ad contemplationẽ dei & patriã perduxerit. Et q̄ sedebat similis erat aspectui lapidis laspidis & sardij. Iaspis aquaticus, Sardius ignei coloris est. Qui ergo sedebat similis erat aspectui lapidis & Sardij, quia uidelicet deus iudicij dñs, & olim mundũ per aqua iudicauit, idẽm; tandẽ per igne iudicabit. Proinde coloribus illis, uidelicet aquatico & igneo dicitur esse similis, quia nimis; & ex iudicio qd factum est per aqua & ex iudicio qd faciendũ est per igne, deus qui nobis in sua substantia est inuisibilis, cognoscitq; foris atq; zelotes fit. Inter utrũq; iudicij misericordia processit, dñs diluuium mundo induxit, & mundũ per ignem iudicabit, penitentia interim & remissionẽ peccatorum euangelizare non desinit, & accedentes per fidem a sua gratia nõ repellit. Vnde cõtinuo subiungit: Et iris erat in circuitu sedis, similis uisioni Smaragdinae. Iris quippe propitiatio nis est signũ, dicente dño ad Noẽ: Ponam arcũ meum in nubibus cœli, & recordabor fœderis

fœderis mei quod pepigit tecum. Iris ergo in circuitu sedis, misericordia est cunctis eam quę rentibus præparata in aduentu redemptoris, quæ usq; per circuitum mundi cum magno euã gelicæ prædicationis præconio iudicium præcurrit. Veruntamen sicut nec illud iudicium per aquam sine misericordia fuit, quæ octo animas in arca saluauit, nec illud iudicium per ignem sine misericordia erit illis, qui propter lex misericordie opera quæ fecerunt, statuerunt a detri tris, dicente regi: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & cetera ita nec iste de quo nũc loquimur aduentus misericordie sine iudicio processit. Cum enim maxime & disceretur mi sericordia per passionẽ Christi, nunc, inquit, iudicium est mundi. Sed & ante eiusdem passio nis articulum quodam loco dicit: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant; & qui uident, cæci fiant. Cum ergo & illic misericordia cum iudicio concurrẽs, octo animas saluauerit, unde reformaretur orbis, & in futuro iudicio misericordia necessaria sit, ut quid nunc, quando in iudicium se uenisse dicit, misericordia sic describitur ut dicatur, & iris erat in circuitu sedis, quod, ut iam dictum est, signũ est propitiatio nis: Videlicet propter ma gnitudinem siue multitudinem misericordie, in qua nunc aduenit, quia sic iudicauit, sic fecit iudicij mundi, ut in ipsa iudicatione tota intentione penitentia & remissionẽ peccatorũ per suum sanguinem condere misericors ipse & fidelis pontifex, nostramq; naturã propter pec catum marcentẽ & arefactam sicut foenum, ad immarcescibilem gloriã statim resurgẽdo re duceret. Vnde & cum dixisset, & iris erat in circuitu sedis, addidit, similis uisioni Smaragdine. Smaragdus quippe nimie uiriditatis est, a deo ut herbas uirentes, frondesq; ac gemmas, & omne circa se inficit aerem sua uiriditate repercussum. Iris ergo similis est uisioni Smaragdi nae, quia misericordia hæc sensũ nostrũ in solidã reformabit pulchritudinẽ uiriditatis æternę. Et in circuitu sedis sedilia uiginti quatuor, & super thronos uiginti quatuor seniores seden tes circumamicti uestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureę. Sicut in sede regnũ dei, sic in sedilibus iudicariarum sanctorum intelligimus potestatem, quia scriptum est: Iudic abunt sancti nationes. Quare autem numero uiginti quatuor ostenduntur seniores in sedili bus sedentes? Super hoc diuersa patrum expositio est. Nam alij (quorum beatus Hieronymus unus & notissimus) libros præcæ legis uiginti quatuor hic per totidem seniores figuratos in telligi uolunt. Alij nonnulli ecclesiam per geminum testamentum de patriarchis & aposto lis generatam, in eisdem senioribus intelligunt; aut certe illos qui perfectionem operis, quæ senario numero commendatur, clara euangelij prædicatione consummant. Nam quater seni uiginti quatuor faciunt. Nos autem & hunc & illum sensum non inuitem approbant, nisi lominus tamẽ de maiestate scripturarum certum aliquid proferre conemur. Sedes illa in cœ lo posita, quam, ut iam dictum est, intelligimus regnũ dei, cuius in circuitu erant hæc sedilia, extunc poni cepta est, ex quo regnũ Israelitici populi Dauid, Christi scđm carnem pater obrinuit. Ille em in typum eiusdem Christi futuri filij sui regnauit in populo dei. Et sicut futu rum erat, ut destructo peccati regno, regnaret ille iustitię rex, manu fortis & desiderabilis, sic factum est, ut abiecto regno Saul, quem propter superbiã deus proiecit, regnaret Dauid qua sitenerimus ligni uermiculus, humilis in oculis suis, quatenus recto ordine supernæ digna tionis prior filio suo sederet rex pater in populo dei. Nam ut non dubitemus ita esse, quod sci licet illius patris & huius filij una sedes sit, occurrit autoritas euangelica, cum ad Mariam Ga briel archangelus dicit: Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui, & regnauit in do mo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Si ergo sedem illam in cœlo positam dila tato sensu intueamur in qua sedet Dauid, & post eum hic filius eius, statim apparet quę sint se dilia uiginti quatuor in circuitu eius, uel qui seniores uiginti quatuor, et quomodo in circuitu eius. Nam post filium, cui dominus deus dedit sedem Dauid patris sui, successerunt duodecim iudices, & ante patrẽ illum, qui primus in illa sede se dit, electione dei, præfuerunt populo dei duodecim iudices. Primus Othoniel, filius Cenez, frater Caleb; secundus Aioth, filius Gera filij Leminit; tertius Sangar, filius Anath; quartus Barach, filius Abinoẽm de Cedes Nepralim; quintus Gedeon, filius Ioas; sextus Iair Galaadites; septimus Iephte Galaadites; octauus Abes san de Bethleem; nonus Ahialon Zabulonites; decimus Abdom filius Hellel Pharaonites; undecimus Samson; duodecimus Samuel. Isti sedem illam, sedem uel regnum Dauid tempo re præcedentes, quasi ab anteriori parte sedem in cœlo positã circum sedent. Alij uero iudi ces, duodecim uidelicet apostoli, quibus dictum est, se debitis & uos super sedes duodecim, iu dicãtes duodecim tribus Israel, filio Dauid temporaliter succedẽtes, circũ sedem illam quasi à parte posteriori, sedẽt. Sunt ergo in circuitu sedis sedilia XXIII. & super thronos XXIII. seniores. Et recte seniores dicti sunt: quia uidelicet per maturitatẽ fidei sue populũ dei iuueni liter lasciuie tem coercuerunt. Nam de illis anterioribus scriptum est: Suscitauitq; dominus iu dices qui liberarent eos de uastantium manibus: sed nec illos audire uoluerunt, fornicantes cum dñs alienis, & adorantes eos. Et subin de. Cumq; dominus iudices suscitaret, in diebus eo rum flebatatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de ca de uastiã.

Nõ est iudicij desine misericordie. Math. 27 Iohan. 12 Iohan. 9

Smaragdus nimie uiriditatis.

XXIII. sedilia senioꝝ Sapient. 3. 1. Cor. 6

Allegoria de regno Dauid & Saul.

1. Reg. 15. 2. Reg. 23

Lucæ 1

XXIII. seni oꝝ, sunt XII. iudices & XXI. apo stoli. Iudic. 3

Math. 19

Cur dicunt seniores. Iudic. 2

Sapient. 4. lum. Postq̄ autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo maiora faciebant q̄ fecerant patres eorū, sequentes deos alienos, & seruientes eis, & adorantes eos. Vere ergo seniores fuerunt & sunt, quorū uenerabilis senectus nō diuturna, neq̄ numero annos, sed canis sensibus interioris hominis computata, iuuenilis populi fornicatione corripiebatur, deumq̄ ut audiret afflictorum gemitus, sapienti interpellatione ad misericordiam flecebat. Iccirco uestimentis albis, id est, iucunditate æterna circumamicti sunt. ¶ Et coronæ aureæ in capitibus eorū, quia uidelicet coronæ eius participes sunt, cuius & nomen hære ditauerunt, & officio functi sunt.

Iudic. 3. Dicitur enim saluatores quia populum dei ne periret saluauerunt. Exempli gratia. Et clamauerunt filij Israël ad dominum, qui suscitauit eis saluatores, Orthoniel uidelicet filium Cenez. Aureæ coronæ pretiosam significant retributionem gloriæ sempiternæ. ¶ Porro de iudicibus posterioribus, id est, de apostolis Christi, notum est quā uere seniores, id est, sapientes fuerint & sint: & quam uerè uestimentis albis circumamicti sunt, & coronas aureas in capitibus acceperunt: quia uicerunt mundū, superauerunt diaboli, liberauerunt captiuū mortis populi, & sempiternæ uitæ per Christi gratiā adquisierunt. Sequitur autē de throno procedebat fulgura, & uoces, & tonitrua. ¶ Postq̄ seniores nostri uel sedilia eorū disposita sunt circa thronum, fulgura, & uoces, & tonitrua procedunt, quia postquam apostoli iudices orbis constituti, officium prædicandi acceperunt, fulgura miraculorum, uoces prædicationum, & tonitrua comminationum de futuro iudicio atq̄ gehennalibus malorū poenis dare non desierunt. Hoc est quod Marcus ait: Illi autem profecti prædicauerunt ubiq̄, domino cooperante & sermone confirmante, sequentibus signis. Hæc omnia, fulgura scilicet, uoces ac tonitrua, de throno procedunt ab eo qui sedet super thronum. Neq̄ enim fulgurare, uoces dare, & tonitrua facere à semetipsis habuerunt, sed desursum acceperunt. Etenim omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. ¶ Et septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus dei. ¶ Ante thronum septem spiritus dei sunt, ipsi enim illuminant sæpeditum regnum dei, ecclesiæ dei. Illic quidem, id est, in illa gloria cœlesti sic illuminant, ut facie ad faciem uideant claritatem dei, hic autē ubi ex parte peregrinantur adhuc in ecclesia, sic eam illuminant, ut nondum quidem perfecte, sed quasi per speculum & in ænigmate uideat, & quod satis sit ad declinandos errores, cognoscat ueritatem dei iuxta promissum dicentis: Cum autē uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnē ueritatē. Ex quo enim is qui hæc in passione sua loquebatur resurrexit, & in cœlū ascendit, ex eo lampadum istarum splendor mundo latius emicuit. Lucent autē septem lampades istæ ex uno can delabro, septem spiritus isti ex uno eodemq̄ Christo, & lumine eorū: quingagesimo die post resurrectionem eius super discipulos eius in linguis igneis apparuit. Prima lampas spiritus sapientie est. Secunda, spiritus intellectus, & deinde per ordinē cæteri spiritus, sicut in propheta dispositi leguntur, super unum florē requiescentes, hoc loco lampades dicuntur iuxta prophetam alium, super unum candelabrum lucentes. ¶ Et in cōspectu sedis tanq̄ mare uitreum, simile crystallo. ¶ Ad quid mare in cōspectu sedis? Ad hoc uidelicet, ut qui uult ascendere in illam sedem dei, introire in illud regnum dei, ingrediatur licet trāseat hic mare, & illuminetur splendido prædicatorum lampadarū lumine. ¶ Christi nanq̄ baptismus mare dicitur, uidelicet pro similitudine notissima maris Rubri, per quod populus dei ab Aegyptiaca seruitute liberatus, immolato agno transiit, submerso Pharaone cum curribus & equis uel equitibus suis. Mare ergo in cōspectu erat sedis, quia baptismi sacramentum in ipsa conditum est: positione sedis, dum per mortem Christi pararetur regnum dei, quando lanceato latere eius, exiit sanguis & aqua. Ex eo nanq̄ origo baptismi, mox ab eodem resurgente, data est regula baptizandi. Ait enim: Euntes docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ibi, scilicet in cōspectu sedis, mare, & ibi lampades, quia nimirū ubi Christus passus est, ut foras misso mundi principe, deus regnaret, ibi & extitit baptisma, & ibi peccatorum remissio atq̄ gratiarum spiritus sancti diuisiones. Erat autem mare hoc uitreum, quia uidelicet baptismi purum est ac lucidum, puram ac simplicem exigens confessionem peccatorum, & ut qui accedit, non aliud corde credat, & aliud confiteatur, sicut uitrum non aliud continet intus quàm quod foris perspicitur, non aliud foris simulat q̄ quod continet intus. Et si homines latet quemadmodū latuit Simon ille Magus, spiritum sanctum, cuius lumine mare hoc uitreū transfuser, latere nō potest. Vnde scriptū est: Sanctus enim spiritus disciplina effugiet fictiū, & nō liberabit maledictū à labijs suis, quoniam renum illius testis est deus, & cor eius scrutator est uerus, & linguæ illius auditor. Et ostendens quod nullus eum cōfessione duplici fallere possit, cum præmississet quoniam spiritus dñi repleuit orbem terrarū, ita breuiter enuntiauit, & hoc quod continet omnia scientiā habet uocis. Quomodo em̄ uocē profitētis nesciat, uel uocē dñi dicare nō possit, qui etiā cordis uerus est testis: Igitur qui accedit, fictus accedere caueat, quia mare uitreū est, & totū qd̄ illic agitur uel dicit, spiritui sancto perspicuū est. Porro uitrum sicut lucidum, ita & fragile est. Nunquid hoc mare ut uitreum, ita & fragile semper erit? Non uicq̄.

Sequitur

Sequitur enim: Simile crystallo. Ergo mare hic prius quidem ut lucidum, ita est & fragile, sed post ut lucidum, ita & solidum. Deniq̄ confessores lucidi aqua & spiritu sancto renati, & qui dem fragiles sunt corpore mortali, sed post in illa resurrectionis gloria solidi erūt, anima beata & corpore incorruptibili. Nam hoc est quod Apostolus ait: Si autem Christus uis in uobis est, corpus quidē mortuum est propter peccatū, spiritus autē uiuit propter iustificationē. Mortuum est dicit, pro eo ut diceret, certissime moriturum est propter peccatum, licet in baptismō sit deletum. Nam in anima quidē per baptismum reuiuiscimus à morte qua mortuus est Adam, eodem die quo uicū comedit, unde & dicit: Spiritus uero uiuit propter iustificationem, sed corpore nihilominus morimur, morte quam deus posuit, dicendo homini, quia puluis es, & in puluere reuerteris, & emittendo illum ne sumeret etiam de ligno uitæ, & sic in anima mortuus, corpore uiuere in æternū, quod esset infelicissimū. Cum ergo spiritus uiuat propter iustificationē, corpus tamen adhuc mortuū, id est, certissime moriturū est propter peccatum. Ecce tanq̄ mare uitreū, quia baptizati & uiuificati fidei lucidi sumus ut uitrum, & mortalitate corporis fragiles sumus ut uitrum. Sequitur autē Apostolus: Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in nobis, qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, conuiuificabit & mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritū eius in nobis. Ecce quod dicit, simile crystallo: Crystallo nanq̄ lapis est, ex aqua per glaciem in soliditate lapideā transmutata, & corpus Christi pro cōditione fragili atq̄ mortali erat aqua, nūc autē per gloriā resurrectionis solidatum est soliditate æterna. Lucet nūc diuinitas in corpore illo, sicut sol in uitro, perijt mortalitas in corpore illo, sicut aquæ mobilitas uel fluxus à crystallo. Porro ad eiusdem Christi similitudinem, resurrexerunt atq̄ immolandos, id est, impassibiles nos fore speramus. Erat ergo mare uitreum quidem, sed simile crystallo. ¶ Et in medio sedis & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum, simile leoni, & secundum animal, simile uitulo, & tertium animal, habens faciem quasi hominis, & quartum animal, simile aquilæ uolanti. Hæc animalia facie & nomine iam dudum sancte ecclesiæ per cognita sunt, quod sint figuræ quatuor euangelistarum. Verum secundum ordinem literæ prius querendum est, qualiter hæc animalia & in medio sedis & in circuitu sedis esse dicantur, cum uiginti quatuor seniores, qui utique numero plures sunt, in circuitu & non etiam in medio sedis esse supradicti sint. Quod ut certius inueniri possit, illud quoque primum scire oportet, quia iuxta Ezechielē hæc animalia & quatuor sunt, & unum. Sic enim ille cum in prima uisione dixisset, ex medio eorum similitudo quatuor animalium, & cætera. Dicit in uisione altera: Ipsum est animal quod uideram iuxta fluuium Chobar. Cumq̄ ambularent Cherubin, ibant pariter & rotæ iuxta ea. Ac deinceps: Ipsum est animal quod uidi subter deum Israël iuxta fluuiū Chobar: Et intellexi quia Cherubin essent quatuor per quatuor uultus uni, & quatuor alæ uni, & similitudo manus hominis sub alis eorum, & similitudo uultuum eorum ipsi uultus quos uideram iuxta fluuium Chobar. Ipse quoque paululum aperit quomodo quatuor animalia & unum animal sit, cum dicit: Quatuor facies uni erant, & quatuor pennæ uni. ¶ Primo itaque dicimus, quia animal unum, unus est Christus, quatuor autem animalia, uel quatuor unius facies, quatuor sunt principalia Christi sacramenta, quæ Christiano ignorare non liceat, quorum primum est incarnatio: secundū, passio: tertium, resurrectio: quartum, ascensio. Has quipæ facies non agnoscere, hæc sacramenta nescire Christiano non licet, imò & quorūdam confessione ad illa respicere oportet, sicut in symbolo nobis apostolica traditio proposuit. Præmissio nanque credo in deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum, se quuntur quatuor hæc distincta, sicut: Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine. Hoc est primum sacramentum, uel facies prima. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad infernas hæc est facies secunda. Tertia die resurrexit à mortuis: hæc est facies tertia. Ascendit in cœlū, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis, in de uenturus iudicare uiuos & mortuos: hæc est facies quarta. ¶ Est autē incarnationis mysterium facies hominis, quia nimirū uerus deus uere est incarnatus, & ueram ætate uirginis sine peccato naturā hominis assumpsit. ¶ Passionis uero sacramentum, facies est uitulū quia uidelicet uitululus qui pro peccato immolabatur ex præcepto legis, passio significabat redemptoris, qui immolandus erat pro peccatis nostris. Et alia quidē animalia offerrebantur, agnus, uel ouis, & hircus, columba & turtur sed eorū præcipuum animal erat uitululus: maxime, cuius, quia pro peccato erat sacerdotis siue multitudinis, corpus extra castra cremabatur. De cuius rei mysterio ait Apostolus: Propter qd̄ & Iesus ut sanctificare per semetipsum populū, extra portā passus est. Exeamus ergo ad eū extra castra, improprie portantes. ¶ Porro uictoriosa resurrectio eius, facies leonis est. Hinc em̄ præscius patriarcha Iacob dixerat: Catulus leonis Iuda, ad prædā fili mi ascēdit is: Requietes ac cubasti ut leo, & quasi leaena: Quis suscitabit eum? ¶ Tandē ascensionis sublimitas, facies est aquilæ, quam prospiciens beatus Iob, dicit de perfidia Iudaici populi: Semitam ignorauit auis.

Simile crystallo, quia nō fragile ut uitrum. Roma. 8

Gene. 3

Roma. 8

Quatuor animalia in medio sedis, sunt illi euangelistæ. Ezech. 1

Ezech. 10

Quatuor animalia aut quatuor facies unius, sunt quatuor Christi sacramenta.

Incarnatio Passio.

Leuit. 4 Heb. 13 Resurrectio. Gene. 49 Ascensio. Iob 28

Lucē 1
 Nunc iam dicendum est, quomodo hec animalia siue unius animalis quatuor facies, & in medio se sedis, & in circuiu sedis sint. ¶ Mediū sedis, quā supra iam diximus esse regnū dei, ceptū in Dauīd, completū autē in Christo, cui dñs deus sedē dedit eiusdē dauīd patris sui plenitudinē temporis intelligimus, in qua Christus iam dicta incarnationis, passionis, resurrectionis & ascensionis suę mysteria celebrauit. ¶ Porro circuiu eiūsdē sedis hinc quatuor uolumina euangelij, inde quinq; accepimus libros Moſi. Namq; & in illo medio, & in isto circuiu sedis, mirabiliter cernimus apparere facies istas, faciem leonis, faciem uitiuli, faciem hominis, & faciem aquilę uolantis. Deniq; in Pentateucho Moſi hoc ordine facies istas dispositas sunt. Ceterū in quatuor euangelioꝝ libris non idem obseruandus est, præsertim cū in processu eiūsdem dñi prima sit facies hominis, id est, mysteriū incarnationis. Norandū uero qđ nō solum quatuor uerumetia quinq; facies in hac Apocalypsi cōspiciuntur, cum post istas, leonis, hominis, uitiuli, atq; aquilę uolantis facies, agnus qđq; stat in medio, librū aperies, & soluens signacula eius, ¶ Singulę de singulis libris Moſi hoc ordine susceptę cōprobantur. Primū in Genesim faciem leonis habemus, cū Iacob Patriarcha benedicēs loquitur: Catulus leonis Iuda, ad prædā filii ascēdit, &c. ut supra. Deinde in Exodo, agnus quarta decima die primi mensis ad uesperā in cūctis domibus filioꝝ Israēl, in typū eiūsdē redēptoris nostri, immolatus, comedif. Deinde in Leuitico, uitulus pro peccato sacerdotis siue multitudinis immolari, & corpus eius extra castra cremari iubet. Veq; quia unius eiūsdēq; dñicę passionis sacramentū per agnū & per uitulū figurat, recte pro duabus una facies uitiuli, quę maior est tam apud istū qđ apud prophetā Ezechielem, in numero habet. Tertia ergo facies hoīs de libro Deuteronomij suscipitur, cum Moſes ex ore dñi loquitur ad populū: Prophetę de gente tua, & ex fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dñs deus tuus, ut petisti in monte Oreb, quādo concio cōgregata est, atq; dixisti: Ultra nō audiam uocem dñi dei, & ignē hunc maximū amplius non uidebo, ne moriar. Et tūc dominus mihi bene omnia sunt locuti: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suoz similem tui, &c. His namq; uerbis cum dicit, de gente tua, & de fratribus tuis, & addit, sicut me, uerus homo promittitur Christus, in ueritate naturę humanę. Quartam deinde faciem aquilę uolantis, in cantico Deuteronomij præscriptam inuenimus, ubi Moſes ita loquitur: Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolans, expandit alas suas & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis. ¶ Et hic quidem Iohannes secundū ordinem illius scripturę ueteris, primam ponit faciem leonis, propheta uero Ezechiel secundum ordinem rei gerendę quam præuidebat, primam posuit faciem hominis. Nam in euangelio Christus prius homo est, per naturam; deinde uitulus, per passionem; deinde leo, per resurrectionem; deinde aquila uolans, per ascensionem. ¶ Euangelistarum uero, prout modus sermonis, qui ab unoquoque conscriptus est, conducere uidetur, alius hominis, alius leonis, alius uitiuli, alius aquilę uolantis habere faciē dicitur, & tam in ista quā in illa prophetica istorum animalium uisione prædicari meretur. Et de Luca quidem & Iohanne omnium una est sententia, quōd ille, scilicet Lucas, uitulū hic autem, scilicet Iohannes, aquilę uolantis faciē merito figuretur. De Matthæo autem & Marco diuersa sententia est: Alijs, quorum beatus Hieronymus unus & præcipuus est; Matthæum in hominē, & Marcum in leonē; alijs, quorum beatus Augustinus maximus uel notissimus est, Matthæum in leonē & Marcum suscipientibus in hominē. ¶ Lucas namque tam in principio quā in fine sermonis, circa templum uel sacerdotium uersatur. Apud illum sanctus sanctorum qualiter unctus, id est, de spiritu sancto fuerit conceptus, fideli narratione refertur, itemq; ad Iordanem, ubi spiritus sanctus super eundem uerum sacerdotem in columbę specie descendit. ¶ Hic euangelista tanquam sacerdotem in expiandis peccatis assignans, non descendendo, sed ascendendo generationes eius enarrat, ascēdensq; transit ad Abraham, & peruenit ad deum cui mundati atque expiati recōciliamur per eiūsdem Christi sacerdotium. Vnde & principium & finem eiūsdem quam digessit genealogię adoptiuę patris, siue filijs præscribit, dicēdo in initio: Iesum, ut putabatur, erat filius Ioseph, qui fuit Heli, in fine autem de Adam, qui fuit dei. Nam neque Ioseph Iesum, neque Heli Ioseph genuit, sed optimum habuit, neque deus Adam genuit, sed plasmavit. Nimirum quia sacerdotalem domini personam susceperat texendam, recte sic processit, quia sacerdotis genitura, qua nos Christus regenerat, tota adoptiua est, & non ex carne, sed ex spiritu ac pietate descendit. ¶ Apud hunc & pro reuertendo filio prodigo uitulū saginatus occiditur, & fere omnes parabolę clementiam resonant; & pius sacerdos factus in agonia, prolixius cum sudore sanguine orat, & in fine suo latronem penitentem suscipit, hodie, in quies, mecum eris in paradiso. Itaq; tota serie faciē uitiuli possidet, sacerdotem & sacrificiū nostrum attentius inueniens, & post resurrectionem eius scribens, ex ore ipsius oportere in nomine eius prædicari omnes gentes remissionem peccatoꝝ. Iohannes sublimi intellectū ultra omnē creaturā uolans, & apertis mētis oculis æterni solis infignens radio, dicere uel scribere meruit: In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū; hoc erat in principio apud deum, & ita

& ita per omnem sermonis sui textū altissime procedens, diuinitatis Christi tota intentione firmavit testimonium. Apud istum sicut aquila prouocās ad uolandū pullos suos, & super eos uolans, expandit alas suas & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis: quādo, sicut hic ait, uerbū caro factū est, & habitauit in nobis; & conloquens paruulis ad intelligendā suę uel parternę maiestatis gloriā, sublimiter excitauit; quod nimis est aquilę pullos ad uolandā prouocari; monstrauitq; illis opus esse in humeris portari; exēpli gratia, dicēdo sic: Si ergo uideris filiiū hominis ascendentē supra ubi erat prius. Et alibi: Et nemo ascendit in cælū, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Ergo si nemo ascēdit nisi qđ descendit: uerū est, quia omnes qui illic sunt uel erūt, ipse tanq; aquila portauit in humeris suis. Itaq; in facie aquilę Iohannes eminet, & de isto quoq; cōcorditer apud omnes una sententia est. Porro de Matthæo & Marco diuersa, ut iam dictū est, patrū est sententia. Nā beatus Augustinus iuxta ordinem libri istius, Matthæum dicit in leone intelligi, qui regię dignitatis in Christo profapia narrat: quia uicit leo de tribu Iuda; Catulus enim leonis Iuda; & in quo ut rex a rege timetur a Magis adoratur, ubi etiam rex seruus rationē ponit, rex nuptias filio facit, & ad ultimū rex segregat oues ab hœdis. Veruntamen plures in ea sententia concordant: quia huic ascribitur facies hominis. Nec frustra: Nam & si pro quadam similitudine regię maiestatis, de qua sæpius scribit, leonis regis bestiarum faciē recte imitari uidetur; considerandum tamen est, quia sæpius hominem quam regem scribit, & ferē nusquam regem sine homine ponit. Ait enim: Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Non ait tantum regis, sed homini regi. Sed & ubi segregat oues ab hœdis rex, & dicit stantibus a dextris, uenite benedicti patri mei, signatē exprimitur facies filij hominis. Ait enim: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suę. Alias autem & in parabolis, ubi de nomine regi tacetur, homo scribitur. Exempli gratia: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios. Et: Homo quidam peregre proficiens uocauit seruos suos. Præter hęc & in uisione prophetica ubi rex iste regnaturus Danieli præmonstratur, uenerabiliter faciē hominis præscribitur, hoc modo: Aspicebam ergo in uisione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum diem peruenit, & usq; in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem & regnum, & omnis populus, tribus ac lingua, ipsi serui erūt. Itaq; in Matthæo quādo pro similitudine regię potestatis, faciē leonis regis bestiarum recte possit intelligi, nihilominus pro ipso nomine hominis quem & regi coniungit, & sine regis nomine frequentius ponit, congrue satis intelligitur faciē hominis, maxime quia sic incipit. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, quia illorum Christus Iesus secundum carnem filius uel semen est. ¶ Marcus itē circō uidetur habere faciē leonis, quia quasi cum rugitu terribili, id est, prædicatione penitentię, suum euangelium incipit, & in iudicij sue condemnationis cōminatione finit. Incipit enim ad prædicatione Iohānis, dicēdo sic: Initium euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in Esaiā propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciē tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate uiam dñi, rectas facite semitas eius. Fuit Iohānes in deserto baptizās & prædicās baptisimū penitentię, &c. In fine quoq; dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero nō crediderit, condemnabitur. Ergo quia tam in principio quā in fine terrorem peccatoribus incutit, recte pro intentione sua terrificam habere faciē leonis intelligitur, cuius rugitus, id est, supremum iudicium nullus impoenitens effugere poterit. Sed & erga discipulos suos ipse dominus plus aliquid de se ueritate magistri apud hunc euangelistam ostēdit. Exempli gratia. Quid, inquit, cogitatis, quia panes non habetis? Non dum cognoscitis neq; intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor uestrum? Oculos habentes non uidetis, & aures habentes, non auditis? Item cum dixisset eis quomodo filius hominis tradet in manus hominū & occidēt eum, & occisus tertio die resurget, at illi, inquit, ignorabant uerbum, & timebant eum interrogare. Qui cum domi essent, interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Et isti quidē quia quatuor prædictas unius animalis facies, id est, quatuor unius Christi sacramenta scribendo quoque intuitu sunt, quandam exinde singuli similitudinem insignium ducere meruerunt. ¶ Alij uero quicumque in ecclesia Christi bene præsent, cuiuslibet earundem facierum, quantum lumcunque similes sunt. Nam ille prudenter in exterioribus administrando, homo est, alius cœlestia sublimiter contemplando, aquila est; alius seueritatem magistri digne exercendo, & uirga disciplinę bene utendo, leo est; alius per spiritum mansuetudinis infirmioribus compatiendo, uitulū est. Qui autem omnium istarum uirtutum participes est, & secundum omnia hæc pro tempore & resemetipsum conformare & aptare potest, ille uerē utilis est in domo dei, & illi cum Apostolo dicitur licet: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. ¶ Hęc animalia plena, inquit, oculis ante & retro. In euangelio Christus lux mundi, quem qui sequitur non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitę, loquitur Iudæis: Et si ego testimonium perhi-

Deut. 32
 Iohan. 5
 Iohan. 5
 Matthæus, ut loquens cum Augustinum
 Math. 1
 Supra 1
 Gene. 49
 Math. 2
 Math. 19
 Math. 22
 Math. 25
 Matth. 10
 Daniel. 7
 Marcus ut leo.
 Marci 1
 Malach. 3
 Esai. 40
 Marci. ult.
 Marci 8
 Marci 9
 Quo prelati ecclesię hinc quatuor animalibus assimilantur.
 1. Cor. 4
 Iohan. 4

Qui hoies habet oculos ante & retro per allegoriam.

Chrs oculus plen' ante & retro. In coceptio ne.

Iohan. 16 In passioe. Isaia 53

Ibidem. In resurrectione.

Psal. 21 Psal. 8 In ascensioe.

Chrsianos oportet esse oculos plenos ante & retro.

Psal. 58

Roma. 8 1. Petri 5 Match. 9 Matheus. Petrus.

Alij sancti oculus pleni.

a. Cor. 10

Sex alas, perfecta ueritas scripturae laetiae.

Sex alas, id est sex opera misericordiae.

Matth. 25

perhibeo de me ipso, uerum est testimoniū meum, quia scio unde uenio & quo uado. Vos autem nescitis, unde uenio, aut quo uado. ¶ Nimirum istud quoque recte poterat dicere illis, & quibusque similibus illorum recte potest dici, uos autem nescitis unde uenistis, aut quo itis. Hoc denique homines infideles animalia caeca atque immunda differunt ab hominibus pijs animalibus luminosis atque mundis, quod illi nec attendere uolunt, isti autem sciunt & diligenter attendunt, unde ueniant aut quo uadant, ac perinde animalia ante & retro oculis plena sunt. Primum de Christo, quod animal & unum est, & quatuor, ut supra iam dictum est, habet facies, id est, quatuor sacramenta principalia, scilicet incarnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem, de quibus uel per quae nobis agnoscendus est. ¶ De Christo, inquam, certum tenet catholica fides, quia per singula horū ante & retro oculis plenus est, quia per singula horum scit unde uenit & quo uadit. Dum de spiritu sancto concipitur ex utero uirginis, scit quia a deo patre exit, & in mundū uenit. Nobis namque retro erat uel est, quia a patre exiit, imò quod in principio erat uerbum, deus apud deum, & inde huc uenit, ante autem, quia in hunc mundum uenit uisibilis apparuit, quia uerbum caro factum habitauit in nobis. ¶ Item dum scit quis ad occisionem ducitur, nihilominus ante & retro oculis plenus est, sciens unde uenit & quo uadit. Scit enim quia natus de utero uirginis, peccatū neque originale contraxit, neque actuale admisit, sicque de spiritu sancto conceptus nouus homo uenit & uadit, ad portandas iniquitates omnium nostrum, prauidens, quia iuxta prophetā, si posuerit pro peccato animam iuam, uidebit semen longeuum, & uoluntas domini in manu eius dirigitur. ¶ Item dum resurgit a mortuis, similiter ante & retro oculis plenus est, sciens, quia de extrema uilitate uenit, ubi minoratus est ab angelis, imò tanquam uermis & homo conculcari potuit, & quia uadit & ascendit, ut gloria & honore coronatus constituitur super opera manuum patris, & omnia pedibus eius subiecta sint. ¶ Item dum ascendit in caelum feliciter oculis ante & retro plenus est, sciens, quia de iudicio iudicatus ab hominibus uenit, & quia ad iudiciū omnes homines iudicaturus uadit. In Christo igitur, quatuor animalia ante & retro oculis plena sunt, quia in singulis eorum dicere potest, scio unde ueni & quo uado, ac perinde testimoniū meū uerum est. ¶ Porro tam eū gelosissimam dicitis, quam cunctis imitatoribus eiusdem Christi magno studio semper cautum est, ut & ipsi pro modulo suo similiter animalia sint ante & retro plena oculis, id est, sciens unde ueniant & quo uadant. Scire namque unde ueniant, multum ualeat illis ad profundē humilitatis custodiam, scire autem quo uadant, proficit illis ad fortitudinem suam legitime custodiendam, iuxta illud Psalmistae: Fortitudinem meam ad te custodiam. Vnde enim ueniunt, & quo uadunt: De nihilo ueniunt, quia de nihilo creati sunt, & hoc oculis retro aspiciunt, uadunt autem ad reuelationem gloriae filiorum dei, & istud oculis ante se prospiciunt. Item de peccatis & uitijs ueniunt, & ad uirtutum uictorias uadunt. Exempli gratia: Matheus de theloneo uenit, ubi illum Iesus fedentem uidit, & scribendo euangelium suae librum generationis Christi, uadit ad thronum istum dare gloriam & honorem, & benedictionem cum animalibus caeteris sedentibus super thronum, uiuentibus in secula seculorum. Retro plenus est oculis, humiliter conscientia recogitans quis uel qualis fuerit, ante plenus est oculis, cum simplici gratiarum actione cognoscens quid acceperit, & qualis factus sit. Sic & caeteri sancti animalia dei sunt, ante & retro plena oculis sunt, sciendo unde uenerint uel unde facti sint, & quo uadant, uel ad quid facti sint, sciendo etiam quales per meritum fuerint, & quales per grauiam facti sint, itemque pernitentiam gerendo de malis praeteritis, cauendo de futuris. ¶ Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas. ¶ In unum Christo primum hoc ita considerandum est, quia singula horum quae praedicta sunt, scilicet siue incarnatio, siue passio, siue resurrectio, siue ascensio, singula, inquam, horum senas habent, quia singula haec in nouo homine plena & uera operata est antiqua diuinitas, uerbi aeterni sempiterna deitas, quae sex diebus condidit omnia. In eo namque & dum incarnatur siue nascitur, & dum patitur, & dum resurgit, in caelum ascendit, uera & perfecta diuinitas inhabitat, & aequae haec cum deo dum resurgit, in caelum ascendit, ut omnem sensum extollentem se aduersus scientiam dei, perfectio scripturae illorum sublimiter euadat, nec teneri aut illaqueari captiosis uanę philosophiæ sermunculis formidat. Neque enim per terram repit, sed perfecta ueritate caelum tenens, terram despicit. ¶ Perfectione eius ueritatis senarius numerus sua nobis perfectione innuit. Hic namque numerus perfectorum numerorum primus est, quia uidelicet primus constat ex suis partibus. Habet enim mediam partem, id est, trias secundam, id est, duos tertiam, id est, unum. Haec autem scilicet tria, duo & unum, sex perficiunt. Sex ergo alas habent singula, id est, perfecta est in singulis salutaris doctrinae ueritas. Sed & caeteros quoque, etiam qui studium siue ministerium doctrinae aut scripturae non habent, ut auolare de angustia, & fugere possint a uentura ira, senas oportet habere alas, id est, sex misericordiae opera, quae is qui sedet super thronum, stantibus a dextris ita enumerat: Esuriui & de distis mihi manducare: Sitiui, & de distis mihi porum: Hospes eram, & collegistis mei: Nudus, & cooperuistis mei: Infirmus fui, & uisitastis mei: In carcere eram, & uenistis

uenistis ad me. Sequitur. ¶ Et in circuitu & intus plena sunt oculis. ¶ Per circuitum actiua, per intus, contemplatiua uita recte intelligitur. Qui enim actiua uita operibus deseruit, per multa circuitu, testate domino cum dicitur Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Qui autem contemplatiuam tenet, meditantem in lege domini, intus est, intus quiescit, intus cum Maria sedet ad pedes dñi. Igitur animalia haec, & in circuitu, & intus plena sunt oculis, quia praedicatorum euangelij siue quique praedati, si legitime praesunt, tam in exteriori actione quam in interna contemplatione cauti sunt & prouidi. ¶ Et requiem non habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. ¶ Ex quo sedes in caelo posita est, & dominus super illam sedet, id est, ex quo destructo peccati regno, regnum iustitiae statutum est per passionem Christi, & in ecclesia sua dñs regnauit, requie, id est, otium non habent haec animalia, ter sanctum dominū conclamantia, qui sanctam trinitatē toto mundo praedicat euangelica doctrina. Huius sanctae trinitatis gloriam uel notitiam, principaliter in Christo, praedican illa saepe dicta quatuor sacramenta principalia, scilicet, incarnatio, passio, resurrectio, & ascensio. Hoc ante non fiebat. Nullus enim nomen hoc praedicatione publica reuelabat. ¶ Primum animal siue prima facies, scilicet, in carnatione Christi, haec beatam trinitatē hoc modo personat: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Altissimus siue deus, pater est qui autem concipitur, filius dei est, & qui ad operandum uel creandum de uirgine filio siue uerbo dei, corpus humanum superuenit atque obumbrat concipienti, spiritus sanctus est. Haec ergo prima facies, id est, incarnatio, ter sanctū personat, sanctam trinitatē praedicat. ¶ Secunda facies, id est, passio, nihilominus eandem trinitatē commendat, sic: Ego, inquit, filius, rogabo patrem, & alium paraclitū dabit uobis. Item: Paraclitus autē spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. ¶ Tertia deinde facies nihilominus hoc ipsum trinitatis nomen asseruit, dicente filio, quia die resurgens apparuit discipulis: Sicut misit me pater & ego mitto uos in mundū. Et cum hoc dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritū sanctum. Et alibi: Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. ¶ Quarta demum facies, scilicet, ascensio honoris praedicat gloriam huius beatae trinitatis, cum iuxta prophetā dicentis: dixit dominus dño meo se de dextris meis, filius ascendit in caelum, & sedet ad dexterā dei patris: hoc praemissum ascendere ret, ego mittam promissum patris mei in uos, & exinde decimo die promissum illud, uidelicet spiritus sanctus aduenit, & apostolorum corda repleuit, simulque & ora eorum ad praedandum lauis aperuit. Ab istis quasi quatuor principalibus formis, quatuor euangelij informati, & illo sancti spiritus igne afflati, qui praedicto die super apostolos uenit, sic praedicauerunt & scripserunt, ut, sicut iam dictum est, alius hominis, alius uituli, alius leonis, alius imitaretur faciem aquilae uolantis. ¶ Atque extunc tam isti qui caeteri praedicatorum euangelij requiem non habuerunt die ac nocte, id est, non cessauerunt in prosperitate, non siluerunt in aduersitate, praedicando sanctae & indiuiduae trinitatis fidem quod est tertio dicere: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus omnipotens. ¶ Quod autem ad dunt, in laudis tam speciose consummatione dicentia haec animalia, qui erat, & qui est, & qui uenturus est, uictoriosa aduersus omnes persequentes gratulatio est. Non enim deerant aut defuturi erant aduersarij, qui minis & terroribus, cunctisque mortium siue poenarū generibus cōpescere niterentur conclamationē huius praedicationis. Sed confidant hi sancti praedicatorum, quia is quem praedican, & erat, & est, & uenturus est: Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: siue, & post haec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem uobis quem timeatis: Timeate eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehēnam. Ita dico uobis hūc timeate. Non ergo uel hi qui occiduntur timeant, uel hi qui occidunt morientibus insultent, quia is quem praedicanus in trinitate deus uerus & unus, & erat priusquam corpus istud fieret, imò & priusquam montes fierent aut formaretur terra, & nunc est, dando confessoribus suis stantibus ante reges & praesides os & sapientiam, cui non possint resistere & contradicere omnes ipsorum aduersarij, & cum fatigati occidendo deserint occidere, uenturus est uti dicet causam occisionis, & tunc capillus de capite ipsorum non peribit. ¶ Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, uiuenti in secula seculorum, procidebant uiginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant uiuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es domine deus noster accipere gloria & honorem & uirtutē, quia tu creasti omnia, & propter uoluntatem tuam erāt & creata sunt. ¶ Diuinae maiestatis omnipotentis atque bonitatis dei admirationē magnifice haec animalia auxerunt, dando gloria & honorem & benedictionē eidem sedenti super thronū, uiuenti in secula seculose. Ecce haec est admiratio illa qua longe ante attonitus in spiritu Psalmista dicebat: Domine dñs noster, quā admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, & continuo quid admirare aperies: quoniam, inquit, eleuata est magnificentia tua super caelos, Quartam

In circuitu actiua, intus contemplatiua est uita. Lucæ 19

Fides sanctae trinitatis.

In incarnatione. Lucæ 1

In passione Iohan. 14 In resurrectione.

Iohan. 20 Match. ult.

In ascensioe Psal. 109

Lucæ ult. Actoꝝ 2

Fiducia martyꝝ contra persecutores.

Matth. 10 Lucæ 12

Psal. 89 Matth. 10

Vox admirationis dei.

Psal. 8

Quarta istorum animalium faciem, scilicet, ascensionem domini hoc uersiculo per anticipacionem declamauit. ¶ Nam postmodum quatuor facies per ordinem breuiter annotauit dicendo, quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitauit eum: Hęc enim est facies prima, facies hominis, scilicet incarnatio uerbi dei, qua caro factus est, & filius hominis, Minuisti eum paulominus ab angelis: Hęc est secunda facies, facies uituli, scilicet, passio eiusdem domini, in qua sic minoratus est ab angelis, ut pateretur & moreretur, cum sancti angeli neq; mortales neq; passibiles sint. Vnde cum anxium duceret agonem, apparuit illi angelus de celo confortans eum, quasi maior minorem, id est, impassibilis patietem, non mortalis mortuem. Gloria & honore coronasti eum: Hęc est facies tertia, facies leonis, scilicet, resurrectio eiusdem domini, in qua propter passionem mortis spoliato inferno uictor coronatus est gloria immortalitatis, & honore incorruptionis. Et constituisti eum super opera manuum tuarum: Hęc est facies quarta, facies aquilę uolantis, scilicet, ascensio eiusdem domini, qua illuc caro ascendit unde carnem susceptura diuinitas descendit, & sedet a dextris dei. His dictis ite rum pro magnitudine rerum repetit in fine admirans & exclamans idipsum quod in exordio dixerat: Domine dominus noster, q̄ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quomodo hęc super omnia opera domini admirationem fecerunt huic priusquam fierent in spiritu preuidenti, sic uniuersę terrę hęc præ cæteris operibus domini dei cum fieret, & ex quo facta sunt, maxime admiranda sunt prædicantibus apostolis, prædicantibus & scribentibus quatuor earundem facierũ animalibus, id est, euāgelistis. Cum, inquit, darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum uiuenti in secula seculorum. ¶ Ei qui sedet super thronum, gloriam dictis gratiosis, honorem uero damus factis officiosis. Glorificamus eum, dum bonitatem eius digne & laudabiliter prædicamus: honorificamus eum, dum corda & corpora nostra sancte uiuendo uasa honoris & habitacula munda sancto eius spiritui præparamus. Verum & sic glorificare & sic honorificare deum, non ex nobis habemus, sed ex dono ipsius, quemadmodũ dicit & Apostolus: habemus thesaurũ istum in uasis fistilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei in nobis, & non ex nobis. Item: Non quoddam sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. ¶ Ad id uero ergo tertium, dare scilicet, benedictionem, id est, gratiarum actionem ei qui nos idoneos fecit, ut ipsum glorificare possimus factis nostris, dicimusq; cum eodem Apostolo in eadem epistola sic: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarũ, & deus totius consolationis, qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. ¶ Sic fecerunt animalia & recipiuntias glorię & honoris habentia, glorificauerunt deum prædicando sapientię & scientię sermone, & ore facundiorum honorificauerunt deum, non suam sed dei uoluntatem faciendo, car nemq; suam pro honore dei cum uitijs & concupiscentijs crucifigendo. Benedixerunt deum, totum quod ad gloriam eius dicere, totum quod ad honorem eius facere poterant, nõ sibi sed illi attribuendo, qui sancto spiritu misso de celo sic docuit eos simplices & idiotas, ut scirent & possent ad gloriam eius loqui, sic animauit eatenus infirmos, ut possent ad honorem eius non solum uiuere, sed etiam mori. Hęc tria illi dederũt sedenti super thronum, uiuenti in secula seculorum, magnam suę inopię refocillationem, magnam exinde haurientes sanctę spei & creationem, quoddam glorificantes, honorificantes atq; benedicentes deum, persecutionem pariuntur & occiduntur, superstitem relinquunt illum sedentem super thronum, qui uiuit in secula seculorũ, quiq; eo ipso quod superstes est & uiuit in secula seculorũ, curare potest post ipsos de mortibus eorum, & requirere sanguinem eorum. ¶ Hęc illis dantibus, procidebant, ait, uinginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant uiuentem in secula seculorum. Summa causa totius, pro qua sedens ille & uiuens à nobis adorari dignatur, gratia & misericordia est, quam in Christo uel per Christum nobis est operatus. Nam adorari pro bonis temporalibus non adeo gratum habet, quomodo adorabat eum carnalis ille Israel, qui in eo quoddam dicebatur illi, & dabo tibi terram fluentem lac & mel, & in cæteris huiusmodi dictis non nisi terrenas intelligebant uel attendebant promissiones. Cæterum sancti & perfecti patres, & Moses, & quotquot erant tales spiritum dei habentes, propter futuram istam Christi gratiam deum adorabant, & iccirco adorando siue sacrificando animalia hęc siue facies istas, de quibus loquimur, sicut iam supra dictum est, figurabant. ¶ Cum ergo darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem, procidebant uinginti quatuor seniores & adorabant, quia uidelicet ubi sacramenta illa sapienter dicta in Christo celebrata, & per euāgelicos præcones mundo prædicata sunt, ex eo iam in nomine eius flecitur omne genu, celestium, terrestrium & infernorum, & inter hęc omnia illi maxime qui pro regno eius laborauerunt, quorum, ut supra iam dictum est, & in ueteri testamento ante regnum Dauid præcipui sunt duodecim iudices Israel, & in nouo testamento iam regnante Christo super sedem Dauid, duo decim apostoli iudicaturi duodecim tribus Israel. ¶ Adorantes autem mittebant, inquit, coronas suas ante thronum, Qui in regno uel pro regno dei laborauerunt, digne in conspectu regnantis & se-

quatuor facies Christi, ex Psal. 8. Hominis. Vituli.

Lucę 22

Leonis.

Aquilę.

pare glorię & honorę deo.

1. Cor. 4

2. Cor. 3

Dare benedictionem. 1. Cor. 1

Quo illa quatuor animalia, hęc tria de derunt. Galat. 3

Pro qua causa rectissime adora tur deus.

Exodi 12 Deut. 6

Adoratio uinginti quatuor seniorũ. Philip. 2

Iudic. 3

Math. 19

Cur mittebant coro-

dentis coronati sunt. Verum isti considerantes, quia non suis meritis, sed gratia præuenientis & subsequenti misericordię, coronas affecti sunt, & perpendentes quia is propter quem & per quem omnia, qui multos filios in gloriã ad duxerat, autor salutis eorum per passionem consummatum est, nonne ipsi suam dignitatem paruifaciunt, & totum quod meruerunt cum humiliter reuerentia illi attribuunt? Mittunt ergo ante thronum coronas suas, id est, quicquid uirtutis, quicquid habent dignitatis, deo cum gratiarum actione offerunt dicentes: Dignus es domine deus noster accipere gloriã & honorem & uirtutem, quia tu creasti omnia, & propter uoluntatem tuam erant & creata sunt. Comparatur dignitas quorumlibet sanctorũ uel iustorũ, comparetur dignitates uel merita seniorũ dignitati uel operi siue merito huius antiqui dierum, dignitates uel merita illorũ quid sunt? Ille enim creauit omnia, & propter uoluntatem eius erant & creata sunt, id est, nullius cõsilio illi merito, sed sola uoluntate eius erant & creata sunt. ¶ Creasti omnia, dixit iterum, erant & creata sunt. Non superflue creationis uerbum repetiuit, sed duas creaturas rationales creationes intelligi uoluit, quarum posterior quidem sed utilior illa est, qua sumus in Christo per spiritũ sanctum recreati, de qua Psalmista: Emittes, inquit, spiritũ tuum, & creabũtur. Prior autem est illa in Genesi: Et creauit deus hominẽ ad imaginem suam, ad imaginẽ dei creauit illum, masculũ & fœminam creauit eos. De ista creatione qua per spiritũ sanctum recreati sumus, de qua dicit & Apostolus: Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quę præparauit deus, ut in illis ambulemus: de ista, inquam, creatione primũ dixit: quia tu creasti omnia, id est, omnes homines, siue omnium creaturarum genera, quemadmodũ & in Apostolo habemus, quia in ipso cõplacuit omnẽ plenitudinem habitare, & per eum reconciliari omnia. Porro de priorẽ creatione addidit, & propter uoluntatem tuam erant & creata sunt. Parũ erat dixisse erant, nisi addidisset, & creata sunt, id est, inuitũ existendi acceperunt propter uoluntatem tuã. ¶ Quis ergo seniorũ istorũ sapientũ tantam dignitatẽ considerans iudicet sese esse dignũ: Sic ab oculis eorũ respectu dignitatis illius omnes suę dignitates disparent, quomodo in præsentia solis super terrã omnes stellę teguntur & non parèt. Tu ergo, inquit, domine deus noster, tu solus dignus es accipere gloriã, honorem & uirtutem. Gloriam uidelicet, quia de nihilo à te creata sunt: honorem, quia propter uoluntatem tuam per generationũ successiones erant, uirtutem, quia per spiritũ tuum seculũ da creatione creata sunt. Ergo non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriã.

nao ante thronum.

Duplex creatio hois.

Psal. 102 Gene. 1

Eph. 2

Coloss. 1

Dignitas dei ad sanctos, sicut sol ad stellas.

Psal. 113

TERTII LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS

TIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO RVM LIBER III.



ET VIDI IN DEXTERA SEDENTIS SVPER THRONUM LIBRUM scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. ¶ Præcedenti uisione laudem uel opus spiritus sapientię spectauimus in dispositione throni eius, nunc in ista quę sequitur, spiritum intellectus prædicamus, siue prædicari intelligimus in apertione libri & solutione septem signaculorum eius. ¶ Et in illa quidem uisione unus est thronus siue sedes, & circa illam septem insignia, scilicet ostium apertum in celo, uox audita tanquam uox tubę loquentis, iris in circuitu sedis, & seniores sedentes super sedilia uinginti quatuor, lampades ardentes ante thronum quę & ipse in numero septem sunt, & in conspectu sedis tanquam mare uitreum, & in medio sedis, & in circuitu eius quatuor animalia plena oculis ante & retro. ¶ In ista uisione præter id quod agnus uidetur habes cornua septẽ & oculos septem, unus est liber & signacula eius septem. Hoc dicimus ut in istis sancti septiformis spiritus reuelationibus, & in cæteris quę sequuntur septenarij numeri sacramenti ualde cõmendari non ignoremus. Et uidi, inquit, in dextera sedentis super thronũ librum. ¶ Vnus iste liber sancta scriptura est, scriptura, inquam, omnis diuinitus inspirata, quę iccirco dicitur & est unus liber, quia uno spiritu est cõscripta & unius uerbi dei thesaurus siue sacrariũ est. Liber iste in Esaiã quoq; & scienti literas & nescienti in reserabilis. Cuius tamẽ etiam illic ita prædicatur apertio: In die illa audient surdi uerba libri, Deo & Ezechiel: Et uidi, inquit, & ecce manus missa ad me in qua erat liber inuolutus, & expandit illum corã me, qui erat scriptus intus & foris, Vbi & hoc quod Iohannes

CAP. V.

In priorẽ uisione VII. insignia.

Liber iste sacra scriptura est. Esaiã 29 Ezech. 2

E tacuit,

Liber i dextera, diuitie & gloria in sinistra.

Melior liber q̄ diuitiæ.

Lucæ 10

Cant. 2

VII. signacula, iunt VII. mysteria Christi.

a. Cor. 3

* Vidi. Antiquorum expectatio super aduētu Christi. Heb. 11

De incarnatione. Eiaie 7. 9

Pal. 2 de passione. Eiaie 59 Pal. 21 De resurrectione. Osee 6

tacuit, quid uidelicet in libro scriptum esset, adiunxit dicens: Et scripte erant in eo lamentationes, & carmen, & uox. Cuncta enim series & ueteris & noui testamenti pœnitentiã pro peccatis agendam, regnum cœlestis quærendum, & flatus infernalis præmonet esse fugiendos. Librum ergo, id est, omnem scripturã, librum magnum & sacrum uidi, inquit, in dextera sedentis supra thronum. Veraciter in dextera, iuxta illud in Deuteronomio: In dextera eius signea lex. Sapientia uero dicit: In sinistra eius diuitiæ & gloria. Ignea lex id ipsum quod hic liber sci licet & omnis scriptura sancta est, ut iam dictum est. Verbum quippe siue eloquium domini est de quo & Psalmista: Ignitum, ait, eloquium tuum uehementer. Attendamus ergo quia sedens iste super thronum, multum potes & ualde diues est, & distans atq; diuersas à dextris atq; à sinistris facultates possidet, à dextris hunc librum, legem igneam: à sinistris diuitias & gloriam. Quanto melior est dextera quàm sinistra, tanto felicius bonum est liber iste siue ignea lex quàm diuitiæ & gloria. Quæ nam sunt diuitiæ hoc loco, & quæ gloria, nisi diuitiæ terre, & mūdāna gloria? Bene ergo in sinistra eius diuitiæ & gloria, quia boni quodlibet huiusmodi di bonum diuitiæ & gloria temporalis tale est, ut non solis detur electis, imò sepius desit, & tardius detur electis quam reprobis. Ignea uero lex, scilicet iste liber, tantummodo electorū bonum & consolatio est, & ista est pars quæ semper permanet, testante domino, cum dicit in euāgelio: Maria optimā partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. Et nōnulli quidē, ut Dauid & Salomon, multum de utraque parte acceperūt, de dextera diuitias & gloriam, quippe qui cum scientia legis dei diuitias quoq; habuerunt & gloriam temporalis regni, & utraq; donauerunt huius sedentis in throno, sed expedit omnianimæ, cui hæc data sunt, ut quod à dextera datum est habeat in iucunditate, quod autem à sinistra, teneat sub se, & moderetur liberali dispensatione, dicatq;: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quod est dicere: Temporalia bona sub me sunt dispositione, pars autem illa quæ illis transeuntibus permanet, pars optima, quæ est uerbum dei, legere uel audire, & intellecta commendare memoriæ, in summa mihi est delectatione. ¶ Scriptum, ait, intus & foris, signatum sigillis septem. Intus & foris scriptus est liber, quia nimirū sancta scriptura & historiali siue literali tenore legenda, & spiritali sensu intelligenda est. ¶ Signatus est quoque sigillis septem, ita uidelicet, ut omnem in se contineat mysteriorum Christi plenitudinem, quæ nisi ille ueniens adimpleset, nemo intelligeret, & tanquam signacula firmissima soluere cupiens, frustra laboraret, quia conuenientia non essent, quæcunq; quasi exponendo dicere content deret. Denique hi quibus Christus non uenit, uel qui Christum non repperunt, nunc usque clausum & signatum uersant librum, imò nec signatum esse uident, quia uelamē positum est supra cor eorum, & quæcunq; quasi exponendo fari gestiunt, conuenientia non sunt. Bene autem dictum est, signatum sigillis septem, quia uidelicet septem sunt Christi mysteria, circa quæ uersatur sancta legalis & prophetica scriptura, scilicet incarnatio, passio, resurrectio, ascensio, datum spiritus sancti paracliti, uocatio gentium, secundus aduentus Christi ad iudicandum, de quibus suis in locis ipso donatē dicemus per singula. Ita quippe istis mysterijs sancta scriptura est signata, ut quicunq; ista non recipit, nullatenus ueritate eius intelligere p̄ se ualeat. Leet * audiuit angelum fortem prædicantem uoce magna: Quis est dignus aperire librum & soluere signacula eius? ¶ Angelus iste fortis ita prædicans uoce magna sanctorum antiquorum anhelam expectationem, magnamq; desiderium significat, de quibus in euāgelio dominus: Multi, inquit, propheta & iusti uoluerunt uidere quæ uos uideatis, & non uiderunt. Et Apostolus ad Hebræos enumeratis patribus, iuxta fidem, inquit, defuncti sunt & manes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes, & confidentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Et infra: Et hi omnes, inquit, testimonio fidei probati inuenti non acceperunt repromissionem, deo pro nobis aliquid melius providente, ut ne sine nobis consummarentur. Nimirum expectatio & illa à longe illorum saluatio atque confessio magnus erat magni desiderij clamor, qualem hic in ista uisione significari decuit, magna uoce angeli fortis fortiter prædicantis. Exempli gratia: Illi de quibus nouissime dixit, omnes testimonio fidei probati non acceperūt repromissiones. ¶ Legebant quod in uno eorum scriptum est de filij dei incarnatione: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Ac deinceps: Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, fortis deus, pater futuræ seculi, princeps pacis. Et in alio de diuina eiusdem natuitate: Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. ¶ Item de eiusdem passione: Vere languores nostros & peccata nostra ipse portauit: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Et in alio: Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos. ¶ Item de eiusdem resurrectione: Venite & reuertamur ad dominū, quia ipse coepit & sanabit nos: percutiet & curabit nos, uiuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuet

& uiuemus in conspectu eius. Et in psalmo: Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi. Et iter: Exurrexi & adhuc sum tecum. ¶ Item de eiusdem ascensione: Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Et iterum: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in uoce tubæ. Et alibi: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. ¶ Item de aduētu uel dato spiritus sancti: Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, dicit dominus, & prophetabunt filij uestri & filia: uestra: Et in alio: Effundam super uos aquam mundã & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri, siue (ut subinde ait) & spiritum meum ponam in medio uestri. ¶ Item de uocatione gentium & abiectione Iudæorum: Vocabo nō plebem meam, plebem meam: & non misericordiam consecutam, misericordiam cōsecutam: Et in alio: Populus quē non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt. ¶ Item de iudicio eiusdem: Dominus ad iudiciū ueniet cum senioribus populi sui. Et alibi: Domine exaltet manus tua & non uideant: uideant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Hæc, inquam, legebant & multa his similia: quia oisere scripturæ plenitudo circa septē hæc uersatur mysteria, & desiderantes atq; suspirantes uidere illorum adimpletionem, dicebant: Quis est dignus aperire librum & soluere signacula eius? Circumspiciebant animo omne semen Israël, uidebant quotidie nascentes & morientes, perpendebant uiuos & commemorabant mortuos, & nullus omnino tantus erat uel talis apparebat, qui solueret hæc septem signacula, id est, in quo uel per quem implerentur tot & tanta hæc mysteria. Hoc est quod sequitur: ¶ Et nemo poterat in cœlo neque in terra, neque subus terram aperire librum, neque respicere illum. ¶ Erant in cœlo angeli, erant in terra uiuentes homines in sti nonnulli, erant subus terram, scilicet apud inferos in quadam tamen requie, patriarchæ & propheta, reges quoque & iusti plurimi mortui, & nemo illorum poterat aut potuerat aperire librum, id est, iam dicta adimplere mysteria scripturarum, neq; respicere illum, id est, nec saltem sperare de semetipso, quod tantum tamq; diuinum posset exequi salutis mundum negotium. Sequitur: ¶ Et ego flebam multum, quia nemo inuenit esse dignus aperire librum, neq; uidere eum. ¶ Parum erat huic beato Iohanni audisse uocem magnam fortis angeli fortiter prædicantis, quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius, qua uoce uel qua prædicatione magnum sanctorum antiquorum desiderium significabatur, nisi & unctio (de qua ipse Iohānes alibi loquitur, & unctio eius docet uos de omnibus) mentem eius inueneret, ut in ipso excessu præ dulcedine rerum quas uiderat fleret, suoq; flentu sanctorum illorum desiderium experiretur quàm flebile fuisset. ¶ Flebam ergo, inquit, multum. Er unus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris: Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius. ¶ Hęc talis dictio unius de senioribus non solum flentem consolatur, uerum etiam uidentem atque uisurum docilem reddit, ut rerum siue imaginum quas uidet cognitor fieri melius possit, præmonitus atque ad memoriam rerum gestarum adductus in ipso excessu uerbis huiusmodi: Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Leonem nominat ei qui pronus agnum uisurus erat. Sequitur enim: Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stātem tanquam occisum. Cur hoc? Videlicet quia is qui per mansuetudinem & patientiam in sua passione dignus erat, & sicut agnus erat coram tondente se obmutescens non aperuit os suum, ipse consummata eadem passione, mox tanquam catulus leonis ad prædam ascendens infernum spoliarat, atq; in sepulchro requiescens & accubans ut leo & quasi læna, ipsam quoque mortem corporis, & in semetipso & in nobis tertio die magno rugitu, magno cum terramotu contriuerat. Sane multo amplius iste leo tunc rugiet, quando ad iudicandum ueniens, tempestate ualida circum tonante, mortuos omnes ac si dormientes, euigilare faciet. Ait ergo: Ecce leo de tribu Iuda, id est, homo talis, qualis iuxta propheticam ueritatem, quam Iacob patriarcha prædixit, nasci de tribu Iuda, uicit fortitudine sua principem aduersæ fortitudinis, rātus ac talis ut dignus fuerit ac fit, aperire librum & soluere septem signacula eius. ¶ Quare autem dixit de tribu Iuda radix Dauid, cum sic dicere potuisset, de tribu Iuda, de stirpe Dauid: Christus enim, ut de tribu Iuda, ita & de semine Dauid est. Cur ergo ut de tribu Iuda nō ita dixit, de stirpe uel de semine Dauid? Videlicet quia tali dictione rem uel causam nō tetigisset, unde leo fit, & unde uincere poterit. Christus nāque unde de tribu Iuda est & ex semine Dauid, non in de deus est, neq; inde mortem uicit aut resurgere potuit, sed inde homo est, & inde tanquam agnus mori uel occidi potuit. Magnificētus ergo dictum est, ut dici debuit, radix Dauid. Magnificum quippe & mirabile est eius esse radicem, de cuius stirpe descendit. Nam si ad carnem respiciamus Christi, sic non est ille radix Dauid * quomodo non radicem uitis portat, sed uitem radicem. Ita que secundum diuinitatem dictum est radix Dauid, quia uidelicet sicut radix uitem aut palmitem, ita patrem suæ carnis Dauid portat Christus secundum suam diuinitatem. ¶ Vnde enim Dauid & tota genz illa in scripturis prophetis uinea domini dici cōfueuit, nisi quia per

Pal. 3. Pal. 118 De ascensione. Pal. 8 Pal. 46 Pal. 109 De aduētu spūs sancti. Iob. 2 Act. 17. 28 Ez. 38 De uocatione gentiū. Osee 1 Osee 2 Roma. 9 Pal. 17 De extreme mo iudicio. Eiaie 3 Eia. 26 I. Iohani 2 Eiaie 53 Leo de tribu Iuda. Gene. 49 Christ⁹ est radix Dauid secundum diuinitatem. * Quoniam. Vinea à uis

ee que xri
stus est.
Esaie 5
Hierc. 2
Iohan 15
Christus &
agnus &
leo est.
Gene. 49
Exod. 12
Infra 19
Habes cor-
nuu septem
& oculos
septem.
Job 12
Tanq occi-
sus.
Roma. 6
Zachc. 12
Deut. 33
Prover. 3
Christus di-
uitiaru con-
cept fut
nobis in ex-
emplum.
Iohan. 6
Threnor. 3
Triplces te-
stes Christi
contra lu-
dicos.
Iohan. 3
Iohan. 9
Math. 26
Esaie 53
Deut. 12
Primi, uni-
uerfa eccle-
sia sanctoru
Secundio-

fidem uenturo inhærebat Christo, qui dicit, ego sum uitis? Denique sicut apostoli palmites, sic David uitis huius est palmes, nec aliquis ueterum aut nouorum aut uineam domini pertine- re potest aut potuit, nisi qui per fidem uiti huic inhæret aut inhæsit. Sequitur: **LEt uidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium & seniorum agrum stantem** tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem. **Vnus idemq; Christus** qui agnus est innocen- ter moriendo, leo quoq; factus est mortem fortiter euincendo. **Vtrumque autem ueteris scri- pturæ autoritate fundatum est:** Nam quem leonem siue carulum leonis Iacob patriarcha præ dixit, eodem per agnum Moses in Aegypto figurauit. Quomodo autem in medio throni stat agnus iste & quatuor animalium & seniorum, nisi quia sicut alibi dicitur, rex regum est, & do- minus dominantium: **Nam potestatem eius & sapientiam qua dominatur & imperat, expri- mit dicendo, habentem cornua septem, & oculos septem.** Septiformis namq; spiritus in Chri- sto uel super Christum requiescens, qui supra septem lampadibus, hic propter eminentiam po- testatis & fortitudinis septem cornibus, & propter illuminationem gratiæ uel sapientiæ se- ptem oculis comparatur. **Vnde loquitur Iob: Apud ipsum est fortitudo & sapientia.** Item: **Apud ipsum est sapientia & fortitudo.** Igitur agnum uidi, inquit, stantem in medio throni, & quatuor animalium & seniorum, id est, Christum sanctum sanctorum regnantem & dominantem in medio omnium sanctorum, cornibus septem & oculis septem, id est, spiritibus septem, quoz omnem in se habet plenitudinem corroboratam & illuminationem omnes, qui per fidem in cir- cuitu eius sunt. **¶ Additur quoq; tanquam occisum.** Quid est tanquam occisum, nisi aliquan- do occisum, nunc autem uiuum? Nam ille quidem resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, ueruntamen signa mortis eius, loca clauoz in manibus eius & pedibus, locus lanceæ in latere eius, quæ suis discipulis post resurrectionem suam ostendit & palpanda præbuit, in memoriam sempiternam referuntur, sibi ad gloriam, nobis ad gra- tiam, inimicis eius ad crudelem conscientiam, ut uideant & confundantur iuxta illud propheti- cum, uidebunt in quem pupugerunt. **LEt uenit & accepit de dextera sedentis in throno li- brum.** Cum, ut supra iam dictum est, in dextera sedentis, ignea sit lex, quæ est iste liber, in sin- istra uero illius diuitiæ & gloria, ualde notandum, quia ueniens Christus in hunc mundum per incarnationis mysterium, nihil diuitiarum aut gloriæ de sinistra, sed tantummodo librum si- ue igneam legem accepit de dextera. Bonum exemplum cunctis præbens discipulis & cre- dentibus in se, nihil diuitiarum aut gloriæ uoluit aut quesuit in hoc mundo, pauper & egenus iste, imò & cum offerretur ei, sicut legimus in euangelio, quia uenturi erant hi quos saturauit de quinque panibus & duobus piscibus, ut raperent eum & facerent regem super se, scis hoc ipse fugit. **Tantummodo meditari in lege domini die ac nocte, tantummodo librum de dextera dignatus est accipere, intendens aperire illum, & soluere septem signacula eius.** Con- sequuntur quidem illum, qui exemplo eius pro posse suo librum hunc accipiunt, labores & aduersitates feculi, sed de isto etiam scriptum est: Saturabitur obprobrijs, id est, obprobria su- stinere pro iustitia dulce illi erit. **LEt cum aperuisset librum, quatuor animalia & uiginti qua- tuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phylas plenas odoramen- torum, quæ sunt orationes sanctorum.** Et cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es do- mine accipere librum, & aperire signacula eius. **¶ Magna res, uehementer summumq; ageba- tur negotium, cum ueniret agnus ille, & accipiens aperiret librum, bonisq; ac legitimis opus erat testibus ad defendendum atq; testificandum, quod ipse dignus esset accipere & aperire librum, id est, in quo deberent impleri scripturæ uel cuncta oracula prophetarum.** **¶ Quis enim illi credidit cum diceret se à deo patre esse missum ad tale ministeriū? Nam e contra petri di Iudæi dixerūt: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum.** Et multa in hunc modum. **Hinc Iohannes Baptista gemebundus clamat: Qui de cælo uenit sur- per omnes est, & quæ uidit & audiuit hoc testatur, & testimonium eius non accepit.** Nemo, in- quit, accepit, imò omnes cõtra steterunt, omnes falsum testem clamauerunt, & tanq magum & ductorẽ interfecerunt. **Exempli gratia: Quia dicenti p̄fici, adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius dei benedicti, ueritatẽ respondit: Et ille uidens quia testi- monium eius nemo accepit, tacuit & sicut agnus corã tendente se obmutuit, & nõ aperuit os suum. Quid multa? Tanq falsum testem occiderūt illum, sicut iam dictum est, & sic maxime aper- uit librum, impleuit oracula scripturaz. Ergo ut uel occiso nõ deesset testimonium, ecce triplex dignitatis eius testificatio sufficiens & abundans secundũ sacræ legis dictũ, quia in ore duoz uel triũ testiũ stat omne uerbum. **¶ Primus hoc loco testis, est uniuersa sanctoru ueterum ac no- uorum ecclesia, quæ hic intelligitur per XXXIII. seniores & IIII. animalia.** Ecclesia namq; una omnium electoz, præ dicat scriptis, præ dicat miraculis, in illo homine Iesu Christo qui cruci fixus est, cõpleta esse oia & dicit: Dignus es dñe accipere librum, & aperire signacula eius, qm̄ occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos deo nro regnũ & sacer dotes, & regnabũt sup terrã. **¶ Secundus testis, ois sanctoru angelo-****

angelorum chorus uel exercitus est, qui incarnandũ annuntiauerunt, natum cum gloria in al- tissimis decantauerunt, tentato in deserto ministrauerunt, agonizantem in passione, ur Lucas testatur, cõfortauerunt, resurgentis gloriã beatissimis mulieribus apparerent. **¶ Prolocuti sunt, ascen- dentis triumphum, & iudicaturi reditũ sanctis apostolis intimauerunt.** Ait ergo: **LEt uidi, & audiui uocem angeloz multorum in circuito throni & animalium & senioru, & erat numerus eorum millia millium uoce magna dicentium: Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtu- tem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem.** Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtu- tem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionẽ. **¶ Tertius testis, omnis creaturæ uniuersitas est, quia omnia per ipsum facta sunt, & hoc est ma- ximum atq; constantissimũ dignitatis eius testimonium, quia sine dubio nemo dignior illo per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Pulchritudo cœli & omnium quæ in eo sunt, pulchritudo terræ & omnium quæ in ea sunt, pulchritudo aquarum & omnium quæ in eis sunt, naturali quodã concẽtu dignitati eius perhibent testimonium, quia, sicut iam dictum est, omnia per ipsum facta sunt, quia uidelicet deus pater ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Hic autẽ est illius dicentis uerbum, illius mandantis mandarum. Ait ergo: **LEt om- nem creaturam quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in ea sunt, omnes audiui dicentes: Sedenti in throno & agno bene dictio, & honor, & gloria, & po- testas in secula seculoz.** **¶ Nunciã diligentiũ & testium dignitatẽ atq; reuerentiã, & testi- moniorum attendamus fidem atq; constantiam.** **¶ Cum, inquit, aperuisset librum, quatuor ani- malia & uiginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas & phya- las plenas odoramẽtoz, quæ sunt orationes sanctoru.** **¶ Ante quam aperuisset agnus librum, ante quam per passionẽ suam adimpleset ueritatem scripturaz, præter paucissimos, præter tres Magos ab Oriente uenientes, & præter illum illuminatũ à natiuitate cæcum, fere nul- lus inuenitur procedendo adorasse agnum, Christum dei filium, sed postquam aperuit, postq; obediẽtiã consummauit, omne genu curuatur cœlestium, terrestrium & infernoz. Nec ue- ro solummodo genu flectitur, sed adoratio plena procedendo perficitur, sicut & in psalmo scri- ptum est: **Coram illo procedunt Aethiopes, & adorabunt eum omnes reges.** **¶ Apostoli quo- que neq; illum adorare, neq; in nomine eius adhuc petere nouerant.** **Vnde & dicebat illis iam instante hora suæ passionis: Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Ac deinceps, illo die in nomine meo petetis.** Ex quo propter quod humiliari semetipsum, factus obediẽs usq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis, deus illum exaltauit, ex eo iam exigitur ut adoremus & procedamus ante eum, & nomine eius petamus, dicẽtes deo patri, da uel præsta hoc uel illud, per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. **¶ Cum ergo aperuisset librum, cum ad- impleset omnia quæ de ipso scripta sunt, quatuor animalia & uiginti quatuor seniores coram agno adorantes ceciderunt, quia sancti omnes noui pariter & ueteres in cœlo & in terra, qui- cumq; adorant patrem, adorant & filium, adorant deum & hominem Iesum Christum, habent singuli citharas, instrumenta uidelicet laudum incessabilium, instrumenta non manufacta, sed pecciora fidelia, & corpora cum plecro linguæ dei personantia laudem. Citharis namq; ubi ligno chordæ tenduntur, corpora propter Christũ mortificata recte comparantur. **¶ Ha- bent etiam phylas, uascula uidelicet ore lato patentia, id est, corda non angusta sed per chari- tatem dilatata.** **¶ Huiusmodi phylæ plenz sunt odoramẽtoz, quæ sunt, inquit, orationes san- ctorum.** **Nimirum & hoc ipsum latitudo oris phylarũ, id est, ampla charitas efficit cordium ut odoramẽtoz nomine honorẽtur orationes sanctoru.** **Vnde est illud in psalmo: Dirigitur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.** **Et in consummatione uirtutis & orationis suæ pius magister dicit: Ego me obtuli sacrificium deo in odorem suauitatis.** **LEt cantabant canti- cum nouum dicẽtes: Dignus es domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos deo nostro regnum & sacer dotes, & regnabunt super terram.** **¶ Adorabãt & citha- rizabant, spirabant odoramẽta orationum, & cantabant canticum nouum, atq; hoc erat & est magnum & ineffabile tripudium.** **¶ Nouum, inquit, cantabant canticum, nam & cantores omnes ipsi noui sunt, omnes ueterem hominẽ deposuerunt, & noua in Christo creatura sunt.** **Tota nimirum cantici materia noua erat, quia nouiter agnus occisus aperuerat librum, & re- demerat eos in sanguine suo, quem admodũ & ipsi cantantes dicũt: Recte ergo nouum dicun- tur cantare canticum.** **Quod est illud canticum? Dignus es domine accipere librum, & aperi- re signacula eius.** **Dominum dicunt agnum, rex enim est regum, & dominus dominantium.** **¶ Cum autẽ iam dictum sit quod aperuisset librum, quomodo nunc dicunt, dignus es accipe- re & aperire librum? Semel enim passus & mortuus est, & hoc modo librum semel aperuit, id est, scripturas impleuit.** **Ergo quod dicunt ei qui iam aperuerat, id est, adimpleuerat, dignus es accipere, idem est ac si dicant, dignus es & potens sensum legentibus aperire et intelligentiã scripturarum dare.** **Nam et hoc et illud unus idemq; pro sua dignitate efficit.** **Moriens scripturas adimpleuit, resurgens spiritum sanctum dedit apostolis, qui ad intelligendas scri-********

mnes ange-
li.
Math. 1
Lucæ 1
Lucæ 2
Math. 4
Lucæ 22
Math. ult.
Actoz 1
Tertiz, ois
creaturæ.
Iohan. 1
Psal. 32 14 #
Ante pass-
onẽ a pau-
cis adorat
est Chris.
Math. 2
Iohan. 9
Philip. 2
Psal. 71
Iohan. 16
Philip. 2
Que sunt ci-
tharæ san-
ctorum.
Phylæ ple-
næ odora-
mẽtoz.
Psal. 140
Ephes. 5
Hebr. 9
Nouũ canti-
cum cantate.
Ephes. 4
Dignus es
aperire li-
brum.

pturas sensum illis aperuit, & signacula libri soluit, id est, soluta & intelligibilia facta esse mysteria scripturarum ostendit. Vnde hæc domine dignitas tibi: Quoniam occisus es, inquit, & redemisti nos deo in sanguine tuo. Nisi occisus fuisses, nequaquam liber aperiri pouisset. Propterea Petro euaginantem gladium, cum mallet homines occidere quam ab hominibus occidi, te verum agnum dei, dixisti: Converte gladium tuum in locum suum. Nō possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plūquam duodecim legiones angelos: Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri. Quoniam ergo occisus es, in eo ipso aperuisti librum, & implesti ueritatē scripturarum. ¶ Occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo. Notandum tale canticum in duobus quæ sequuntur multitudinis angelorum & omnium creaturæ testimonij non esse, quia uidelicet neq; angeli, quippe qui non perierant, neque creatura alia quęcumq; rationalis non est, sed sola hominum ecclesia, quæ hic intelligitur per uiginti quatuor seniores & quatuor animalia, in sanguine Christi redempta est. Propterea isti quidem dicunt, quoniam occisus es, & redemisti nos, angeli autem hoc canticum, dignus est agnus, qui occisus est, & non addunt, & redemisti nos. Porro cæteræ omnes creaturæ quæ in cælo, & quæ super terram, & quæ sub terra, & quæ in mari sunt, nihil horum dicunt, sed tantummodo sedenti super thronum à quo factæ sunt, & agno per quem factæ sunt, suo modo benedicunt. Soli ergo homines sunt qui primi ante angelos & ante omnem creaturam primum in isto cantico perhibent testimonium, dicendo: quoniam occisus es, & redemisti nos. Cui redemisti nos? Deo, inquit. Vnde redemisti nos? Ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Ex magna utique dispersione congregasti nos, ex magna diffensione adunasti nos. Ex hoc nanque homines multum à semetipsis dissentiunt, quod multarum tribuum, dissonantium linguarum, dissimilij populorum, & diuersarū sunt nationum. Porro ex hoc adeo dissentiunt, quod à diabolo capti diuersorum tenentur irriteri laqueis errorum. Sed tu redemisti nos deo ut faceres nos dei filios, ut sicut in euangelio scriptum est, filios dei, qui erant dispersi, congregares in unum. Agnus qui in Aegypto in figuram tui occisus est, ex una tantum gente populum illum in sanguine suo redemit, ita uidelicet, ut sanguis eius de limine sumptus, & in superliminari, & super utrumque postem positus domorum in quibus comedebatur, percussorem nō sineret ingredi & percutere, & occisus Aegyptiorum primogenitis, hi qui prius tenebantur ab eis non solum dimitterentur, sed etiam compellerentur exire, & diuiso mari Rubro, ipsi quidem salui pertransirent, persequentes autem eos Aegyptij cum curribus & equis suis in medijs fluctibus interirent. Taliter tunc agnus ille populum illum redemit, imò tunc dominus dominator agne per illius agni immolationem figuratua redemptione illos redemisti. ¶ Nūc autem tu per temetipsum ita redemisti nos deo in sanguine tuo, ut sanguis tuus, qui pro nobis effusus est, de baptisimi tui sacramento sumptus, signo crucis frontibus nostris imprimatur, itemq; de sacro altari sumptus super utrumq; postem domorum nostrarum ponitur, dum & cordis & corporis ore percipitur. Hoc factio percussor diabolus ingredi nō permittitur, sed primogenitum, id est, originale peccatum in nobis deletur, & omnia quæ contra nos erant actualia peccata, nosq; persequabantur, in aquis baptisimi absorbentur. Ita redemisti nos liberans à malignis spiritibus, & congregans de nationibus, & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. ¶ Illud quoque quod ad hoc redemisti nos, ut faceres deo nostro regnum & sacerdotes, qui eramus serui peccati & demonum sacrificatores, in illa umbra præfiguratum est. Redactos in seruitutem Aegyptiorum, & seruientes dñs eorum, filios Israël ad hoc redemisti, ut faceres deo qualecunq; regnum, & de tribu Levi sacerdotes qualicumque sacrificij, sic incipiens & sic mandans Pharaoni: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi. Factum est tandem in manu forti, & populus ille regnum erat deo, donec malo consilio dicerent ad Samuelem: Nequaquam, sed regem constitue super nos. Item: Constitue super nos regem ut iudicet nos, sicut & uniuersæ habent nationes. Dominus autem ad Samuelem: Non, inquit, te abiecerūt sed me, ne regnē super eos. Ergo & in illa figura sic illos de seruitute Aegyptiorum hominum pariter & deorum redemisti, ut faceres regnum deo, & de illis sacerdotes dicit. Nos secundum illam figuram fecisti in ueritate deo nostro regnum & sacerdotes, ut iam nō simus serui peccati, sed regnū iustitiæ, ut nō regnet peccatū in nostro mortali corpore, imò nec ipsum corpus iam mortale sit, cum mors per gloriam resurrectionis absorpta fuerit. Ecce iam & regnum hic incipit, & sacerdotes sumus dei, nunc sacrificantes hostias salutarem corporis & sanguinis tui, tunc autem & plene regnaturi, & inaccessibiles laudum hostias sacrificaturi. Vere magna largitas redimentis, qui ad hoc redemit seruos peccati, ut non seruos faciat uel habeat, sed regnum & sacerdotes dei. ¶ Consentitur quidem omnes redempti, & uerum dicunt quia sunt serui eius qui eos redemit, sed ipse qui redemit, nō seruos sed & amicos, nō seruientes sed conregnantes facit, & dicit: Quid multa? Conditione sui sunt serui emptij, dignatione illius uocantur, & sunt amici, & filij uocantur, & sunt regnum, & sacerdotes dei. ¶ Et regnabunt, inquit, super terram. Quomodo illi iam dicti de ergastulo Aegyptiorum liberati regna-

Math. 26

Redemisti nos in sanguine tuo.

Iohan. 11 Exodi 12 Augustinus

Redemptio per agnū uerum.

Regnū & sacerdotes.

Exodi 12

1. Reg. 9

Roma. 8 1. Cor. 15

Quod sancti serui sunt & amici.

regnauerunt super illam re promissionis terram, unde Chananaei & Amorrhæi propter sua peccata eieci sunt, ita isti regnabunt super ueram re promissionis terram, super terram uiuentium, unde propter superbiam illi apostatae spiritus eieci sunt. Notandum uero quod de prima persona transierunt ad tertiam cum præmissio, & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, adiungunt, & regnabunt super terram. Religiosa ualde transitio est hæc, declinans etiam in sono uocis uane gloriabantur similitudinem. Et tenim cum ueraciter dicere possent, & regnabimus super terram, magis humiliter dicere placuit, & regnabunt super terram. Itaq; & fecisti nos deo nostro regnum, sic laudatio omnium communiter consentientium, & regnabunt super terram, dictum sit singularium humili se reuerentia de primentiū. Sed nec illud prætereundum est, quod non dictum est, & regnabunt in terra, sed regnabunt super terram. Sancti quippe cōditione in terra sunt, quia spiritus eorum in terreno corpore sunt, sed uita & cōuersatione super terram sunt, & super terram atq; corruptibilia membra sua tenent principatum. Et nunc quidem quā diu corpora mortalia sunt, cum labore & sollicitudine regunt illa, in futuro autem in pace & securitate super illa regnabunt. Et uidi & audiui uocem angelorum multorum, in circuitu throni & animalium & seniorum, & erat numerus eorum milia milium uoce magna dicentium: Dignus est agnus qui occisus est, accipere diuinitatem, uirtutem & sapiētiam, & fortitudinē, & honorem, & gloriam, & benedictionem. ¶ Primus testis, ad quem magis pertinet hoc negotium, scilicet, omnis cœtus electorum hominum, præ dicto modo suum edixerat testimoniū, & inde uidi, ait testis, alterius uocem, & hic erat omnis chorus angelorum stantium in circuitu throni & animalium & seniorum, uidelicet ad magnū spectaculum redemptionis & saluationis hominum. ¶ Numerus eorum infinitus est. Hoc est satis admiratiue prædicat dicendo, & erat numerus eorum milia milium. Denique numerus eorum milia milium, cum non dicatur quot milia, manifeste numerum sonat infinitum. Ita in Daniele cum dicitur, milia milium ministrabant ei, & decies millies centena milia assistebant ei, multus quidem numerus est decies milies centena milia, sed tamen finitus, numerus uero milia milium, finitus nō est. ¶ Ad istorum, scilicet angelorum omnem multitudinem pertinet huic agno perhibere testimonium, quia uidelicet est non per ipsum redemptum, quia non perierant, atq; & per diuinitatem eius cōditi sunt, & per sanguinē eius nobis cōciliati sunt, iuxta illud Apostoli: Quia in ipso cōdita sunt uniuersa in cælo & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et subinde: Quia in ipso cōplacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Et alibi: Vt inorum nobis faceret sacramentū uoluntatis suæ secundū beneplacitū eius quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum. Exponit statim quid sit illud beneplacitum dei, ita subiungendo: Instaurare omnia quæ in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt in ipso. Hoc enim erat beneplacitum dei, uidelicet impleto tempore ordinationis suæ instaurare in fide Christi quæ in cœlis sunt semiplena, id est, numerus angelos qui dimi-nutus erat, & quæ in terris sunt euacuata, scilicet, homines qui perierant. Igitur quia angeli & in ipso conditi, & per sanguinem eius hominibus cōciliati sunt, & ex hominibus numerus eorum suppletur per ipsum, bene in circuitu throni & animalium & seniorum, ecce adsunt ad testificandum, & auditur testimoniū illorum uoce magna, id est, magno affectu dicentium: Dignus est agnus qui occisus est accipere uirtutē, & cætera. Quia angeli sunt qui nō perierūt, & circo non dicunt dignus est agnus qui occisus est, & redemit nos, quomodo paulo ante dixerunt homines, quoniam occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo, sed hoc tantū dicunt, dignus est agnus qui occisus est. ¶ Septem numero insignia testificantes agno ascribunt, uirtutem, diuinitatē, sapiētiam, fortitudinē, honorem, gloriam, benedictionem. Et in isto numero laudum pariter intelligimus uniuersa, quęcumq; sacris cōtinentur scripturis eiusdē agni Christi præconia. Sunt enim & alia multa huiusmodi maiestatis & sublimitatis eius nomina, regnū, imperium, salus, uita, potestas & his similia. ¶ Legebatur hæc sparsim in scripturis. Exempli gratia, in Esaiâ sic: Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis: Et factus est principatus uel per humerū eius, & uocabitur nomē eius admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabit eius imperiū, & regni eius non erit finis. Legebant hæc Iudei, sed indignum iudicabant eum, quem sicut agnum occiderāt. Indignum omnino & ineptum reputabant cunctis nominibus istis, quippe cum ista sint præconia Christi, ipsi autem nolēbāt istum filium, ut putabant Ioseph, filium, ut improperebant, fabri, Christum uellatenus esse uel dici. Decertant e contra testificantes angelis: Agnus iste qui occisus est, hic uermis & non homo, qui conculcatus & crucifixus est, hic filius hominis, filius quidem Mariæ, sed non filius Ioseph, dignus est accipere omnia hæc, dignus est de quo dicantur & prædicentur omnia ista. ¶ Dignus est accipere uirtutē, dignus est esse uel dici rex ille, de quo Psalmista: Domine, inquit, in uirtute tua letabitur rex. ¶ Dignus est accipere diuinitatem, dignus est hoc nomine,

Milia milium, id est, numerus infinitus. Daniclis 7

Propter tres causas angeli cōlaudant agnum. Coloss. 1

Ephe. 1

Septē laudis angeli cōsignia.

Esai 9 Multa nomina in uerba Chro attributa. Iohan. 12 Math. 12 Psal. 11

Psal. 10

Philip. 2 quod est super omne nomē, quod nomē deus est: & hoc accipe de prophetiam dicto, apud quem deus est dictus hoc modo: Et uocabitur nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus. ¶ Di-
 Efaie 9 gnus est accipere sapientiam, dignus est ut is ipse credatur, de quo Hieremias ecce, inquit
 Hiere. 23 dies uenient dicit dominus, & suscitabo Dauid germē iustum, & regnabit rex, & sapiēs erit.
 ¶ Dignus est accipere fortitudinem, ut credatur esse is ipse, de quo ibidem Efaias ubi dixerat
 Psa. 23 & uocabitur nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus: addidit fortis. Et de quo Psa. 135: Do-
 minus, inquit, fortis & potens, dominus potens in praelio. ¶ Dignus est accipere honorem, ut
 Psa. 44 is ipse credatur esse, de quo idem Psa. 135, ex quibus, inquit, delectauerunt te filij regum in
 Psa. 98 honore tuo. Et alibi: Honor regis iudicium diligit. ¶ Dignus est accipere gloriā simul & ho-
 Psa. 8 norem, ut iam dictum est, ut is esse non dubitetur, de quo idem Psa. 135: Gloria & honore
 Psa. 20 coronasti eum, & cōstituisti eum super opera manuum tuarum. Item: Magna est gloria eius
 in salutari tuo, gloriā & magnum decorem impones super eum. ¶ Dignus est accipere bene-
 ne dictionem, ut is esse cognoscatur & credatur, de quo ibidem cōtinuo Psa. 135: Quonia-
 miam dabis eum in benedictionem in seculum seculi. Item ut credatur esse illud semē de quo
 ad Abraham deus locutus est: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et in Dauid: Sit
 Gene. 22 nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso
 Psa. 71 omnes tribus terræ: Item ad ipsum: Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in
 Psa. 44 labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. ¶ Accipiat ergo agnus qui occisus est, & ac-
 Ad qd acci- cipiat ut dignus est, uirtutem, ad eiciendos dæmones de templis uel delubris gentium, & de
 pic oia ista? uirtutem. latebris simulacrorum, ubi colebantur, & ubi dabant responsa fallacia: sua, menti dote deo
 Psa. 68 Diuinitatē. esse, atq; in de proturbet eos dominus uirtutū, iuxta illud in psalmo: Et in uirtute brachij tui
 dispasti inimicos tuos. ¶ Accipiat diuinitatem, ut dignus est, ut expulsis dijs falsis de cordi-
 bus gentium, ipse solus adoretur qui uerus deus est, ut fiat item quod in psalmo scriptum est
 Psa. 46 Regnabit deus super gentes, & ut decantet iam totus orbis, quonia omnes dij gentiū dæmo-
 Psa. 95 nia, dñs autem celos fecit. ¶ Accipiat sapientiā, ut dignus est, quatenus neminem suorum, quis se-
 Sapientia. Coloss. 2 ducere possit per philosophiā & inanem fallaciam secundum traditionē hominū, secundū ele-
 Fortitudi- nem. 1. Cor. 1. Efaie 29. 1. Cor. 1. Job 5. Psa. 44. nentia mundi eligēs, cōfundat fortia: iuxta
 illud qd scriptū est in Job: Perdam sapientiā sapientum, & prudentiā prudentiū reprobabo,
 qd est accipere sapientiā. Fortitudinē autē, iuxta illud in psalmo: Accingere gladio tuo super
 femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere, procede & reg-
 na. Propter ueritatem & māuetudinem & iustitiā, & deducet te mirabiliter dextera tua,
 Sagittæ tuæ acutę, populi sub te cadent in corda inimicorū regis. Ita fiet ut neq; sapientiā phi-
 losophorum oculis agni, neq; fortitudo regum aut imperatorum, cornibus agni qui occisus
 est, obuiare aut resistere possit, quin habeatur deus sapiens & fortis, & audiant & credant in
 eum omnes populi. ¶ Accipiat & honorem, ut dignus est, quatenus corda & corpora quę ma-
 gnorum spirituum & uirtutum omnium fuerant receptacula, sicut ipsius habitacula mun-
 da, & templa uenerabilia, sintq; ut cōtinuo psalmus dicit, sedes tua deus in seculū seculi, sintq;
 ibidem. filię regum delectantes te in honore tuo, id est, ciuitates quas reges seculi construxerunt, si-
 ue ecclesię quę ab apostolis propagatę tanquam filię regum sunt sanctę uiuentes pro hono-
 re tuo. ¶ Accipiat cum honore gloriā, ut dignus est, ut gentes quę bene uiuendo honorant
 Gloriam. eum, etiam bene loquendo glorificent eum, prædicando sanctum sanctorū meliorem angelis,
 excelsiorem cœlis, sedentem ad dexteram maiestatis, atq; ita omnis lingua, ut Apostolus ait,
 Philip. 2 confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. ¶ Accipiat & benedictionē,
 Benedictio- nem. 1. Cor. 15 ut dignus est, benedicant eum omnes sancti eius, non sibi sed illi attribuēdo id quod sunt, gra-
 tias agētes deo patri per ipsum. Et omnem creaturam quę in celo est, & quę super terram,
 Cur alię creaturę ta- cēt de mor- te agni. & quę sub terra, & quę sunt in mari, & quę in ea sunt omnes audiui dicentes: Sedenti in thro-
 no & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. ¶ Creaturę illę,
 quibus Christi passio pacis & glorię contulit commodum, scilicet cœtus uterq; angelorum
 & hominum, eiusdem mortis Christi in sua testificatione titulum posuerūt, isti, scilicet, homi-
 nes dicentes agno, dignus es domine quonia occisus es, & redemisti nos illi, uidelicet ange-
 li, qui redempti non sunt, quia non perierant, dicentes hoc tantum, dignus est agnus qui occi-
 sus est: Porro creaturę cęterę quę in celo, & quę super terram, & quę sub terra, & quę in
 Psa. 148 ea sunt, sol, luna, & stellę, quę quę super cœlos sunt, & cęterę omnes, quas in laudando do-
 minum Psa. 148 excitat, quarum omnium est tertium hoc loco testimonium, ut fiet hoc pro-
 positum de dignitate agni uerbum, neq; de redemptione sui, ut animalia & uiginti quatuor se-
 niores, neq; saltem de occisione agni, ut omnes angeli, ullam faciunt mentionem sed tantum-
 modo dicūt: Sedenti in throno & agno benedictio, & cętera. Neq; enim occisus est agnus ob
 Quō alię creaturę: creaturarum redemptionem, aut ob ullam earum instauratiōem. Tācummodo quia
 creata sunt creatori concinunt, non quidem rationali aut uocali confessione, sed naturalisui
 fitati

status presentatione. Et quia hominum redemptio, atque angelicorum ordinum instauratio, per solius agni occisionem facta est, sola enim filij persona passa est, natura uero uel substantia creaturarum omnium, dicite patre per uerbum, id est, per eundem filium cōdita est, recte & homines & angeli sola in illa iam dicta confessione sua occisionem agni prædicant, iste autē creaturę & sedentē in throno, scilicet patrem, & agnū, id est, filium patris laudant. ¶ Prima in earum laude est benedictio. Cur hoc? uidelicet quia sunt etiam in his quę dā creaturę quę nō solum præcepto eius in natura sunt, sed etiam benedictione eius in suę successione posteritate subsistunt, scilicet omnis creatura uiuens atq; moralis, quam produxerant aquę in specie suas, & omne uolatile secundū genus suum. Scriptū est enim: Et uidit deus qd esset bonū, benedixitq; eis dicens: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesq; multiplicentur super terram. Recte ergo primam benedictionis uocem emittunt ei, per cuius subsistent benedictionē. ¶ Dant deinde & honorē tanq; dño domus magnę, quā cōdidit ipse tāta & tam speciosa tanq; diffusa pulchritudine. Fabricatori quippe domus honor in eadem domo debetur, quemadmodū dicit Apostolus: Ampliori enim glorię iste præ Mose dignus habitus est, quāto ampliorē honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo. Qui autē fabricauit omnia, deus est. Et quidem domus dei sumus nos, sicut subinde idem Apostolus: Christus uero, inquit, tanquam filius in domo sua, quę domus sumus nos, ue- runtam & hęc mundi fabrica nihilominus quę dā domus dei est, quam tanta creaturarum diuersitas tanq; familia eius inhabitat. ¶ Dāt illi & gloriā, uidelicet ut etiam pro tali factura glorie tur & dicat: Ego dominus creans cœlos, & formans terram. Et in Efaia: Quis mēsus est pugillo aquas, & cœlos palma ponderauit: Quis appendit tribus digitis molē terrę, & libra uit in pondere montes, & colles in statera: Et his similia. ¶ Dant ei & potestatem, cum uidelicet cunctis euanescentibus mundi huius potestatibus, solus qui sedet in throno, & agnus potestatem creaturę suę obtineat, quemadmodū Danieli ostensum est uisione clarissima. Et ui- di, inquit, quonia interfecta esset bestia, perisset corpus eius, & traditum esset igni ad cōbu- rendum, aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas, & tempora uitę constituta essent, eis usq; ad tempus & tempus. Aspiciebam ergo in uisu noctis, & ecce cum nubibus cœli filius ho- minis ueniebat, & usq; ad antiquum diuerum peruenit & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus & linguę ipsi seruiunt. Potestas eius potestas æterna quę non auferetur, & regnū eius quod non corrūpetur. ¶ Hęc potestatem dat illi etiam creatura quę est sub terra, scilicet infernali carcere inclusa, uerunta- men non uoluntaria confessione, sed coacta concessione. Nam & ipsi maligni spiritus, uolentes nolentes, sedentis in throno, & agni potestatem confitebuntur. Et quatuor animalia di- cebant: Amen. Amen, uere siue fideliter interpretatur. Amē ergo dicere, est uerum testimo- nium cōfirmare. Dicunt hic & faciunt quatuor animalia, id est, quatuor euāgelia, confirmant quōd agno æque ut sedenti in throno, quōd filio Iesu Christo æque ut patri deo, benedictio- nem, & honorem, & gloriā, & potestatem, suo modo aserat uel testetur omnis creatura. Quartum tamen animal simile aquilę uolanti, quod est hic ipse Iohannes, manifestius hic a- men dicit, scribendo, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et uiginti- quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuentem in secula seculorum. ¶ Finis uel consummatio testimoniorum omnium, adoratio est perseverans in æternum, cuius uidelicet adorationis uiginti quatuor seniores, id est, omnes ecclesię siue ecclesiarum prælati & iudices, sic digne agunt principatum, sicut testificationis exercuerūt magisterium. Et ui- di cum aperuisset agnus unum de septem sigillis, & audiui unum de quatuor animalibus di- cens, tanquam uocem tonitruū: Veni & uide. ¶ Supra compendio dixerat, agnum aperuisse li- brum, nūc uero eiusdem libri apertionem ordine digerit per singulorū sigilloꝝ solutionem. Iam autē & nos supra diximus, septem libri signacula, septē esse (quę clausa in scripturis con- tinebantur) eiusdem agni Iesu Christi mysteria, scilicet eius incarnationem, passionem, resur- rectionem, ascensionem, spiritus sancti effusionem, gentium, derelicta a Iudæa uocationē, iudi- cium ultimum & seculi cōsummationem. ¶ Cum ergo Christus Iesus qui in forma dei erat, se- meipsum exinanuit formam serui accipiens, & in similitudine hominū factus est: tunc utiq; agnus unum de septem sigillis aperuit. Quandā enim partem scripturarum, quatuor omnis in- tentio circa iam dicta uerfatur mysteria, tūc adimpleuit. Exempli gratia: In sole posuit taber- naculum suum, & ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo. Item: Speciosus forma præ fi- lijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Ac deinceps: Dilexisti iustitiā, & odisti iniquita- tem, propterea unxit te deus tuus oleo lætitię: præ confortibus tuis. Et alibi: Homo na- tus est in ea, & ipse fundauit eam altissimum. Et in Efaia: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Hęc & cętera huiusmodi tunc adimpleuit Iesus Chri- stus, quando formam serui accepit, qui erat in forma dei, oportet autem eum qui talium di- ctorum sibi signaculum solui, id est, intelligentiam cupit aperiri, prius habere meritum fidei. Sequitur

laudat deū & agnum,
 Cur primo dant benedictionem
 Gene. 1
 Dant honorem.
 Heb. 3
 Dāt gloriā.
 Efaie 40-45
 Dant potestatem.
 Danielis 7
 Qualis confessio dæmonum.
 Amen dicere.
 CAP. VI. Septē sigilla, septem mysteria Christi.
 Primū sigillum est incarnationis.
 Philip. 2
 Psa. 44
 Psa. 68
 Efaie 7
 Philip. 2

Animal hoc facies hois est, id est, incarnatio.

Equus iste & fessor eius, est ipse Chrs deus & homo.

Christus Samaritanus & iumentum parabolæ.

Esaiæ 52 Equus albus quia de uirgine natus. Psal. 50 Roma. 5 Habebat arcum id est, iudicium extremum.

Iob 40 Iohan. 5

Psal. 20

Iohan. 17

Matth. 4

Heb. 3

Philipp. 3 Secundum si gillum est passio Christi.

Esaiæ 52

Psal. 21

Sequitur ergo et audiui unum de quatuor animalibus dicens, tanquam uocem tonitruum magni. Veni & uide. Nam ueni & uide, hoc est, primum crede, & sic demum intellige. Porro animal hoc unum de quatuor ipsa est facies hominis, id est, incarnatio eiusdem Christi filij dei, Principaliter namque ut superius iam dictum est, quatuor animalia, quatuor maxima sunt Christi sacramenta, quæ nullo Christiano nescire liceat, scilicet, incarnatio, passio, resurrectio, & ascensio; secundarie uero ipsi, qui quatuor scripserunt euangelia. Vnum itaque uel primum ex quatuor animalibus incarnatio Christi est, cuius uidelicet in incarnationis uoces toties audimus, quoties eadem incarnatio nobis in ecclesia prædicatur. Audiatur autem uox tanquam tonitruum, quia uidelicet non sicut probrosa uanitas susurrat in angulis, sed palam omnino mundo prædicari amat plenitudo partus uirginalis, ita ut merito compararetur tonantibus caelis, iuxta illud Davidicum: Coeli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius adnuntiant firmamentum. Et uidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiit uincens ut uinceret. Et uidi, id est, intellexi. Et reuera omnis qui uenit, id est, qui fideliter credit, ipse intelligit incarnationis Christi mysterium sic esse uelut equum, & sedentem super illum intelligit, non hominem tantum, aut deum tantum, sed hominem simul & habitantem in homine deum, hominem deo uel deum homini in unitate personæ coniunctum: Nam quomodo de equum & super eum sedentem hominem, unum equitem dicimus, sic hominem hunc & inhabitantem deum, unum confitemur Christum. Attamen deus huic homini multo coniunctior est, quam equo homo qui illi infidet, quia homo ex equo descendit, ab homine isto deus qui illum assumpsit nunquam descendit. Semel tantum caro mortua in sepulchro iacuit, sed ab anima diuinitas nunquam discessit. Resurrexit caro anima resumpta cum uirtute diuinitatis, & deinceps tam caro quam anima cum uerbo permanet unus Christus in diuinitate. Itaque equum album & eum qui se debet super eum, unum intelligimus Christum, & hunc equum illum esse iumentum de quo in illa parabola de homine qui incidit in latrones sic dictum est: Et appropians uidelicet Samaritanus alligauit uulnera eius infundens oleum & uinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum Samaritanum, illum sedentem super iumentum suum, unum intelligimus deum & hominem Christum. Qui profecto uulneratum hominem super iumentum suum imposuit, quia peccata generis humani ipse in corpore suo pertulit. Et recte hic equus albus dicitur, quia quod certum tenet fides catholica, hic homo de spiritu sancto conceptus, sine peccato de uirgine est natus. Solus iste est qui non in iniquitatibus conceptus est, quem non in peccatis mater sua concepit, in peccatis uidelicet preuaricationis Adæ, in quo omnes peccauerunt, ut Apostolus ait, sed non iste, quem, ut iam dictum est, de spiritu sancto uirgo concepit. Et qui se debet super illum habebat arcum. Arcum habebat, ipse enim est uir sagittarius de quo in Iob contra Behemoth dicitur: Non fugabit eum uir sagittarius, scilicet de perfidorum cordibus, qui nullis futuri iudicij comminationibus ad quiescunt ut conuertantur. Arcus quippe de longinquo fertiens, iudicium significat quod non dum est, sed in extremum differtur diem. Hunc iudicij arcum ille habebat, quia iudicium omne siue potestatem faciendi iudicium pater illi dabat, & ille id facturus, penitentiam prius prædicare, & peccatorum remissionem dare ueniebat. Et data est illi corona. Id est, sancta in duodecim apostolis ecclesia primitiua. Vnde est illud in psalmo: Posuisti in capite eius coronam. Nam in capite eius coronam de lapide pretioso posuisti, hoc est, in initio prædicationis eius chorum apostolorum, qui utique secundum fidem lapides uiui, lapides sunt pretiosi, tu pater illi dedisti. Vnde dicit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Tu erant, & mihi eos dedisti. Et exiit uincens ut uinceret. Exiit uidelicet anno suo incipiente tricesimo baptizatus ad prædicandum, atque in ipso exitu suo uicit tentatorem diabolum. Statim quippe a spiritu sancto ductus in desertum, cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus & postea esuriret, in tribus têtationibus, ut legimus, têtatorum uicit, a quo primus homo tentatus & uictus fuit. Itaque exiit uincens ob hoc ut uinceret, id est, ob hoc tentationes suas uicit, ut nostras in quibus uicti fuimus, tentationes superaret. Vnde & Apostolus: In eo enim in quo passus est ipse têtatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Itaque sic exiit, sic nascendo & uiuendo peccato caruit, & omnia têtamina uicit, ut ad mala nostra uincenda tota properaret intentione charitatis. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens: Veni & uide. Quando Christus Iesus humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, magnum utique sigillum libri agnus aperuit, plurimam quippe partem scripturæ eadem sua passione adimpleuit, & intelligibile fecit. Exempli gratia: Vere læguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Item: Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum. Ac deinceps: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reprobatus est, & ipse multorum peccata tulit, & pro transgressoribus exorauit. Et in psalmo: Foderunt manus meas & pedes meos. Item: Diuiserunt sibi uisimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Hæc & alia quam plurima de prophetis & de psalmis, plurima

rima atque magnifica dicta uel decreta sanctæ ac mysticæ legis, sub hoc secundo sigillo clausa tenebantur, quod tunc agnus iste soluit, quando Christus Iesus agonizans in patibulo crucis ascendit, & spiritu tradito mortuus in sepulchro quieuit. Audiui, inquit, secundum animal dicens, ueni & uide. Secundum animal, id est, facies uultus, ipsa est passio domini, cuius uocem toties audimus, quoties ipsa nobis annuntiat, maxime autem quando baptismum, & quod sacramentum corporis & sanguinis eius celebramus aut percipimus. Quicunque enim baptizati sumus in Christo Iesu, ait Apostolus, in morte ipsius baptizati sumus, & quotiescunque manducamus panem hunc & calicem bibimus, mortem domini annuntiamus. Venimus & uide, id est, credimus & intelligimus. Et exiit alius equus rufus, & qui se debet super eum, datum est ei ut sumeret pacem de terra. Equus rufus ciuitatis diaboli, ciuitatis Babylonie est populus sanguinolentus, & fessor atque agitator eius diabolus est. Apud Zachariam quidem legimus equum domini rufum, sed equus ille non alius est, quam is qui supra uisus est equus albus. Ille namque & propria munditia albus est, & proprio sanguine est rufus, propter quod in Canticis dicitur: Dilectus meus candidus & rubicundus, hic autem sanguine alieno, sanguine sanctorum, quem effudit, rufus est. Hic equus exiit, in iam dicta passione domini, iam dudum rufus omni sanguine iusto, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachie, & tunc exiit ut impleret miferam homicidiorum suorum, iunctis sibi gentilibus & Pontio Pilato ad occidendum dominum. Diabolus enim sedebat super eum. Et datum est ei ut sumeret pacem de terra, ut auferret pacem de subdita sibi generatione terrena, ita ut inuicem interficerent. Hoc illi datum, id est, permittum est suadenti ludæis, quorum utique fessor erat, & quos agitabat, quatenus seditionem Barabban sibi admitti, Iesum uero postulare crucifigi. Hoc namque agendo pacem de terra fumpfit, id est, absumpsit. Nunquam enim ex tunc pax fuit genti illi, iusto uidelicet iudicio, ut qui peremerant principem pacis, seditiones hæc redderent Barabbe, quem sibi petierant dimitti. Et ideo pacem sumere de terra datum est ei. Ut inquit interficerent. Quod quam uerum sit, plenius uidet atque miratur, quisquis illud tam mirabile quam miserabile Hierosolymorum excidium sub Tito & Vespasiano factum legit, cuius uidelicet excidium nos adhuc in solutione sexti sigilli meminisse oportebit. Et datum est ei gladius magnus. Gladius magnus, magna & longa persecutio intelligitur, quem uidelicet persecutionis gladium & eques ille malignus a Christo usque ad nouissimos electos eius tanquam a capite magni corporis usque ad pedes eius ducere permittitur. Verum de hoc plenius suo loco dicendum erit, ubi de sanguine sanctorum ebria demonstratur Babylon meretrix. Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni & uide. Quia die resurrexit Christus Iesus a mortuis, & stans in medio discipulorum suorum dixit eis, pax uobis, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: nimirum agnus tertium libri sigillum aperuit, quia magna scripturarum præconia quæ de ipso erant adimpleuit. Exempli gratia: Catulus leonis Iuda, ad prædam filij mi ascendisti. Requiescens accubisti urleo, & quasi læana. Quis fulcitabit eum? Et illud in Osee: Ero mors tua & mors, morsus tuus ero inferne. Et in psalmo: Iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. Item: Exurrexi & adhuc sum tecum. Hæc & his similia dum adimpleuit & intelligibilia fecit Christus resurgendo ex mortuis, tunc, ut iam dictum est, agnus tertium sigillum aperuit. Porro tertium animal, siue unius animalis tertia facies, ipsa resurrectio est, cuius uocem toties audimus, dicentis: ueni & uide, quoties eiusdem resurrectionis gloria prædicatur nobis ore gratulantis ecclesie. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum habebat frateram in manu sua. Equus niger, falsorum fratrum caterua est, quales prior dominus contribules suos Iudæos perpeffus est, unum se patrem habere deum gloriantes. Equus iste niger cum fessore suo diabolo tunc apparuit, frateram habens in manu sua, quando primum hæc ipsa resurrectio Iesu Christi falsis fratribus illis est nuntiata. Sic enim Matthæus narrat: Ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est uerbum istud apud Iudæos usque in hodiernum diem. Itaque qui supra nigrum sedebat & equum, frateram habebat in manu sua, quia diabolus mendax, falsos & mendaces agitans, egit uti ad negandam & dissimulandam Christi resurrectionem, mendacium compararent appensa pecunia. Non tunc data est illi statera, sed habebat, inquit, frateram in manu sua, iam enim similiter fecerat, quando Iudas falsos fratrum unum uel notissimum, pecuniam ab eis ob traditionem sanguinis innocetis, scilicet triginta argenteos accepit. Vnde & dicitur huic: Libris tritici denario, & tres bilibres ordei denario, & uinum & oleum ne læferis. Computemus libras quantæ contingant triginta argenteis siue denarijs, uidelicet ita ut octo libræ binis semper suppetentur denarijs

Secundum animal, facies uultus, est passio Christi. Roma 6 1. Cor. 11

Equus rufus diaboli. Zacha. 1 Equus rufus Chrs Cant. 5

Matth. 23 Ut sumeret pacem de terra. Matth. 27

Gladius magnus longa persecutio.

Tertium sigillum, resurrectio Christi. Iohan. 20

Gen. 49 Osee 13 Psal. 67 Psal. 138

Equus niger, falsi fratres. Matth. 28

Statera in manu diaboli.

Centum uiginti argenteis

superfites Christo re- surgenti. Actoꝝ 1
Ex tritico & ordeo lib- ræ centii uiginti.
Iohan. 12
Vinii & ole um dona- tibus sancti. Iohan. 20
Actoꝝ 2
Matth. 28
Quartu sig- illu ascen- sio Christi. Marci ult.
Actoꝝ 1
Pfal. 46
Actoꝝ 1
Pfal. 109
Pfal. 67
Iohan. 3
Contra Ar- rianoꝝ.
Equus pal- lidus hæ- ticoꝝ est inuidia. Psal. 111
Quo deꝝ ex- altauit chri- stus et dedit ei nomen. Philipp. 2

rijs iuxta presentem traditionē qua dicitur, bilibris tritici denario, & tres bilibras ordei dena- rio, & sunt in simul libræ centum uiginti. Tot autem erant in initio credentes, quos ille uen- ditione sua redemptos, Christus in hoc mundo superfites reliquit, sicut in Actibus Apo- stolorum Lucas dicit. Erat autem turba hominum simul fere ceterum uiginti. Dicitur ergo huic stateram in manu sua habentibus bilibris tritici denario, & tres bilibras ordei denario, & uinum & oleumne læteris. Quod est dicere: Et si multitudinem Iudæorum infidelium lædis, diuulga- to mendacio, quod pecunia copiosa coemisti, ne tamē usquequaq; glorieris, quia nequaꝝ eos, qui ad me pertinent, lædere cōceditur tibi, quos uenditus ego redemi, quoz; licet nūc nume- rus paruus sit, omnes tamen idem numerus significat, qui per uerbum eoz; sunt credituri fi- demq; habituri sanctæ trinitatis. ¶ Nam iuxta præfatum numerum triginta argenteoz;, cum bilibris tritici denario, & tres bilibras ordei uenunt denario, sunt simul tritici libræ trigin- ta, ordei uero libræ ter triginta, id est, nonaginta, & in omnibus his numerus ternarius fidē san- ctæ trinitatis exprimens, late coruscet. Simul uero triginta & nonaginta centum uiginti faci- unt, qui numerus, ut iam dictum est, initio credentium fuit. Et imparis quidem meriti fuerūt, quemadmodum triticum & ordeum in cōmodis agricolę non eiusdem momenti sunt, uerum- tamē omnes de uno grano frumenti, quod cecidit in terram & mortuum fuit fructificando succreuerunt, & eandem, ut iam dictū est, trinitatis fidem tenuerunt & prædicauerunt. Quic- quid fiat, quicquid facias de fratribus illis pro sua falsitate nigris, istos lædere, istos in errorem uel mendaciū abducere non conceditur tibi. ¶ Vinum quoq; & oleum ut lædere possis, non tibi conceditur. Quod uinum & quod oleum? Profecto geminū sancti spiritus datum. Pri- mum quippe sancti spiritus datum recte dicitur oleum, quia sic primum datus est, ut esset re- missio peccatoꝝ, dicere ipso qui dedit ipsa die qua resurrexit ad mortuos: Accipite spiritum san- ctum, quorum remisistis peccata remittuntur eis. Secundū uero datum recte dicitur uinum, quia nimirum secundo sic datus est spiritus sanctus, ut esset fortitudo credentium, ut creden- tes faceret uerbosus & constantes ad prædicandū, ita ut dicent aliqui, quia multi pleni sunt isti. Igitur & niger agitator equi nigri, qui stateram in manu baiulas, negotiare quātum uis, & appensa pecunia copiosa effice ut publice dicatur, quia discipuli eius nocte uenerunt, & fur- ti sunt eum nobis dormientibus, dummodo efficere non possis quin in ueritate permaneat isti centum uiginti, geminū accipientes donum spiritus sancti, unde fiat ut nō euacuetur pro- positum dei, ut nō obscuretur, uel abscondatur gloria resurgētis Christi. L. Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui uocē quarti animalis dicentis: Veni & uide. Quando Christus assū- ptus apostolis ascendit in cœlum & sedet ad dextris dei, ut Marcus ait, & sicut Lucas quoque testatur, uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, tunc utiq; qua- tum libri sigillum agnus aperuit, partem enim scripturarum, quibus istud sacramentū qua- rum cōtinebatur, adimpleuit. Exempli gratia: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in uo- ce tubæ. In iubilatione uidelicet eorumdem apostolorum, quibus uidentibus eleuatus est, nam ipsi adorantes, inquit Lucas, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: in uoce autē tubæ, id est, cum testificatione pronuntiationis angelicæ qua dictum est, sic ueniet, subauditur, ad iudicandum, quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Item: Dixit dominus domi- no meo sede ad dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: Et alibi: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatē, siue, ut alia editio habet, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Hæc & his similia dum adimpleuit, dum idem, qui descendit a se super, omnes cœlos ascendit, tūc, ut iam dictum est, quartum libri sigillum agnus aperuit. ¶ Sed ad- uersus hunc sedentem ad illam dexteram maiestatis in excelsis, scilicet inuidia diaboli per hæ- reticorum blasphemantium ora rabida, derogans in cœlo regnanti, cui per linguas manusq; Iudæorum atq; gentilium, contumelias irrogauerat in toto patienti. Auditur uox quarti ani- malis dicentis, ueni & uide. Illi autē nolunt uenire & uidere, sed e contra stare & inuidere. To- ties namq; hoc animal auditur, quoties eadem ascensio Christi siue cōfessio eius ad dexteram patris ore cōfidentis ecclesiæ prædicatur. Sed inuidet hæreticus Arrius dicēs, quia minor est patre filius. Sequitur ergo: Et ecce equus pallidus, & qui sedebat desuper nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. ¶ Demiq; pallidus equus hæreticoꝝ est furor liuidus & inuidus, quorum infania tanta est, ut eos audiens recte pro Christo glorificato illud sapientis dicas, glo- riam semper sequitur inuidia. Vident quidem, sed inuidēt, iuxta illud, peccator uidebit & ira- scetur. Vident quia qui sedet ad dexteram patris, filius dei dicitur, & est deus, eidem patri cō- qualis & cōsempiternus. Legunt enim & audiunt scripturas quibus hoc adstruitur, & dice- re non audent quia mentiantur. ¶ Aequalitati tamen derogant, quia deum fateantur. Quare: Quia quoddam deus est, inquit, hoc ei pater donauit, quemadmodum Apostolus dicit: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomi- ne Iesu omne genu flectatur, & cætera. Non quærunt cui donauerit, utrum homini an deo. Quando enim donauerit, euidēt apparet: Humilitauit semetipsum, inquit, usq; ad mortem, mortem

mortem autem crucis. Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, quia factus est obediēs usq; ad mortem, mortem autem crucis. Nunquid antequam hoc fieret, non erat altus dei filius, dei uerbum, deus apud deum, sed postea quam propter hoc factus est, quia factus est obediēs usq; ad mortē crucis, tunc cepit altus esse dei filius unicus dei deus, tunc cepit habere nomen quod est super omne nomen: Quis hoc infipientissimus dicere: Hoc illi ergo donatum est, ut homini, secundum quem filius factus est obediēs usq; ad mortem crucis, quod iam habebat idem ipse dei filius deus, deo natus & qua- lis. Verum de his à catholicis patribus contra illum pallidum diaboli equum sufficienter di- sputatum est. ¶ Recte ergo de equo illo dicitur: Et qui sedebat desuper nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. ¶ Quia uidelicet inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, Ipse quoq; diabolus & ministri eius, mors et infernus dicti sunt, eo quod multis mor- tis causa & infernorum sint. Potest & simpliciter accipi, quod hic spiritualiter mortuos, ibi pœ- na sequatur æterna. L. Et data est ei potestas super quatuor partes terræ interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terrę. ¶ Ecce Arrii uesania de Alexandria nascēs, ad Gallici usq; perue- nit Oceanum, non fame tantum uerbi dei, sed & gladio corporali bestialiter pios insequens, ¶ Amplius autem ad sensum & hoc proficit, ut quatuor partes terræ ipsas intelligamus, quas & hic præfens scriptura numerat, dicendo interficere gladio, fame, morte, & bestiis terrę, & in propheta Ezechiele sua quatuor iudicia pessima dominus ipse nuncupat. Quod & si qua- tuor, inquit, iudicia mea pessima, gladium & famem, & bestias malas, & pestilentiam, misero in Hierusalem, ut interficiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio & educen- tium filios & filias. ¶ Istę sunt namq; partes terræ, id est, portiones mentis terrenæ. Solet enim pars pro portione poni usu sacrę scripturę, aliās singulariter, aliās uero pluraliter. Singulari- ter, ut illic ignis, sulphur, spiritus procellarū, pars calicis eorum, pluraliter uero, ut illic tradē- tur in manus gladij, partes uulpiū erūt. Itaq; super quatuor partes terrę, id est, super quatuor iudicia illa pessima, quæ sunt portiones sue retributionis mentis terrenę, data est huic equo pallido, id est, furori hæretico potestas, ut gladio, fame, morte, & bestiis terrę interficiat. ¶ No- tandum uero quod de quatuor iudicijs istis pessimis, unum tantummodo hic nomine cōmuta- tum est, scilicet pestilentia, pro quo nomine speciali generale nomen quod est mors positum est. Et recte, quia uidelicet furor humanus eō nunq; pertinger, ut super pestilentia, id est, crean- di pestilentia potestatem habeat, quomodo dñs deus cuius in persona dicit propheta: Ego do- minus faciēs pacem & creans malū, id est, afflictionē, cuius quatuor partes sunt ista quatuor iudicia pessima, gladius, fames, pestilentia & male bestię. Sed nec famem creandi potestatis ha- bet, nisi q; panem auferendo fame quempiam necare potest. Quod cum facit, nihilominus ta- men uerum est quod scriptura dicit, non interficiet dominus fame animam iusti. Aliud namq; est quod persecutor conclusio iusti panem subtrahit, quod sepe factum est: aliud, quod iusto bene seruiti, uerbi gratia, bene euangelizati panis deest, eumq; interficit fames, deo nusquā porrigente unde reficiatur, quod nunquam accidisse scriptura ulla refert. Nihilominus ma- las bestias creare furor hæreticus non potest, sed tantum bestiis obijcere, atque ita interficere fidelis animæ corpus potest. Gladium materiale uel quodcunq; instrumentum mortis fer- reum formare, & in eo interficere potest, ipsam autem materiam creare non potest. Sola ex il- lis quatuor pestilentia est, quam solus deus & creare, & in ea interficere potest, atque sic recte pro pestilentia nomen, ut iam dictum est, generale scilicet mors, hic positum est, multos continens uel significans mortium modos, quicunque esse uel excogitari possunt, præter gla- dij, famis, & malarum bestiiarum mortes. L. Et cum aperuisset sigillum quintum, uidi subtus al- tare animas interfectorum propter uerbum dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant uoce magna, dicentes: Vsq; quo domine, sanctus, & uerus, non iudicas & uindi- cas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra. ¶ Quando is qui ascendens in altum, cap- tiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, mittendo apostolis spiritum sanctum, spi- ritum ueritatis, qui illos induceret in omnem ueritatem, tunc profecto agnus quintum libri si- gillum aperuit. Quædam enim non parua scripturaz; præconia quæ de ipso erant, tūc adim- pleuit. Exempli gratia: Et erit in die illa, dicit dñs, effundā super domū Dauid, & super habita- tores Hierusalem spiritū gratiæ & precum. Item: Erat post hæc, effundam de spiritu meo su- per omnē carnem, & prophetabunt filij uestri, & filij uestri: Senes uestri somnia somniabūt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt, & cætera. Hoz; namq; & similia doctoꝝ eatenus clauum mysterium, ita tunc apertum est, ut Petrus diceret: Viri Iudęi & qui habitatis Hierusalem uni- uersi, hoc uobis notū sit, & auribus percipite uerba mea, Non enim, sicut uos æstimatis, hic bñj sunt, cum sit hora diei tertia, sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel: Erat in no- uissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & cætera usq; ad id quod ait, & erit omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. ¶ Aperto autem sigil- lo hoc, uidi, inquit, subtus altare animas interfectorum propter uerbum dei, & propter testi- monium

Diaboli & hæretici di- ci possunt mors & in- fernus. Sapient. 2
quatuor iu- dicia dei pessima. Ezech. 14
Pars aliqua do p por- tionē. Psal. 10 Psal. 62
Mors hic p pestilentia ponitur.
Esaia 45
Prouerb. 16
Quintu sig- illu, mis- sio spiritus sancti.
Zacha. 12
Iohel. 2
Actoꝝ 2
Animæ in- terfectoꝝ

martyrum clamantes pro uindicta.

Matth. 23

Subtrus. Cur clamant subtrus alta te.

Gene. 4

Iudægens terrena.

Iohan. 11 Psal. 34

Gene. 4 Iudæi nunc uagi & profugi in terra, ut Cain olim.

Psal. 58 Comemoratione

Flagelli de funiculis.

Iohan. 23 Matth. 23 Questio de Zacharia duplici.

4. Reg. 21 a. Paral. 23

Matth. 27 Matth. 23 Iacobus frater domini

monium quod habebant, & clamabant uoce magna, dicentes: Vique quo domine sanctus & uerus, non iudicas & uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Anima istæ siue interfecti isti iudicium & uindictam repositas sanguinis sui, omnes illi sunt quos occiderunt homicidæ & sectatores Cain, quos clamantes oportebat exaudiri sicut prædixerat dñs pessimæ generationi illi. Ecce, inquit, ego mittā ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidētis et crucifigetis, & ex illis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terrā, a sanguine Abel iusti usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Omnes istas animas, omnes istos interfectos uidi, inquit, clamantes, scilicet ut uenirent hæc omnia super generationem istam. Quare? Quia uidelicet implebant mensuram patrum suorum, prophetas illos, sapientes illos & scribas, quos illo die spiritus sanctus impleuerat, occidendo, crucifigendo, flagellando in synagogis suis, & persequendo de ciuitate in ciuitatem. ¶ Quare autem sub altare dei clamare uel interfecti esse uidentur? Videlicet quia primus eorum Abel propter sacrificiū deo placitum ab inuidente fratre occisus est, & omnes qui a sanguine illius iusti usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ quem occiderunt inter templū & altare interfecti sunt, propter eandem fidem siue uerbum atq; testimoniū passi sunt, & ita sub testamento dei tanq; sub ara reconditi clamant uoce magna, sicut de illo primo dictum est: Ecce uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Magna autē uox fuit magnus clamor, magnum est desiderium eorū quæ dominum facere uelle norunt. Nec em̄ fas est credere, animas illas cōtra dei nutum quicq; cupere, cum eorū desideria ex ipso p̄deant uoluntate. Clamantes ergo & iudicium & uindictā requirentes, recte, ut fieri solet, in cunctis solennibus orationibus siue postulationibus à laude incipiunt, appellando sanctū & uerum. Et pulchre nimis compellatur nominibus istis, ut per ipsa cōmouetur, quia debitor est sanctus in suis factis, de factis aliorū facere ueritatē iudicij. ¶ Dicendo autē de his qui habitant in terra, grauitate Iudæi criminis exprimit summam. Iudæi namq; quia totū habitabant in terra, quia terræ inhærebant, quia celestia nō quærentes tantummodo terrena depresso animis in tuebantur & cupiebant, iccirco sanctos istos interfecerunt propter uerbum dei, & propter testimoniū quod celesti regno dei perhibebant, non probantes, imō redarguentes illorum cupiditate terrenam. Ipsum quoq; domini propter eiuſdem terræ habitationis causam factam interfecerunt. Dixerunt em̄: Si dimittimus eum sic, uenient Romani & tollent nostrum & locum & gentē. Vnde de culpans eos spiritus sanctus per Psalmistā, & in iracundia, inquit, terræ loquētes, dolos cogitabant. ¶ Taliū pater atq; exemplū fuit ille Cain, qui primus sanguinē iustum fudit, primusq; ciuitatē ædificans atq; dedicans ex nomine filij sui, uagus à deo & profugus habitabat in terra. Quod em̄ iudicium uel qualis est uindicta, quam istæ animæ magna uoce clamantes exposcere uisæ sunt, nisi ut secundū exemplū illius Cain, Iudæi à facie dei eiecti atq; absconditi, uagi & profugi, sicut patet hodie, essent super terrā? Dixerat em̄ ipse Christus in Psalmos Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos ne quādo oblitiscantur populi mei. Sed quid? Disperge illos in uirtute tua, inquit. Valer enim populus ad retinendam memoriam per omnes gentes dispersi sunt. Hoc itaq; uoce magna clamabant ad illum iudicem siue uindictam sanctū & uerum, ut eos de terra & ciuitate illa iam eieceret & cadere in ore gladij atq; capitiuos duci faceret in omnes gentes. ¶ Sicut tunc illis ipse terribili præfigurauit signo, quando fecit quasi flagellum de funiculis, & omnes eiecit de templo, dicens illis post hæc inter terræ & cetera te linquetur uobis domus uestra deserta. Longum quippe de funiculis flagellū, longum significauit, quo cōstricti erant, funiculum peccatorū, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ, inquit, filij Barachiæ, quem occidistis inter templū & altare. ¶ De quo cum fuerit filius Ioiadæ, queritur, quare Barachiæ dicitur filius & nō Ioiadæ. Barachiæ, in lingua nostra benedictus dñi dicitur, & sacerdotis Ioiadæ iustitia Hebræo nomine demonstrat. ¶ Sed iterum queritur, cur usq; ad illum Zachariam uel illius Zachariæ sanguinem dixerit aut dicere debuisset? Sanguis namq; illius Zachariæ nō finis, sed fere principij fuit sanguinis iusti, quæ illa Hierusalem fudit, uel qui in ea uel in circuitu eius fusus est. Illum Zachariam lapidauerūt ad imperium regis Iosias, ceteros autē non paucos deinde reges & principes Iudæ interfecerunt, præcipue Manasses, de quo scriptura refert, quia suum quoq; filium traduxit per ignem, & sanguinē innoxium fudit multū nimis, donec impleat Hierusalē usq; ad os. Verum ut de illis & sequentibus taceam, & ad euangelica tempora, quando hæc dicebantur, perueniā, sanguis sanctorum innocentum, sanguis sancti Iohannis Baptistæ, sanguis ipſius domini, de quo dixerunt, sanguis eius super nos & super filios nostros, sanguis istorum prophetarum, & sapientum, & scribarum, & ex illis occidētis & crucifigetis, & cetera: nōne maxime debuerat uenire super eos? ¶ Cōsideremus ergo quod ait usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ quem occidistis inter templum

plum & altare, ne forte euāgelica prophetia sit de Iacobo iusto fratre ipſius domini. Nam præter nomen Zachariæ cætera cuncta cōueniunt huic. Potest autē propter similitudinē causæ uel mortis suę rectissime Zacharias dici, quomodo item propter similitudinē causę idem dñs noster Iohannē Baptistam Heliam nuncupauit. Hoc admissio, nihil est quod repugnet, nam & filius Barachiæ uicinius dicitur iste q̄ ille, qui fuit filius Ioiadæ. ¶ Barachias namq; benedictus domini interpretatur. Iste autē & huius Iacobi & ceterorū apostolorum pater Christus dñs in hoc eodem euāgelij loco benedictus domini sese nuncupari uoluit, dicens eis: Dico em̄ uobis, non me uidebitis amodo donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini. Hoc sine dubio nō sine autoritate scripturę uult aut uoluit, de qua & paulo ante pueri asumpserant, ut dicerent: O sanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Verus namq; est psalmi ceterisimile primidicim. ¶ Et uide quanta secundū locum quoq; similitudo mortis, & illius quem primū ex prophetis illa ciuitas occidit, & huius post quem nullum eidem ciuitati occiderit licuit, ut merito uterq; uno Zachariæ nomine cōsignificati, debeant intelligi. De illo sic est scriptū: Spiritus itaq; dñi induit Zachariā filium Ioiadæ sacerdotē, & stetit in cōspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit dñs: Quare transgredimini præceptū domini, quod uobis nō proderit, sed dereliquistis dominū ut derelinquat uos? Qui cōgregati aduersus eum miserunt la pedes iuxta regis imperiū in atrijs domus dñi. ¶ De isto autē ita refert Iosephus: Ananus, inquit, pontifex adoleſcēs Anani filius de genere sacerdotali, accepta occasione conciliū cōgregauit, & cōpellens publice Iacobum ut Christū dei filium denegaret, contradicentē lapidari iussit. Qui cum præcipitatus de pinna templi cōfractis cruribus adhuc semianimis tollēs manus ad cœlū diceret, dñe ignosce eis, quod em̄ faciunt nesciunt, suillonis fuste quo uida uestimēta extorqueri solent in cerebro percussus interiit. Tradit idem Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse & celebritatis in populo, ut propter eius necem creditū sit subuersam Hierosolymā. ¶ Sufficiens ergo similitudo est, ut recte sic iste dicatur Zacharias, quomodo Iohannes dicitur Helias: Vterq; etiam secundū nomen Zachariæ, quod in interpretatur memor domini, in ipſo mortis articulo memor fuit domini, nisi quod ille secundū austeritatem legis cum moreretur ait, uideat deus & requirat, iste autē secundum dulcedinem euāgelij: dñe, inquit, ignosce eis, quod enim faciunt uolentes illorum cupiditate terrenam, uidelicet pro ratione uel qualitate utriusq; temporis legalis & euāgelici. Quod si cui forte hæc displicent, dicat ipse si potest, cum in diuersis diuersa legantur, ut beatus Hieronymus ait, quis Zacharias ille sit, cuius & pater proprie Barachias dicitur fuisse, & ipse inter templum & altare occisus sit, & in eo sanguis iustus, qui super Iudæos uenit terminari debuerit. Nos iam sequentia uideamus. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleantur consuetudines eorum, & fratres eorum qui interficienti sunt sicut & illi. ¶ Stolæ interfectis illis siue animabus interfectorum, quia indigebant, datæ sunt nudi quippe fuerant, nuditate quam omnibus posteris suis primi parētes nostri reliquerant, de quibus scriptum est: Cumq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizoniata. ¶ Sed nunquid uerbum dei & testimonium quod habebant, propter quod & interfecti fuerant, stola illis siue amictus non erat? Si uerbum, aut nomen siue cultus dei, uestis aut stola animæ non esset, nequaquam scriptura diceret: Videns ergo Moses populum quod nudatus esset, spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam fordis, & inter hostes nudum constituerat. Cum ergo cultus dei, uerbum dei, stola sit animæ, iste autem animæ propter uerbum dei & propter testimonium quod habebant fuerint passæ, quid est, quod quasi adhuc nudæ essent, datæ dicuntur eis singulæ stolæ albæ. ¶ Sed notandum qd non dictum sit tantummodo, datæ sunt illis stolæ, sed stolæ albæ: Nam stolæ quidem habebant, id est, illam propter quam interfecti fuerant uerbi dei siue testimonij iustitiam, sed illæ stolæ nondum albæ erant. Nisi lauarentur in sanguine Christi, candidæ esse non poterant. ¶ Testatur unus ex illis Esaias, qui sine dubio uerbum dei, & testimonium habuit propter quod & interfectus fuit, nam ferratum quoque illum à Manasse aurumant Iudæi. Facti sumus ut immundi omnes nos, quasi pannus menstruata: omnes iustitiæ nostræ. Et David: Asperges me, inquit, hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Et Zacharias: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatoris & menstruata: Nihil immundius menstruata, quæ quicquid attigerit, secundum legem immundum facit. Et huic comparanda erant omnes, ut ipsi testantur, ipsorum iustitiæ uidelicet nisi eius, in quem credebant & quem expectabant, abluerentur Christi sanguine. Ergo stolæ quidem iam habebant, sed stolæ ipsæ albæ nondum fuerant. ¶ Proinde quod dictum est, & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, sic intelligendum est ac si diceretur, & datum est illis, ut stolæ eorum essent albæ, quantum & ipsæ stolæ, id est, qualescunque eorum iustitiæ non ab ipſis essent, sed à deo fuissent datæ. Et iccirco cum legimus hic, & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, ut intelligamus id esse ac si diceretur, & stolæ illorum factæ sunt albæ, simul memi-

potest dici Zacharias filius Barachiæ. Matth. 23 Chrs Barachias, benedictus dñi dicitur. Matth. 23

Similitudo inter Zachariā Ioiadæ & Iacobū fratrem dñi. 2 Paral. 24

Iosephus de morte Iacob b. li. 20. Antiquit. c. 7

Iacobus dicitur Zacharias, sicut Iohannes Helias.

Gene. 3 Stolæ cultus aut uerbum dei. Exodi. 32

Stolæ dealbant in sanguine agni

Esaiæ 64

Psal. 50 Zacha. 13

Datæ sunt illis stolæ albæ.

Infra 7
Stolæ cadi
dicitur
i baptismo
& marty
rio.

Roma 6

Gene. 4
Vt requie
scent non
à clamore
sed à labori
bus.

Heb. 11
Psal. 75

Infra 14
Post refo
rectionem
erunt san
ctis gemi
næ stolæ.

Gene. 3

Ibidem.
Tunicæ pel
liceæ signi
miseriæ.

Sexti sigil
li uocatio
gentium.

Actos. 15

Lucæ 21

Isaia 65

nisse debemus, quod postmodum de his & conferuis eorum scriptum est: Hifunt qui uenerunt ex tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Inter hæc animaduertere per pulchrum est, quia illis quidem iam mortuus stolas illorum dealbatæ sunt in sanguine agni, qua hora idem agnus suum in cruce sanguinem fudit, istis autem conferuis & fratribus eorum, qui post illam passionem Christi, uel post aduentum spiritus sancti, ad eandem fidem ingrediuntur, adhuc uiuentibus stolas suæ candidantur, quando in eodem Christo Iesu siue in morte Iesu Christi baptizantur. Si autem post hoc etiam proprium pro eodem Christo sanguinem fundunt, quod fecerunt, & adhuc plurimi sub nouissima persecutione Antichristi facturi sunt, multo amplius candent dealbatæ stolæ ipsorum. Illud quoque sciendum, quia non iccirco datæ sunt illis stolæ albæ, quia clamabant, sanguinis sui iudicium repositentes & uindictam, sed quia interfecti fuerunt propter uerbum dei, & propter testimonium quod habebant. Nam ubi Christus passus est, tunc, ut iam dictum est, dealbatæ sunt stolæ eorum in sanguine eiusdem Christi. Clamor autem ille iam dudum ad aures ceperat, ex quo occisus est primus ille Abel, dicente deo: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quod dictum est eis, ut requiescerent tempus ad huc modicum, non iccirco dictum est, ut cessauit clamare, non enim clamare cessant aut cessabit usque in finem seculi sanguis eorum, quippe cum de iam dicto Abel dicat Apostolus, quia per fidem suam defunctus adhuc loquitur, Quam diu in ecclesia clamans dicit: Vindicta domine sanguinem seruatorum tuorum qui effusus est, siue ultio sanguinis seruatorum tuorum qui effusus est, introeant in conspectu tuo gemitus compeditorum, quam diu, inquam, terra, quæ est ecclesia clamabit, hæc uel his similia dicet, non sic requiescent ut clamare cessent. Quod ergo dictum est illis, ut requiescerent tempus ad huc modicum, intelligendum est uel subaudiendum, non ab illo clamore repositente uindictam sanguinis sui, sed à laboribus suis, sicut in hoc eodem libro legimus: Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Quod cum ita sit, cur ita dictum est, ut requiescerent tempus ad huc modicum? Nunquid requies eorum durabit ad tempus modicum? Non utique, sed iccirco sic dictum est, quia post tempus modicum, cum impleti fuerint conferui eorum & fratres eorum, qui occidendi sunt quemadmodum & ipsi, tunc fiet aliud quid magnum, ut copiosum suæ requietionis capiant augmentum. Resurgent enim, quibus nunc datæ sunt singulæ stolæ, tunc dabuntur gemine, ut sint beatam immortalis beatitudinis anime, quæ beata corporis immortalitate. Scimus enim quia peccante Adam in quo omnes peccauerunt, omnes nihilominus in eo duplici stola, scilicet corporis & anime felicitate spoliati sunt. De prima quæ est anima, sic scriptum est: Cumque cognouissent se esse nudos, cõsuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizonata. Talis amictus nimirum anime nuditas erat, quia uidelicet tota cõfusio carnis, deintus, ubi perierat animæ pulchritudo, procebat. Altera nuditas est corporis mortalitas, de qua cum dixit deus, quia pulvis es & in puluere reuertis. Fecit quoque, ut ait scriptura, dñs deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas. Sic enim tunicati uere nudi erant, & naturali, quæ prius sine amictu non erubescerant, corporum suorum, quæ plasmauerat deus, spoliati pulchritudine, si nunc in ipsis tunicis gestantes nuditatis & miseræ suæ, uidelicet quod corpora eorum mortalia se uetera fecerunt, deficere deberent, sicut uetera sunt tunicæ pellicæ. Igitur qui in primo parente duplicem stolam, id est, & anime & corporis felicitate perdidit, nunc interim singulas habeant stolas, id est, felices tantummodo sint in anima, & sic requiescant donec accipiant, quod futurum est post tempus modicum, stolam alteram, id est, immortalitatem quoque corporum gloriæ. Eruidi cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræ motus factus est magnus, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & cetera. Terræ motus istum, & solis nigredinem, atque lunæ sanguineum ruborem, & cetera malorum prodigia, quæ hic scripta sunt, plerique ad nouissimam persecutionem & ad Antichristi tempora referunt. Nos autem proposito tenemur, & scripturarum lucernam libri referati claritatem, qua possumus, uia se qui conamur. Cœptum ergo sequamur ordinem. Quando repellentibus Iudeis uerbum dei & indignos se uitæ æternæ iudicantibus, apostoli ad gentes conuersi sunt, ac deinde circumdata est ab exercitu Romano Hierusalem, & ceciderunt in ore gladii, & captiui ducti sunt in omnes gentes, tunc utique sextum agnus libri sigillum aperuit, quia uidelicet multa quæ de hoc scripta erant, tunc adimpleta sunt. Vnde & in euangelio ipse dominus, quia dies, inquit, ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Exempli gratia: Ecce, inquit, Isaia, respice, populus tuus omnes nos, ciuitas sancti tui facta est deserta Sion. Deserta facta est Hierusalem, desolata domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustione ignis, & omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos uehementer? Et respondit dominus: Quæsierunt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me. Et dixi: Ecce ego ad gentem quæ non inuocabat nomen tuum. Exponens causam cur eisdem scilicet Iudæis derelicta domo sua deserta sese ad gentes conuertat, expandi, inquit, manus

manus meas tota die ad populum incredulum qui graditur in uia non bona post cogitationes suas. Multa sunt ualde sonora & ad intelligendum aperta quæ sub isto sigillo continebantur, id est, quæ Iudæorum desertionem atque gentium uocationem claris uocibus legis & prophetarum atque psalmodiarum futuram testificabantur. Nunc iam eiusdem sigilli sexti reuerentem locum spatiosum perambulemus. Cum, inquit, aperuisset sigillum sextum, ecce terræ motus factus est magnus. Et est sensus: Vt impleteretur id quod de Iudæis dispersione atque gentium uocatione sacris literis continebatur, mota est terra, cõmotus est orbis Romanus, uel spasio & Tito arma undique cõtrahentibus, & Hierusalem exercitu suo circumdantibus. Tunc sol, inquit, factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stelle cœli ceciderunt super terram sicut ficus mittit grossos suos, cum a uento magno mouetur. Hierusalem illa, terrena æstimatione sua, erat sicut sol & erat sicut luna, quippe cum fuisset sedes Dauid, in qua ille homo regnando temporaliter sederat. Legebant enim id quod ipse Dauid in psalmo canebat ex dei personis: Semel iuravi in sancto meo si Dauid, mentiar, semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis. At ille non de sede manufacta, non de lapideo, aur, ut multum, auro throno, qualem sibi rex præpotens facere poterat, hoc dicebat, quod tanquam sol in conspectu dei manere deberet, aut sicut luna perfecta, sed de hominibus sanctis, quæ reuera sedes Christi sunt & ciuitas, qui in futuro quantum ad animam erunt sicut sol, & quantum ad corpus sicut luna perfecta, quæ utique tunc plus emittit luminis quando perfecta est & plena. Ergo uerum quidem scriptura dicebat, quod sedes Dauid, id est, manu fortis Christi fiet foris sicut sol, & sicut luna perfecta. Sed illa ciuitas, illa Satanæ synagoga fallatur præsumptione sua, reputans quod esset sol mundi, & orbis terrarum luna pro generis Dauidici & templi augustissimi Salomonis longe peruulgata gloria. Talis sol tunc factus est niger tanquam saccus cilicinus, & talis luna tota facta est sicut sanguis, quado ciuitatis illius intolerabilis superbia duraque rebellio gentium cunctarum uictores Romanos aduersus se ipsam concitauit. Legamus Iosephum miserabilem excidium illius tragediam referentem, quæ pro sua magnitudine legentibus semper noua est. Quo abijt illa quasi solaris pulchritudo. Niger factus est ille sol, & purpurea splendore eius superbia uersa est in cilicium. Imò, ut Hieremias quoque prædixerat, denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum. Et erit, inquit, Esaias, pro sua uide odore, fœtorum & pro zona, funiculus: & pro crispanti crine, caluitium: & pro fascia pectorali, cilicium. Non partim, sed, ut ait, tota facta est luna illa sicut sanguis: foris obidione, intus se ditione, foris & intus ferro & igne, amplius autem intus ferro uel sanguine, pauore & fame. Nam foris uasabat eos gladius, & intus pauore iuuenem simul ac uirginem, lactentem cum homine sene, & cõsumebantur fame. Manus mulierum misericordium, inquit Hieremias, cõxerunt filios suos: facti sunt cibus eorum in cõstructionem filiarum populorum mei. Quare? Propter peccata, inquit, prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius, sanguinem iustorum. Milia interfectorum uix quisque dinumerare potuit. Sol ergo factus est niger sicut saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, ita recte talis denigratio siue decoloratio præsignari debuerat tenebris illis, quæ factæ sunt super uniuersam terram, quando sol uerus Christus scelere ipsorum extinguebatur in patibulo crucis. Neque tantummodo foris ita denigrati, uerum etiam, quod grauius est, intus in corde sunt excæcati. Persequebatur quippe lunam illam iusta sententia, ut fieret tota sicut sanguis, suomet iudicio, cum dicerent illi, sanguis eius super nos & super filios nostros. Et stelle cœli, inquit, ceciderunt super terram. Stellis quoque sua æstimatione Iudæi populares comparabiles erant, præsertim cum audirent dicentem Moysi: Dixitque uobis illo tempore, non possunt solus sustinere uos, quia dominus deus noster multiplicauit uos, & estis hodie sicut stelle cœli plurimi. Dominus deus patrum uestrorum ad dat ad huc numerum multa milia. Ex hoc quoque Moyses non humana lenitate, sed pro diuina dixit autoritate, quippe qui dominum nouerat & scriperat dixisse ad Abraham: Suspice cœlum & numera stellas si potes. Et rursum: Sic, inquit, erit semen tuum. Et quidem secundum hanc autoritatem semen Abraham stellis cœli comparabile erat, ueruntamen non omnino uel ut cuncti, sed pro parte electos, id est, eorum qui non tantum carnis, sed promissionis sunt filij. Et tamen non qui filij carnis, inquit Apostolus, hi filij dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. At illi non promissionis, sed tantum carnis filij erant. Quod etiam improperebat illis prophetica ueritas, dicendo, qui existis de aquis Iudæ. Ceciderunt ergo qui uidebantur sibi esse stelle cœli, ceciderunt, inquam, non ut uere stelle cœli, sed sicut grossi immaturi fructus fici, magno uento mouente agitati, id est, spiritu diabolico multum exagitati. Cõgrua sane similitudo ab arbore fici & grossis eius caducis, quia uidelicet illi quoque, qui tunc temporis in Christum crediderunt ex Iudæis, & erant quasi primi fructus crucis Christi, exciderunt magno uento mouente, uento inuidiæ, scilicet odientes gentium salutem, & contra fidem euangelij suam æmulantes plerique

De dispersi
sione Iudæo
rum & uoca
tionem gen
tium.

Hierusalem
sicut sol, &
sicut luna,
perfecta.

Sol niger
ut saccus
cilicinus.

Excidium ur
bis Hierusa
læ à Roma.

Threnor. 4

Isaia 3

Deut. 28

Threnor. 4

Luna tota
ut sanguis.
Lucæ 23

Matth. 27
Stellæ ceci
derunt super
terram.
Deut. 1

Gene. 15

Roma. 9
Isaia 48
Ceciderunt
ut grossi
fici.

Actoꝝ 15:21 circuncionem, sicut & Actus Apostolici testantur. Itaq; sponte excidentes à gratia Christi, recte ceciderunt etiam in ore gladij fere omnes Iudæi & qui superfuerunt, captiui in omnes gentes ducti sunt, non stellis, ut iam dictum est, sed pulucri quem projicit uentus à facie terre, comparabiles. Et cœlum recessit sicut liber inuolutus. Cœlum in quo sibi quasi stellæ luce uidēbantur. Scientia legis erat in qua cum despectu gentium omnium quasi alti & nitiduli Iudæi gloriabantur. Sed auferetur à uobis, inquit deus, regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Cœlum ergo recessit, quia uidelicet sensus illorum coangustati sunt, & disparuit ab illis, imò non data est illis, propter inopiam cordis, spiritalis sacre legis intelligentia. ¶ Quo modo recessit: Sicut liber inuolutus, inquit. Pulchre satis innuit quid per cœlum recedens intelligi uoluerit, qui recessum illum libro inuoluto similit. Quid namq; est dicere, quia cœlum sicut liber inuolutus recessit, nisi ac si diceretur, quia inuoluta & clausa illa est omnis scriptura diuina & celestis: Et illis quidem à quibus recessit hoc cœlum, hic celestis liber inuolutus, imò & signatus est, nobis autē ad quos uenit recedendo ab illis, referatur & apertus est. Nam hoc est quod nunc in manibus habemus tractantes, quia librum de dextra sedentis in throno signatum accepit agnus, & soluit septem signacula eius, uidelicet nobis aperiens qui fidem eius habemus, confitentes quia dignus est eundem accipere librum, & soluere septem signacula eius. Et omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt. Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber, absconderunt se in speluncis & petris montium. Et dicunt montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Quoniam uenit dies magnus iræ ipsorū, & quis poterit stare. ¶ Quid aliud dominus noster dicebat conuersus ad mulieres quæ plangebant & lamēbantur eum, quod traditus esset à præside uoluntati Iudæorum, & duceretur ad crucifigendū: Et illæ, inquit, Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flere, & super filios uestrorū, quoniam ecce uenient dies in quibus dicent, Beatæ steriles & uentres qui non genuerūt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus operite nos, Dies namq; uenturæ à Romanis obsidionis & captiuitatis significat, de quibus superius inter alia discipulis ait: Tunc qui in Iudæa sunt fugient in montes, & cætera. Tunc, inquit, incipit dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Deniq; & Iosephus refert, insistentibus sibi Romanis Iudæos certatim cauernas montium, & collium petisse speluncas, ita ut semetipsum tetetur munitiore quodam destructæ urbis Iotopate in spelæo cam quadraginta comitibus proditum inuentum, atq; ab hostibus captum. ¶ Montes ergo qui sunt, & insulæ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis, & petris montium. Reges namq; isti & principes ipsi sunt de quibus & in psalmo scriptum est: Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Hoc deniq; uersiculo præmissio in Actibus Apostolorum, conuenerunt enim, inquit, uere in ciuitate istam aduersus puerum sanctū tuum Iesum quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quem manus tua & consilium decreuerunt fieri. Montes isti propter superbiam, insulæ autē recte dicuntur propter profundam auaritiā. Non quidē in propria persona illi Herodes & Pontius Pilatus ad illud obsidionis malum peruenerūt, sed prius suum singuli receperunt iudiciū, uerum quotquot tunc temporis inuenti sunt potentes aut principes, pharisæi atq; pontifices, eo modo quo iam dictum est, de locis suis moti sunt, eiciēte illos domino Iesu de templo suo & de loco suo flagello iracundie suæ, cadentes in ore gladij, ruente pariter illo suo templo & ciuitate super oculos ipsorum in combustionem ignis, & ipsi qui supererant captiui in omnes gentes abducti. ¶ Interea frustra dicebant montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Frustra, inquam, abscondebantur in montibus & in cauernis petrarum, frustra nihilominus spem habebant in Abraham Isaac & Jacob. Mose quoq; & cæteris patribus atque prophetis, montibus utiq; magnis, & uiuentibus petris. Nam illi non eos tunc protegebant, imò magis accusabant. Manifeste quippe illis dominus de Mose dicit: Est qui uos accusat Moses in quo speratis. ¶ Et hoc dixisse sine dubio illis competit, abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Nescire enim non poterant in conscientia truci, quin agnus quem occiderant iterum uiueret, & potenter irasceret eis. Quoniam, inquit, uenit dies magnus iræ ipsorū, & quis poterit stare: Dies iræ ipsorū, scilicet de sedentis super thronum & agni, patris & filij, dñi & Christi eius, aduersus quem astiterūt & conuenerūt principes isti, iam uenit, & adhuc ueniet: quia uidelicet initia dolorū sunt omnia hæc: finis autē eorundem dolorum, finis incōsummabilis & cōsummatio infinita erit in gehenna. Sic enim de his in canitico Deuteronomij deus ipse proclamatur: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima. Et quis poterit stare: Vere nullus poterit stare, nullus poterit resistere. Bene autē illi erit quicumq; pro eo quod non stetit aut resistit, tunc poterit iram fugere. ¶ Simile quid

Cœli recessit, id est, scientia legis. Maith. 21. Sicut liber inuolutus. Verba Christi tribuitur tui confortia. Lucæ 23. Lucæ 21. Lucæ 23. Reges & principes Iudæorum. Psal. 135. Actoꝝ 4. Iohan. 5. Abira dei & agni. Maith. 24. Deut. 32. Christiani

quid in eodem Hierosolymorū excidio iuxta literam factum est: Appropinquante namq; bello Romano & exterminio Iudæicæ gentis, oraculo admoniti omnes, qui erant in prouincia, Christiani, longius discesserūt, ut ecclesiastica narrat historia, & trans Iordanem sedentes manebant ad tempus in ciuitate Pella, sub tutela Agrippæ regis Iudæorum, cuius in Actibus Apostolorum mentio est, qui cum ea que sibi obtemperare uolebat parte Iudæorum, semper Romanorum imperio subditus agebat. Post hæc uidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor uentos terræ, ne flarent super terram, neq; super mare, neq; super ullam arborē. Quo ergo iret, quo recederet cœlum de quo supra dixi, & cœlum recessit sicut liber inuolutus: Illud quippe cœlum, id est, doctrina uel scientia celestis à Iudæis recessit, dicentibus apostolis, qui & ipsi iuxta Psalmistam, sunt cœli qui enarrant gloriam dei, siue firmamentum opera eius annuntians: Vobis quidem primum oportebat loqui uerbum dei, sed quoniam repulstis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Quo iret cœlum illud, & quomodo conuerteretur ad gentes: Quatuor namq; angeli stantes super quatuor angulos terræ, tenebāt, inquit, quatuor uentos, id est, omnia regna mundi prohibebant ueritatis prædicatores. ¶ Venti quippe hoc loco in bonam partem accipiuntur, & apostolos Christi siue uniuersos significant prædicatores euangelij. Vnde & Psalmista dicit in laudibus nominis dei: Ducens nubes ab extremis terræ, fulgura in pluuem efficit, qui producit uentos de thesauris suis. Et est sensus: Illos qui nunc sunt cœlum de quo dixi, omnia que cunq; uoluit dominus, fecit in cœlo & in terra, id est, in perfectioribus & in minoribus sanctis, illos, inquam, apostolos siue apostolicos uiros educens & eleuans ab extremis terræ, id est, ab ea uilitate in qua erant inter terrenos, & secundū possessionem temporaliū & secundum scientiam, tantū secularia appetentes, fecit esse nubes, officium nubium eis iniunxit ut pluerent abundantia prædicationis, & fulgurarent clarissima atq; terribili comminatione iudicij dei, atq; eosdem sic sublimauit, sic extendit secundū agilitatem intellectus, quomodo sublimiter producti uolant uenti, & hoc torum de thesauris suis, de donis suis, de oculis iudicij & cōsilijs suis. Ergo uenti isti idem sunt qui & nubes, scilicet agiles & expediti, scientes & facundi prædicatores euangelij. ¶ Porro quatuor angeli stantes supra quatuor angulos terræ, uniuersa regna sunt, quorū quatuor ista principalia hæc fuere, Babylonicum, Persicum, Maccædonicum atq; Romanum. Quatuor ista, imò uniuersa terrarum regna, uentos prædictos tenebant, id est, tenere uolebant, ne flarent super terram, neq; super mare, neq; super ullam arborē, id est, ne prædicarent fidē Christi in ullis prouincijs, in aliquibus insulis, in ulla qualitate aut conditione hominū. Hoc prohibendo tenebant uentos istos. Nec uero leuiter aut parua intentione tenebāt, sed legibus ac proscriptiōibus publicis, & cunctis pœnæ generibus aduersus ueritatis præcones propofitis. Sed attende quid sequitur: Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum dei uiui & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoad usq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. ¶ Alter iste angelus, ille est magni cōsiliij angelus, qui iam dictis apostolis suis dicit: Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsummationem seculi. Hæc ascendit ab ortu solis, uidelicet illuminare his qui se debāt in tenebris & in umbra mortis, ascendens ab inferis, resurgens ex mortuis, que resurrectio uere nobis ortus est solis, & ascendens dicens illis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hunc talem, inquit, uidi habentē signum dei uiui, id est, palam facientē ex uerbis & operibus suis, quod sit deus uiuus, filius dei uiui: quod & Petrus uidens & agnosces dixerat illi: Tu es Christus filius dei uiui. Vere deus uiuus & filius dei uiui, qui mortuus quoq; secundū carnem detineri à morte non potuit, sed resurrexit solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum detineri ab eo. Ab hoc signo debere illum cognosci Apostolus quoq; insinuat, cum dicit: Qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorū Iesu Christi dñi nostri. Nam que uere filius sit dei uiui, ex eo maxime claruit, que resurrexit à mortuis. Hoc signum habens uoce magna clamauit quatuor angelis: Clamauit, inquam, & clamantibus apostolis suis cōclamauit, ita ut in omnē terram exiret sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Clamorem quippe uel sermonem eorū cooperando firmavit sequentibus signis. Audierunt illi angeli quibus datum est nocere terræ & mari, id est, senserunt uirtutē in superabilem euāgelicæ prædicationis in uniuersa regna mundi, que poterat suo præfocabat omnia, nec ullum sine bāt respicere prohibitu sui uirtus. Nolite, inquit, nocere terræ, neq; mari, neq; arboribus, quoad usq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorū. Hoc dicere illis, est malam uoluntatē eorū impedire, ut quæ tunc uigilant in animantibus uel noceant atq; tyrannizent, persequendo, proscribendo, occidendo, quæ tamen propofitū præpedire uel auertere nō ualent, quo minus eos, quos præsciuit & prædestinauit cōformes fieri imaginis eius idē filij, uocet, iustificet & magnificet. ¶ Signū uocationis atq; iustificationis, meritumq; & spes futurę magnificationis est signari seruos eiusdem dei in

sub Agrippa tempore excidij. CAP. VII. Cœli apostoli dicuntur. Psal. 28. Actoꝝ 13. Venti & nubes hebraice positi dicuntur. Psal. 134. Ibidem. Quatuor anguli terræ, quatuor regna. Alter iste angelus, Christus est. Maith. 28. Lucæ 1. Maith. ult. Maith. 16. Actoꝝ 2. Roma. 1. Psal. Marc. ult. Roma. 8. Signum crucis.

frontibus eorum signo crucis, quod olim fuit obprobrium & pœna damnatorum, nunc autē de
 cus & salus iustorum. Nolite nocere, nolite impedire d̄ angeli potentes, d̄ regna potentia, qua
 tuor angulos siue partes terræ obrinentia, sed eosq; inefficax potentatus uester, & uanus sit
 furor uester, eosq; friuolæ uestræ leges & inanes sint sanctiones, uniuersa mortium genera
 dicuntantes, ut nihilominus signemus seruos dei nostri uexillo uictoriosæ crucis, non tantum
 in abscondito cordium, sed etiam in aperto, in frontibus eorum. Seruos dei nostri, dixit ange
 lus iste, cum sit deus, & habeat signum, id est, proprietatē dei uiui, deum omnium deum suū esse
 profitens, que madmodū dicitur in euangelio apostolis suis: Ascendo ad patrem meum & pa
 trem uestrum, deum meum & deum uestrum. Et hic dei nostri, & illic deum meum dicit, uide
 licet pro humilitate assumpti hominis. L. Et audiui numerum signatorum: centum quadraginta
 quatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israël. Seruorum dei quicunq; signatur in frontibus
 suis, reuelata iustitia dei in euangelio eius per magnā uocem huius clamantis angeli, quia
 distinctio non fit, siue acceptio personarum, utrum Iudæi sint an Græci, primū tamen locum ob
 tinent Iudæi, dicente Apostolo: Gloria autē, & honor, & pax omni operanti bonum. Iudæo
 primum, & Græco. E contra illorum qui istud signum dei uiui non recipiūt primi in damnatio
 nem Iudæi sunt, dicente ipso in eodem loco: Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnē
 animam hominis operantis malum, Iudæi primū, & Græci. Recte ergo & hic primo loco nu
 meratur qui signati sunt Iudæi ex omni tribu filiorum Israël, & deinde, post hæc uidi, inquit, tur
 bam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & popu
 lis, & linguis: quas omnes Apostolus sub uno Græci uocabulo uult intelligi. Porrō numeri hu
 ius centum quadraginta quatuor milium generationem siue cōpositionem siue perspicis, pul
 chrum tibi atq; præclarū ex eo mysterium elucescit. Dicamus ergo aliquid quod forte simpli
 cioribus minus planum sit aut intelligibile, sed causa præsentia postulat, arithmetici uero,
 qui maxime rationes nouerunt ab acī, rationale atq; in cū dū continuo apparebit. Duode
 narius, qui numerus erat primorū filiorum Israël, ita disponitur, ut in deceno unitas, in singu
 lari uero limite binarius constituatur. Vt autē isti duodecim primigeni in totidem, id est, duo
 decim milia succrescant, unitas illa decena unum, & alterum limitem transit, & in tertio confi
 sit, & decem milia sunt. Item binarius singularis, qui coniunctus eidem decenæ unitati duo
 decim perficiebat, unum & alterum limitē transit, & in tertio conficit, & duo milia sunt. Quæ
 uidelicet duo milia decem milibus iam dictis in secundo ab eis limite cōstitutis connumeran
 tur, & duodecim milia sunt. Ita qui duodecim tantum erāt filij Israël, iam ita duodecim milia
 multiplicati, rursus duodecies multiplicantur, & fiunt centū quadraginta quatuor milia. Qui
 uidelicet numerus ita disponitur, ut tribus limitibus distinguatur. Nam in centeno milleno
 unitas, in deceno milleno quaternarius, in milleno item quaternarius collocatur. Nota dilige
 ter. Duodecim primū uel singulares, ut duodecim milia fiunt, tres limites ascendūt, & eadem
 duodecim milia duodecies secundū eundem numerū filiorum Israël ducta, centū quadragin
 ta quatuor milia faciunt, numerum uidelicet tribus, ut iam dictum est, limitibus distributum.
 Quod ergo sanctam huius reuelationis gratiam intendere arbitramur, nisi id quod omnis le
 galis, prophetica, euangelica atq; apostolica ueritas testatur, nulli ualere ad salutē q̄ sit Israël
 aut Abraham filius per carnem, nisi sit etiam filius eiusdem per eam, quæ non minus ḡrium no
 minum confessione perficitur, fidem: Fidei namq; confessio nunc reuelata: gratiæ tēpore ma
 nifestas necessario exprimit personas patris, & filij, & spiritus sancti. Dudum autem in illa uni
 bra Moisaicæ legis arcana professione significabatur totidem nominū paternorum in illo po
 pulo dei, deum Abraham, deum Isaac, deum Iacob palām consistentibus atq; inuocantibus uni
 uersis. Et nunc quidē in frontibus suis signatur serui dei signaculo crucis & sanguinis Chri
 sti, in confessione nominis unius dei patris & filij & spiritus sancti, tunc autē signabant postes
 domorum suarū sub iam dictis nominibus Abraham, Isaac & Iacob: unum deum consistentes
 eiusdem dei autoritate prædocii. Dixerat enī Moysi: Hæc dices filiis Israël: Dominus deus pa
 trum uestrorū deus Abraham, deus Isaac & deus Iacob misit me ad uos. Hoc nomen mihi est
 in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Quod ergo, inquam,
 in his taliter multiplicatis, taliterq; dispositis intelligimus numeris, nisi ac si dicerent serui dei
 nostri, signati nostri ex Iudæis sunt hi, qui non tantū secundum carnem, sed & secundū fidem
 filij sunt Israël aut Abraham fidei patris sui: Non enim, inquit, Apostolus, omnes qui ex Israël
 hi Israël itæ, neq; quia semen sunt Abraham, omnes filij: sed in Isaac uocabitur tibi semē, id est,
 non qui filij carnis, hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimatur in femine. Itaq; hoc nu
 mero finito, innumerabilis significatur ecclesiæ totius multitudo, quæ de patriarchis, uel pro
 sapia carnis, uel fidei imitatione progenita est. Porrō & in ordine isto nominum duodecim
 filiorum Israël, ratio mystica non deest, quia uidelicet non secundū ordinem suæ generatio
 nis, quo secundū carnem geniti uel nati sunt, hic dispositi inueniuntur, quod utiq; nō per igno
 rantiam accidit, sed certi causa mysterij. Hoc ergo eodē sensu & eisdem quibus ante nos uer
 bis tra

Nolite nocere terræ & mari, & cæteris.
 Iohan. 30
 Coloss.
 Roma.
 Ibidem.
 Numerus CXLIII. milia, signat mysteriū. Arithmetica ratio in XII. multiplicatis.
 Mysterium trinitatis in hoc numero.
 Exodi.
 Ibidem.
 Filij Israël, aut Abraham, non carne, sed fide. Roma.
 Alio hic ordo tribuū apud Moysen.

bis tractatum est, hic perscribere non pigeat. L. Ex tribu Iuda, duodecim milia signati, & cæte
 ra. Conuenienter & a Iuda inchoat, ex qua tribu ortus est dominus noster, & Dan præter
 misit, ex qua dicitur Antichristus esse nascendus, sicut scriptum est: Fiat Dan coluber in uia,
 cerastes in semita, mordens ungulas equi ut cadat ascensor eius retro, quia non ordinem ter
 renæ generationis, sed iuxta interpretationem nominum uirtutes ecclesiæ decrenit exponere.
 Quæ a confessione & laude præsentis ad dexteram uitæ festinat æternæ. Hoc enim nomen
 Iuda qui primus, & Benjamin, qui ultimus ponitur, sonant. ¶ Primus ergo Iudas qui cōfessio
 siue laudatio interpretat, ponitur: quia ante initia cōfessionis, culmē bonorū operū nullus ap
 prehendit, & nisi per confessionem renuntiemus actibus malis, non informamur rectis. ¶ Se
 cundus Ruben qui interpretatur uidēs filium. In filijs opera designari testatur Psalmista, qui
 deas filios filiorum tuorum. Non enim qui timet dominum, nisi genuerit filios nepotesq; su
 sciperit, non potest esse beatus, cum uirgines fideles potior merces expectet, sed in filijs ope
 ra, in filijs uero filiorum fructus operum, id est, mercedem designat æternam. Post Iudam ue
 ro Ruben, id est, post exordia diuinæ confessionis & laudis perfectio sequitur actiōnis. ¶ Sed
 quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei, post Ruben sequitur Gad,
 qui tentatio uel accinctus interpretatur. Post inchoationem enim boni operis, maioribus ne
 cesse est hominem tentationibus probari, atq; ad bella grauiora succingi, ut fidei illius fortitu
 do comprobetur dicente Salomone: Fili accedens ad seruitutem dei, sta in timore, & prepara
 animā tuam ad tērationem. Item Psalmista: Præcinxisti me, inquit, uirtute ad bellum. ¶ Et quo
 niam beatificamus eos qui sustinuerunt sufferentiam, ideo post Gad Aser, id est, beatus ponit
 ur, congruo satis ordine. Beatus enim uir qui suffert tentationem, quoniā cum probatus fue
 rit accipiet coronam uitæ. ¶ Quia uero huius beatitudinis fida promissione securi non angu
 stantur, sed spe gaudentes, in tribulatione patientes, cum Palmographo decantant, in tribu
 latione dilatasti me. Et item: Viam mandatorū tuorū cucurri, cum dilatares cor meum, & cum
 matre beati Samuelis exultantes dicunt, dilatasti os meum super inimicos meos, quia iacta
 tum in salutarī uero, propterea Neptalim succedit, quod est latitudo. ¶ Sed & ipsum Manaf
 ses sequitur, qui interpretatur oblitus siue necessitas. Cuius nominis mysterio monemur, ut tē
 rationum præsentium angoribus edocti, ea quæ retro sunt obliuiscētes, sic in ea quæ ante sunt
 secundum Apostolū extendamur, ut carnis curam nō in desiderijs, sed sola necessitate huma
 næ conditionis restricti faciamus. De qua Psalmista meliora suspirans ait orans: De necessitati
 bus meis eripe me. ¶ Huic supponitur Simeon, id est, audiuit tristitiam, uel nomen habitaculi,
 ut etiam qualitate huius uocabuli euidentius indicaret, & quid hic habendum, & quid sic fa
 lubriter expectādum. Illis enī habitaculi celestis gaudiū dabitur, quorū hic animus fructuo
 sa penitentia cōtristatur. Quibus & dicitur: Tristitia uestra uertetur in gaudium. ¶ Proinde
 Leui subnectitur, id est, additus. In quo intelligimus siue eos qui in temporalibus æterna mer
 cantur, sicut Salomon dicit: Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ, siue illos qui dei sequen
 do consiliū percipiunt in hoc seculo cētuplicia cum tribulationibus, in futuro autē seculo ui
 tam æternam. His & quod scriptū est, conuenit: qui addit scientiam addit & laborē. Nam san
 cto Iob ad hoc tribulationū acerbitas addebatur, ut probato præmiō: merces amplior red
 deretur. ¶ Vnde nō immerito Isachar ei ordine recte succedit, qui interpretatur merces, quia
 (sicut docet Apostolus) nō sunt condignæ passiones huius tēporis ad futurā gloriam, quæ re
 uelabitur in nobis: fructuosius quippe pugnatur, ubi merces certa speratur. ¶ Hæc autem in
 habitaculo fortitudinis deus operatur & perficit, quod dicitur Zabulon, quādo uirtus in in
 firmis perficitur, & corpus quod ab inimicis putatur infirmum, & per cuius materiam ani
 mo quoque inferre nituntur interitum, deo confortante, experiantur inuictum. ¶ Augmen
 tum succedente felici, quod uocabulum Ioseph indicat, gratiarum uidelicet addenda dona de
 signans, siue de talentorum dupla redhibitione usuras commodi spiritualis intelligas, siue in his
 quæ uoluita fidelium religione redemptori deo redduntur, accipias. ¶ Atque ut hos omnes,
 quos & ordo, & interpretatio nominum hic significatiue positos indicat, in futuro iudicio ad
 dextrā Christi regis æterni futuros intelligas, Benjamin, ut præ dixi, postremo loco supponit
 id est, filius dextere, tanq̄ ipse finis sit ordinis, cum nouissima inimica destructa morte felici
 tas hereditatis æternæ donabitur electis, siue uniusquisq; fidelium filius dextere iure dicatur, seu
 omnis ecclesiæ cœtus, de qua canimus, affuit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circun
 data uarietate. ¶ Sciendum quia de tribu Dan nasciturus est Antichristus, iuxta illud Iacobi:
 Fiat Dan coluber in uia, & cætera usq; cadat ascensor eius retro. Enicitur itaq; ex hoc loco Dan,
 ut ostēdatur Antichristus ex omni numero eniciendus sanctorū. Imō sicut iste de hoc catalo
 go spiritali eiectus, sic omnes Israël itæ, qui nō ex fide, sed tantū ex carne sunt Abraham, ab o
 mni numero & cœtu filiorū: & hereditate eiudē patris Abraham siue Israël extorres iudicatur.
 Post hæc uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus,
 & tri

Cur tribus Dan amittitur hic. Gene. 49
 Cur tribus Iuda primo loco ponitur. Ruben. Psal. 127
 Gad. Acto. 14
 Ecc. 2 Psal. 17
 Aser. Iacobi 1
 Psal. 4 Psal. 118
 1. Reg. 2
 Neptalim. Manasses. Philip. 2
 Roma. 15
 Psal. 24
 Simeon.
 Iohan. 16
 Leui.
 Prouer. 13
 Matth. 19
 Ecc. 1
 Isachar. Roma 8
 Zabulon. 1. Cor. 12
 Ioseph. Matth. 25
 Benjamin. 1. Cor. 15
 Psal. 44
 Gene. 49

& tribus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni amici stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant uoce magna dicentes: Salus deo nostro qui sedet super thronum, & agno. Omnes isti conferui sunt & fratres eorum, quibus supra datae sunt singule stoles albe, dictumque est ut requiesceret tempus adhuc modicum, donec impleantur conferui & fratres eorum qui interficiendi sunt, sicut & illi: Sunt enim isti amici stolis albis. Dicit autem postmodum unus de senioribus: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt & unde uenerunt? Et subiungit: Hi sunt qui uenerunt ex tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Sunt ergo illi qui ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, filij Abraham, filij sanctorum patriarcharum, cum dicantur & sint fratres illorum sanctorum priorum. Et recte. Nam & Apostolus dicit de illo patre sanctorum Abraham: Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitie fidei quæ est in præputio, ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis, non his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sequuntur uestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abraham. Sed iam dicta hic paulo diligentius percurramus. ¶ Vidi, inquit, turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Numerus sanctorum in scripturis bifariam intelligitur, alias quidem pro multitudine ipsorum, alias autem pro multiplici profectu uirtutum. Pro multitudine ipsorum, ut illi dinumerabo eos, & super harenam multiplicabuntur. Non quod plures sint quam arena, sed idem est ac si dicat: Nō paucos, sed multos assumam, & ad modum ei numeratæ & bene custoditæ eos custodiam. Pro multiplici incremento uirtutum sue beatitudine, ut illic: Notum fac mihi domine sinem meum, & numerum dierum meorum qui est, ut sciam quid desit mihi. Non quod ibi plures sint dies, sed una tantum continetior quam simul omnes dies, ubi est spatiofitas interminabilis, numerus non transitorius, sed status uitæ permanentis & æternus. Secundum utrumque modum turbam illam dinumerare nemo poterat. Nam & pluralitate sua hi qui iam sunt, cum eis, qui nouissima perfectione Antichristi martyres stolas atque uictoriae palmas accepturi sunt, soli deo numerati uel numerabiles sunt, & quam multorum dierum sint, de quibus & alibi in consolatione iusti dicitur, longitudo dierum implebo eum, estimari non potest, quippe ubi numerus infinitus est. Ex omnibus, inquit, gentibus, & tribubus, & populis, & linguis. ¶ Gens & tribus hoc differunt, quod una gens multas tribus habet. Gens enim est multitudo ab uno principio orta, sive ab alia natione secundum propriam collectionem distincta, sicut ab uno Iacob uel Israël una gens Israëlita, quæ duodecim tribus habebat. Romana autem gens in triginta & quinque curias, quæ nomine alio, quam uisus proprie, tribus appellantur, dispersita erat. ¶ Porro populus aliquando pro gente, aliquando pro unius tantum ciuitatis habitatoribus ponitur. De linguis hoc sciendum, quia quamuis prius gentes & tribus, atque populos, ac deinde linguas posuit, non ex gentibus linguæ, sed ex linguis gentes exortæ sunt. In initio quot gentestot linguæ fuerunt. Deinde plures gentes quam linguæ, quia ex una lingua multæ sunt gentes exortæ. ¶ Sunt autem tres linguæ sacræ, Hebræa, Græca, Latinaque in toto orbe maxime excellent. His enim tribus linguæ super crucem domini à Pilato fuit causa eius scripta. Vnde & propter obscuritatem sanctorum scripturarum, harum trium linguarum cognitio necessaria est: ut ad alteram recurratur, si quam dubitationem nominis uel interpretationem sermo unius lingue attulerit. Igitur iam non gloriari licebit carnali Iudaismo uel circuncisioni carnis, in eo quod scriptum est primitus, notus in Iudæa deus in Israël magnū nomen eius, quia ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ecce sunt, in quibus magnū & uictoriosum sit nomen eius. ¶ Stantes ante thronum & in conspectu agni amici stolis albis, & palmæ in manibus eorum. ¶ Nimirum hæc statio ante thronum uel ipse thronus ille est, de quo Daniel cum præmississet: Aspiciebam donec throni positus sunt, & antiquus dierum sedit, subinde dixit: Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accensus. Item: Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Non quidem istis talibus, & taliter stantibus thronus ille flamma est ignis urentis, nisi tantum ignis illuminantis, sed profecto illis qui occiderunt, flamma erit ignis urentis siue liquefacientis, quemadmodum Psalmista dicit: Sicut cera fluit à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Quid enim istis est ante thronum stare, nisi hoc ipsum quod illis superioribus sub altare dei clamare: Nempe & isti stantes, & illi clamantes idem prospiciunt, idem iudicium & uindictam sui sanguinis exposcunt. Stantes autem ante thronum, stabant etiam in conspectu agni. Nihil uerius. Etenim cum deo patre in eodem throno sedet hic agnus à dextris eius. Nam hoc ipsum est quod ibidem Daniel loquitur: Aspiciebā ergo in uisu noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem & regnum, & cætera. ¶ Bene quoque ita stantes amici sunt stolis albis, subauditur sanguine agni dealbatis, ut uidelicet illi cui assant similes sint. Nam uestimentum eius, ait idem qui supra, quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. ¶ Et palmæ, inquit, in manibus eorum. ¶

Quia

Quia nimirum quatuor angelos supradictos, id est, quatuor principalia regna mundi, uicerunt: & ipsi uolentibus nocere reluctantibus, & omni conatu resistētibz, nihilominus signati sunt, & signum dei uiui in frontibus suis acceperunt. Vnde per pugnam quatuor uictorum, post excursum quatuor bestiarum, ait idem qui supra, uenit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsum, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Palmæ ergo in manibus eorum, & ipsæ palmæ florentes interim crescūt, donec penitus interficiatur bestia quarta aliarum quoque bestiarum penitus omnis ablata sit potestas, tandemque ultimū sedere iudicium, regnumque potestas, & magnitudo regni, quæ est super omne cælum, detur populo sancto altissimi, singulis stolis quas nunc habent in illa corporum gloriosa resurrectione duplicatis. ¶ Et clamabant uoce magna dicētes: Salus deo nostro qui sedet super thronum, & agno. ¶ Perditio & mors quæ per unum hominē in hunc mundū intrauerat, in omnes homines pertransierat, quia in eo omnes peccauerunt. Sed sicut per unum hominē peccatū in hunc mundū intrauit, & per peccatū mors, ita, inquit, Apostolus, per unum Christū damnatio & mors peccati, præstans uitam æternā. ¶ Recte ergo memores sancti, quod in primo homine peccauerint, & per peccatū eius mortui fuerint, gratia autē dei per Iesum Christū saluifacili sunt, confitentur & dicunt: Salus, subauditur, qua saluati sumus, deo nostro, nō nobis attribuitur, & agno, id est, filio dei, per cuius sanguinē in salutē recuperati sumus. ¶ Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderūt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum dicentes: Amen. ¶ Sicut turbæ magnæ ex omnibus gentibus, tribubus, & populis, & linguis, numerus nemini cōprehensibilis est, ita & hic & superius ubi primum agnus librum accepit, angelos numerus diffinitus non est, de istis iam illic dictum est, quia est nō per ipsum redempti sunt, quia non perierant, attamen per diuinitatē eius conditi sunt, & per sanguinē eius, ut Apostolus quoque testis est, nobis conciliati, siue pacificati sunt, & in stauratus est ex hominibus, & numerus ipsorum, qui diminutus fuerat per ruinam angelos apostatarum. Ergo qui ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum dicētes, amen: congratulatio est beatorum beatis & beatificatis, siue recuperatis illis, qui perierāt congaudentium. ¶ Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & uirtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorum, amen. ¶ Septem sunt uoculae, benedictio, sapientia, claritas, gratiarum actio, honor, uirtus, fortitudo. Solet autem septenario numero designari uarietas tam apud seculares philosophos, quam apud ecclesiasticos, ergo & hic quicquid laudis, quicquid glorificationis aut iubilationis cōcipere potest mens aut proferre, quæcunque illa est lingua angelorum, sub istis uoculis nō dubitamus ab illis beatis spiritibus deo nostro declarari, pro sanctis omnibus, quia mortui fuerant, et reuixerūt: perierant, & inuenti sunt. ¶ Et respondens unus de senioribus dixit mihi: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt & unde uenerunt? Et dixit: Domine mi tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt qui uenerūt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni, deo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. ¶ Cum hæc huiusmodi dictio, qui sunt, & unde uenerūt, non responsio sit, sed interrogatio siue percontatio, recte tamen respondisse dicitur, uidelicet eo quod ad respondendum intendat, id est, ut iccirco interroget, ut cum attendit ipsa interrogatione fecerit, tunc demum respondeat. ¶ Hi sunt, inquit, qui uenerūt de tribulatione magna. ¶ Vere ex magna tribulatione omnes sancti uenerūt, cuius uidelicet tribulationis causa uel initium fuit originale peccatum. Omnes enim qui ex tunc pie uiuere uoluerūt, tribulationem siue perfectionem passi sunt. ¶ Ueruntamen in illa tribulatione insignis atque splendi dius, ueluti aurum in camino ignis, martyres fulserunt: de quibus continuo subiungit dicit: & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Nam & si uniuersa ecclesia sanguine Christi inuicta est ab omni delicto, multo magis isti mundati atque candidati sunt, qui adeo cōmunicauerunt sanguini Christi, ut suum quoque sanguinem funderent pro Christo. ¶ Ideo sunt ante thronum dei, uidelicet quia mudi sunt, quia candidi sunt, quia in stolis albis spectabiles & gratiosi incedunt, iccirco familiares assistunt, ideo læti aspicientem aspiciunt, & dulcedine pleni atque ineffabiliter occupati, eius, quem uident, mutuos ab intuitu eius aspectus auertere nō possunt. Nec uero dubium, quin præsentia sua clament idem ante thronum, quod sub altare priorum animarum interfectorum, usquequo domine non iudicas & uindicas sanguinem nostrum. ¶ Et seruīūt ei die ac nocte in templo eius. Die ac nocte, id est, in æternitate seruīūt siue ministrant, ut Daniel ait, milia milium ministrabant ei, nō utique laborioso siue seruilii ministerio, sed iucundo atque liberali amoris æterni tripudio. ¶ Esi dum uiuif, seruitus siue ministerij dei labor & opus est, ibi autē seruitus dei laboris premiū, et seruitutis merces est. In templo eius, inquit: Omnis illa partitiplum dei est, sanctuarium dei est, sanctū sanctorum est, quo nihil nisi mundū admitti potest. Hic quidē dum uiuif, in templū dei, ubi nomen eius inuocatur, nihil immundū admitti debet, in illud autē templū dei nō manufactū, ubi facies cōspicit, nihil immundū admitti potest. ¶ Et qui sedet super thronum, habitat super illos. ¶ In ipsis & super ipsos habitat qui sedet super thronum.

manib⁹ eorum.
Ibidem.
Mors per unū hominē intrauit.
Roma 5
Salus deo nostro & agno.
Angelorum congratulatio.
Supra 5
Coloss. 1
* Coctus.
Numero VII. designatur uniuersitas.
Luca 15
Qui sunt & unde uenerunt.
2. Timot 2
Ideo sunt ante thronum dei.
Supra 6
Et seruīūt ei die ac nocte.
Danielis 7
Quale templum dei in cælo.

nam

nam ipsi & domus & thronus eius sunt. In ipsis habitat, tanquam uita ipsorum, super ipsos habitat, tanquam ornamentum & gloria ipsorum. Non esurient neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; ullus æstus: quoniam agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad uitæ fontes aquarum. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. ¶ Pe-
 eisdem uerbis & eodem sensu Esaias loquitur. Non esurient neq; sitient amplius, & non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Nam
 & quod ille dixit: Ecce isti de longe uentient, isti ab aquilone & mari, & isti de terra australi, hoc est, quod hic dicit, turbam quam uidit ex omnibus esse gentibus, tribubus, & populis, & linguis. ¶ Item quod cum dixisset dominus: nolite timere eos qui corpus occidit, statim adiunxit: post hæc non habent quid faciant, hoc magnifice hic amplificat cum dicit, non esurient neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; ullus æstus, fuit enim quondã in potestate persecutorum siue homicidarum illorum, ut sancti esurirent atq; sitirent, ut æstu afficerentur & gelu, circumeuntes, ut Apostolus ait, in melioris in pellibus caprinis, e gentes, angustati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis & cauernis terræ. Verum hoc iam in potestate illorum amplius non erit ut faciant. ¶ Sed & illa esurie laudabili & bona sitit, quam hic sancti habebant, de qualibus & dominus Beati inquit, qui esuriunt & situnt iustitiam, non esurient aut sitient amplius, nam ibi saturabuntur & inebriabuntur. Deniq; isti fontes aquarum, ad quos deducet eos agnus qui regit eos, illi sunt fontes siue ille fons atq; torrens, quem prospiciebat Psalmista cum diceret: inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons uitæ. ¶ Quis hæc explanare sufficit? Quis hæc digne tractabit aut exponet? Imò quis ista sensu percipiet? Qualem aut quantum scriptura laborat intimare nobis diuinæ charitatis affectum, dicendorum & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: Desicimus in hac admiratione, quia oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus diligenti bus se. ¶ Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo quasi media hora. ¶ Quando is ascendit in celum, & seder à dextris dei, ueniet ad iudicandos uiuos & mortuos, tunc sigillum septimum soluetur, quia scripturarum non paruum aut leue momentum adimplebitur. ¶ Exempli gratia: De illa die iudicij Sophonias propheta dicit: Iuxta est dies domini magnus, iuxta est uelox nimis. Vox dei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa, dies tribulatio nis & angustiae, dies calamitatis & miseriae, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbidinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excellos. Et tribulabo homines, & ambulabunt caeci, quia domino peccauerunt. Et effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus in terra. ¶ Hæc & huiusmodi, quæ passim leguntur in scripturis, tunc adimplebuntur, & tunc finis erit, quia tunc consummabuntur omnia. Ait ergo: Factum est silentium in celo quasi media hora, Silentium quippe hoc loco recte quietem illam significare intelligitur, de qua Psalmista loquitur: Terra tremuit & quietuit, cum exurgeret in iudicio deus, ut saluos faceret omnes mansuetos terræ. Præmisit enim, de celo auditum fecisti iudicium, more prophetico pro futuro tempore ponens præteritum, Et est sensus: Quando de celo ueniens, auditum facies iudicium, dicendo iustis: Venite bene dicti patris mei, & cætera. Tunc terra tremuit & quietuit, id est, impñ timebunt & desinent male operari. ¶ Sed & sancti qui nunc sub altari dei clamant, ut supra scriptum est, dicentes: usquequo domine nõ iudicas & uindicas sanguinem nostrum, tunc quietet finemq; ponent suo clamori, quia tunc factum erit, tunc iudicatum erit, interfecto ribus eorum, undiq; eliminatis, ut ultra interficere non possint. Huiusmodi silentium, siue quietem in celo, id est, in celesti ecclesia sine fine futurã, silentiũ illud significabat. ¶ Quod autem ait, quasi media hora, & ad significatione factis est iam dicte pacis & quietis, & ad distictionem ualere eorum quæ præmissa sunt, & eorum quæ sequunt, quia uidelicet nã nũc ab alio exordio mysterioꝝ siue reuelationis ordo re capitulatur.



FTVIDI SEPTEM ANGELOS STANTES IN CONspectu dei, & datae sunt illis septem tubæ. Et ecce alius angelus uenit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua. Sicut uere dixit Christus quia persecutores corpus occidunt, sed animam occidere non possunt, sic uere dixit Christi Apostolus, quia laboro usque ad uincula, sed uerbum dei non est alligatum. ¶ Ecce enim laborante isto Christi discipulo usq; ad exilia, & in angusta secũ dum corpus clauso insula, uerbum dei liberum atq; expeditum, liberam eius animã per ampla ducit seculorum spatia, tota amplitudine dilatata, ut per annorum milia per omnium fere scripturarum quasi multa miliaria, digestas operum dei rationes mysticas coram se cõspiciat. Ducit ac reducit à primis usq; ad nouissima, à nouissimis usq; ad priora secula, uidelicet ab ultimi sigilli apertione quod in nouissimo die apertum erit usq; ad primam tubam quæ post diluuium personuit ad destructionem peccati, ad astruendum, quod cura esset deo de peccatis hominum, & quod omnes in nouissimo die iudicaturus sit, ¶ Operosum atq; perpulchrum est ostendere de scripturis, ubi, quando uel quomodo fuitq; angelorum istorum tuba cecinerit, quæ tertia pars terræ ignea grandine cõbusta sit, qui mons magnus in mare missus, & quæ tertia pars maris siue creaturæ mortua sit, quæ tertia pars fluminum amara facta, uel in abissi uersa sit, quæ uel cuius solis aut stellarum tertia pars percussa & obscurata fuerit, quis puteus abyssi, & quomodo illum stella de celo cadens aperuerit, unde fumus ascendit & locustæ exierunt, qui quatuor angeli alligati in flumine magno Eufrate, sed ad uocem iubentis dei soluti, quod ultimum sit uerbum, & quæ uoces dicentium: Factum est regnum huius mundi, domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum uerbum. Operosum est, inquam, certis ex locis scripturarũ ostendere hæc omnia, nouissimũ magni iudicij die, claris testimonijs præcurrentia. ¶ Præterea iam hic sciendum, quia quando plagg iam dicte fieri coeperint, ad fidem siue confirmationem futuri iudicij dei, simul quoq; misericordiae præparatio non defuit, quæ iudicij illud fugientibus semper præsto est, & omnibus occurrit. Pulchre ergo ubi dictum est, & uidi septem angelos, & datae sunt illis septem tubæ, ante quam aliquis illorum tuba caneret ecce, inquit, alius angelus uenit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & cætera. Iste namq; angelus siue angeli istius actus uel habitus, misericordias atque que fidelis pontificis Christi sacerdotũ designat, quod ibi iam figurari cõceptum est, ubi angelus tuba, & plagg fieri coeperunt, quod sermonis nostri sequentia pro posse declarabunt. ¶ Itaq; sicut in præcedentibus septem libri sigillis absoluitis, spiritum intellectus, sic in istis septem angelorum tubis, & in illo alio angelo thuribulum habente, spiritum consilij operatum esse siue operari agnoscimus. Vnde post cantum tubæ sexti angeli leuat manum suam in celum fortis angelus, iurans per uiuẽtem in secula seculorum, quia in diebus uocis septimi angeli, cum ceciderit tuba canere, consummabitur mysteriũ dei. Mysterium namq; hoc loco idem est quod secretum consilium. ¶ Et hoc uere magnum fuit cõsiliũ magni dei, quod ultimum iudicium per ignem futurum non ita repente aut ex improviso uoluit euenire, sicut illud antierius iudicium per aquam factum, sed multa præmisit ad idem iudicium pertinentia, per quæ non dubitaretur esse futurum, socia ubiq; misericordia pro illis quos penitentiam agere uel acturos esse præuidit ante ipsum iudicium. ¶ Habentes ergo in hac recapitulatione magnam misericordiam atq; iudicij materiam, unde grandis sermo iure nobis fit, nisi quia imbecilles sumus ad dicendum, primum de misericordiam in instrumento loquamur, secundum talem huiusce angelicũ uel habitum. Res ipsa iam postulare uidetur, ut primo inquiramus, quis esse secundum suam personam æstimetur iste angelus: Deinde cuius figuram gesserit, siue quem significet dicemus, iuxta sensum, quẽ publicus sancte ecclesie iam dudum comendauit usus. Omnium quidem angelorum: primum atq; benignum esse studium circa genus humanũ, multa commendat sanctarum testimonio scripturarum, ut exempli gratia illud euãgelicum: Dico uobis, gauisus erit coram angelis dei super unum peccatorem penitentiam agente. Illi congaudentes redemptionis nostræ, nato domino magna multitudine solennizantes atq; persultantes gloriam in altissimo deo, & in terra pacem hominibus bonæ uoluntatis decantando annuntiant, & annuntians decantant: ipsi resurgente domino, eodemq; ascendente in celum, in albis uestibus apparentes, salutis nostræ festiuitatem concelebrant, & celebrandam fidei nostræ intimare festinant. ¶ Veruntamen præ omnibus Michael atq; Gabriel coram domino pro nobis sunt, propter

Matth 10
2. Timor. 2
Spūs Iohãnis liber in exilio & dilatatatus.

Argumentum VII. cu barum.

Spūs cõsilij aperiet VII. tubarũ mysteria.

Iudicij pi gnẽ nõ ueniret repete, sicut per aquas factũ est.

Pius angelorũ affectus erga nos. Lucæ 15
Lucæ 2
Matth. ult. Actoꝝ 1

Michael & pter

Gabriel p̄cipue nobis bene uolunt. Daniel 9 Gabriel p̄positus p̄giorum. Lucæ 1 Psal 33 Daniel 9 Michael an p̄pitiacionis. Daniel 10 Ibidem. Lucæ 1 Intra 12 Daniel 10 Michael princeps populi dei filiorum Abrahæ Daniel 11 Roma. 4-9 Ang: 19 Iuxta aram tēpli, Michael. Gene 15 Ara templi, Christus ē. Templum ecclesia. Gene 22 Thuribulū aureum, fides. Incēsa p̄ces sancto rum. Exodi 1

pter nos fatagunt, & in nostrum eunt atq; ueniunt adiutorium, sicut testatur utrunq; uetus scilicet & nouum testamētum. Nam in ueteri Daniel audiuit uocem dicentis sibi Gabriel, fac intelligere istum uisionem. Virum istum qui Gabriel loqui p̄cepit, ut Danielem faciat intelligere uisionem, Iudæi Michael autumant. ¶ Consequenter autem quia uisio de p̄lisis erat regnūq; certaminibus, imō regnorum successiōibus, Gabriel, qui p̄positus est p̄lisis huic officio mācipatur. Gabriel enim in nostra lingua uertitur fortitudo uel robustus dei. Unde & eo tempore, quo erat dominus nasciturus, & indiciturus bellum dæmonibus, & triumphaturus de mundo, Gabriel uenit ad Zachariam & ad Mariam, & postea in psalmis de domino legimus triumphante: Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus fortis ipse est rex gloriæ. De hoc in alia uisione idem propheta: Adhuc, inquit, me loquente in oratione, ecce uir Gabriel quem uideram in uisione à principio, cito uolans tetigit me in tempore sacrificij uespertini & docuit me. ¶ Porro ubi populo prospera promittuntur, & propitiatio uel expiatio necessaria est, Michael dirigitur, qui interpretatur, quis sicut deus. Hinc est illud: Princeps autē regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus, & ecce Michael unus de principibus primis uenit in adiutorium meum. Itemq; post pauca: Veruntamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura ueritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his nisi Michael princeps uester est. Deniq; cum dicitur Nisi Michael particeps uester est adiutor meus, subaudiendum est, ad rogandum deum pro uobis, ad offerēdas deo orationes uestras. ¶ In nouo autem testamento, & Gabriel annuntians deo dominicæ incarnationis fungitur officio, & Michael princeps in p̄lio contra diabolū secundum hanc ipsam Apocalypsin declaratur. Nam factum est, inquit, p̄lium magnum in celo, Michael & angeli eius p̄fatiabantur cum dracone, & cætera. Cum igitur omnium, ut iam dictum est, angelorum circa nos homines p̄sum sit beneuolentia peruigili studium, multo maxime de istis hoc sentiendum est, quos utriusq; ueteris scilicet & noui testamenti tam celebre per nomina sua tātis ne gotijs designat p̄conium. ¶ Sed & istorum tam excellentium maximus nobis est Michael, quippe qui & illius alterius testimonio princeps noster & dicitur & est, princeps in p̄lio, princeps in oratione, qui & supra cum diceret Danieli: In tempore illo confurget Michael princeps magnus, qui staret pro filijs populi tui, & ueniet tempus, quale non fuit ex eo, ex quo gentes esse cœperunt, usq; ad tempus illud. Pro filijs populi tui cum dicitur Danieli, nos ipsos recte intelligimus, quia nimirū & nos, quicunq; ex fide Abrahæ sumus, cum Daniele & homo omnibus non tantum carnis, sed & fide Abrahæ filijs unus populus autoritate scripturarum & dicimur & sumus. ¶ His itaq; testimonijs astipulātib; ueraciter agnoscimus et dicimus, hunc angelum, qui tali schemate stetit iuxta aram templi, Michaelē esse archāgelum principem nostrum, & istum cunctis retro seculis anteq̄ nasceretur nobis de uirgine puer, qui dicitur & est magni cōsiliij angelus, ante, inquam, scilicet ex quo gētes cœperūt, ex quo creditur Abrahā deo, & re putatū est ei ad iustitiā, istū stetit pro filijs populi illius, eorūq; fuisse adiutorē nō dubitamus. Ex quo creditur Abrahā deo, ut iam dictū est, & reputatū est ei ad iustitiā, iste angelus stetit iuxta aram tēpli habēs thuribulū aureū in manu sua. Nondū significationē stantis attingimus de qua postmodū dicturi sumus, sed adiutorij eius quo populū priorē in propria persona adiuuit princeps, actus cōmemorare intēdimus. ¶ Quam ergo iuxta aram templi, uel cuius templi iuxta aram illum stetit intelligimus: Nimirū templū dei sanctū, sancta uniuersalis ecclesia est, & huius tēpli ara siue altare Christus est. Quomodo in templo manufacto uisibile altare omnimoda dignitate religionis p̄eminet, sic in ecclesia sua deus & homo Christus, diuina simul & regia maiestate p̄epollet. Quomodo iuxta arā huiusmodi iste angelus stetit: Vbi primū ara ipsa in tēplo suo fundata est: ubi Christus per fidē in cordibus patrū repositus est, credentiū huic uerbo: Et in femine tuo benedicētur omnes gētes, quod utiq; semen Christus est, extic angelus iste gētis illius princeps factus est, & iccirco recte iuxta arā stetit dicitur quia propter huiusmodi fidem tutor & adiutor illi populo datus est. L. Stetit ergo, inquit, habens thuribulū aureum in manu sua. ¶ Thuribulū aureum fides illoꝝ erat sancta, fides pura, fides aurea, uisidelicet multis tribulationibus eorum dē super terrā peregrinantū, uel ut aurum in camino ignis probata. Hāc illoꝝ fidem tanq̄ thuribulū habebat in manu sua, scilicet ipsam habēs pro illis iustitiæ causam, ad impetrāda dei beneficia. Unde & sequitur: L. E. data sunt ei incēsa multa, ut daret de orationibus sanctoꝝ; omniū super altare aureū q̄d est ante thronū. ¶ Quid per incēsa uelit intelligi ipse exposuit dicendo, ut daret de orationibus sanctoꝝ; omniū super altare aureū. Ergo incēsa quæ illi data sunt, sanctoꝝ; orationes sunt. Quid autē orabat sancti illi, quorū iste angelus in tali ministerio princeps erat, sicut propheticā ueritas asruit? ¶ Quid orabant, uel pro qua re orationes maxime faciebant? Plene quidem sunt diuine pagine clamoribus magis q̄ orationibus illoꝝ, qui nō nisi in necessitate & temporalī salute deum inuocare nouerūt. Exempli gratia: Mortuus est rex Aegypti, & ingemiscētes filij Israël propter

pter opera uociferati sunt ad dominum. Ascēditq; clamor eorum ad dominum pro operibus, & audiuit gemitum eorum. Item: Iratus est dominus cōtra Israël, tradidit eos in manus illius, serueruntq; ei, & clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis saluatores & liberauit eos. Ple ne, inquam, sunt diuine pagine huiusmodi clamoribus illoꝝ. ¶ Sed nunquid hi soli clamores, uniuersæ illæ orationes sanctoꝝ; & uniuersa incēsa fuerunt quæ isti angelo data sunt: Si nihil aliud adorauerunt, ergo ne orationes illorum, incēsa uocari, & ante altare siue ante thronum in conspectu dei adoleri dignæ fuerunt? Igitur orationes sanctoꝝ; patrū siue patriarcharum, quæ hic incēsa digne uocari meruerunt, illæ fuerūt quas effundebant propter Christum, propter adificandū eius aduentum magno patri Abrahæ repromissum, ut in ipso benedicerentur cum omnibus gentibus siue cognationibus terræ, atq; absoluerentur ab illa primæ p̄uaricationis maledictione. ¶ Hoc maxime Dauid sanctus in psalmis patenter intendit, q̄s orando canit, quippe qui & pro ipsa intētionē tantę dignitatis iudicat easdem orationes suas, ut in persona eius, cuius aduentū suspirat, plerōsq; psalmos proferat, quod ipse sensus eorum indubitanter attendentibus indicat. Exempli gratia: Deus laudem meam ne tacueris, & cæte rapro eo ut diceret: Deus laudem Christi filij tui ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super eum apertū est. Locuti sunt aduersus illum lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt eum, & expugnauerūt eum gratis. Proinde hæc & huiusmodi incēsa uera esse non ignorans, quodā loco cum dixisset: Domine clamauit te exaudime, intēde uocī meæ cum clama uero ad te, subiunxit cōtinuo: Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in cōspectu tuo, & est sensus: Hoc fac, ut oratio mea sit directā, nō in conspectu hominū, qui sospitatē corporis & diuitias orare & similia, dire cōtā putant esse orationē, sed in cōspectu tuo, in beneplacito tuo, quod idem est ac si diceret: Hoc fac me orare quod orandū est. Sequitur ergo: Et ascendit fumus incēsoꝝ; de orationibus sanctoꝝ; de manu angeli coram deo. ¶ Fumus incensoꝝ; suauissima cōsturgit, quomodo ab igne cremante dum liquefcit incensum, fumum creat odoriferum, sursum naribus patulis sensum inspirās in sicut suauitatis. Illuc usq; pulchra gradatione huiusmodi fumus ascēdit. De orationibus sanctoꝝ; ad manū angeli, de manu angeli corā deo ascēdit. Quid deinde? L. E. accepit angelus thuribulū & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram. Et facta sunt tonitrua, & uoces, & fulgura, & terræ motus magnus. ¶ Hoc thuribulū aureum fumus incensoꝝ; hoc manus angeli mediātis impertrauit, ut de igne altaris pleno thuribulū mitteretur in terrā, & fieret tonitrua, & uoces, & fulgura, & terræ motus magnus. Hoc, inquam, ut manifestū dictū sit, aurea sanctoꝝ; patrū fides emeruit, ut tanta fieret in gente illa signa & prodigia, quibus cōtrita est Aegyptus, Pharaon superbus cum curribus suis & equitibus suis, filijs Israël per mediū maris transeūtibus, utq; fieret in mōte Synai quod scriptū est: Jam adueniet dies tertius, & mane inclarerit, & ecce cœperūt audiri tonitrua ac micare fulgura, & nubes densissima operire montē, clangorq; buccinæ uehementer perstrepebat, timuitq; populus qui erat in castris. Hoc respiciēs Moyses homo dei, saluo sacratore intelledū, dum benediceret filijs Israël dixit: Dominus de Syna uenit, & de Seyr ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctoꝝ; milia. In dextera eius ignea lex. ¶ Ignem legem dixit, ne dubites per ignem quem angelus iste misit in terram, recte legem debere intelligi. Et quid est lex ignea, nisi lex spiritus dei, qui per ignem solet significari, cōscripta: & cōtra peccata perseuerātia zelo fortissimo feruida: Quod autē iste ignis manu angelica in terrā missus sit, quod ista lex ignea per angelos administrata sit, Stephanus protomartyr in Actibus Apostolorum patenter edicit: Et occiderūt, inquit, eos, qui p̄nuntiabāt de aduentu iusti, cuius uos nūc proditores & homicidæ fuistis, qui accepistis legem in dispositione angeloꝝ; & nō custodistis. Quid hoc testimonio manifestus? Legem, inquit, in dispositione angeloꝝ; accepistis. Apostolus quoq; ad Galatas scribens, dicit: Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est donec ueniret semen, cui repromiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Quam in manu, uel cuius mediatoris? ¶ In manu nimirum mediatoris angeli magni, qui nūc mediator dei & hominū est homo Christus Iesus. Hunc enim & iam dictus protomartyr in Actibus Apostolorum patenter innuit dicēdo: Hunc Iouenem deus principē & redemptorē misit cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. Et Malachias propheta manifestus exprimit quis uel quā tus sit angelus iste, cum dicit: Et statim ueniet ad templum suum dominator quem uos queritis & angelus testamenti quem uos uultis. ¶ Itaq; quomodo angeli, quorū in dispositione siue ordinatione, promissio ad Abrahā, & Isaac, & Iacob facta est & lex data est, plures fuerūt, iste, qui autoritate prophetica princeps illius populi dicitur fuisse, archangelus Michael in tanto negotio nullatenus defuisse credēdus est. Nam et si illic de suæ personæ manifestis in diebus taceret, aliās nō taceret. Deniq; cum esset Iosue in agro urbis Hiericho, Iosue uisus & uidit uirū stantē contra se, & euaginatū gladium tēnētē, perrexitq; ad eum & ait: Noster es an aduersarioꝝ; Qui respōdit: Nequāq; Sed sum princeps exercitus dñi, & nūc uenio. Sane q̄d dixit, sed

Iudic 3 Que orationes digne uocantur incensa. Gene 22 Orationes Dauid in psalmis. Psal 108 Psal 140 Fumus incensoꝝ; affectus. Galat 5 Miracula ex fide patrum. Exodi 14 Exodi 29 Deut 32 Lex ignea est ignis in terrā ab angelo missus Actoꝝ; 7 Galat 3 Angelus magnus & mediator christus. Actoꝝ; 7 Exod 3 Malach 3 Vbi que Michael in negotijs angeloꝝ; p̄sens fuit. Iosue 5

sum princeps exercitus domini, non sufficiens fuisse et de scriptis personae huius Michaelis archangeli, nisi suppleuisset ipsa quam supra diximus auctoritas prophetalis, qua dixit ille alius angelus, & nemo est adiutor meus in omnibus istis nisi Michael princeps uester. Item q; alibi: In tempore, inquit, illo cõsurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. Multa sunt nimis & plura, q; ut presenti loco commemorare patiatur tenor propositi nostri, quę per ministerium principis huius facta sunt, sicut scripturis sacris cõtinentur: ex quibus omnibus magnus iste princeps, quia per ipsum disposita sunt, sortitus est nomen Michael quod interpretatur, quis sicut deus: Quid enim aliud hoc nomine innuitur, nisi quia qualia per ipsum facta sunt, nemo facere possit nisi deus: Hoc deniq; & Psalmista perspicuus, quis deus, inquit, magnus sicut deus noster? Tu es deus qui facis mirabilia, & cetera. ¶ Sciendũ tãdem quia angelus iste non in re, sed tãtum in significatione mediator fuit. Nam idem Apostolus, ut supra meminimus, dixit, quia lex propter transgressores posita est, donec ueniret semen cui repro-miserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Et alibi dicitur: Unus deus & unus mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Significatio ergo qualiter mediator fuerit, id est, qualiter mediator dei & hominũ secundum hanc uisionem significauerit, iam dicendũ est. ¶ Venit, inquit, angelus & stetit ante altare habens thuribulũ aureum in manu sua. Angelum esse Christum dei filium, angelum, id est, nuntium magni consilij. Hunc esse uel dici non solum propheta, uerum etiam legalis auctoritas astruit, cum ad Moysen deus dicitur: Ecce ego mittam angelum qui præcedat te, & custodiat in uia, & introducat in locum quem paraui. Obserua eum & audi uocẽ eius, nec contemendum putes, quia nõ dimittit cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Nam angelus in quo debeat esse nomen dei, id est, qui deus aut dñs uere debeat dici, unus & solus est deus, Christus filius dei. Hic, inquit, uenit, uidelicet in hunc mundũ, per incarnationis mysterium. Nam & ex eo quod sic uenit, & uoluntatem patris nobis annuntiauit, angelus dicitur & est. Veniens autẽ stetit ante altare habens thuribulũ aureũ in manu sua. Quomodo stetit ante altare, nisi præsto se exhibens, ad subeundum opus obedientie spontaneę: Cum enim tanq; deus manu sua se tueri posset, tanq; homo infirmum se inueniri & teneri passus est, dixitq; orans ad patrem: Mi pater, si possibile est transeat a me calix iste, ueruntãme non sicut ego uolo, sed sicut tu. Itaq; nõ se defendens stetit ante altare, uidelicet tanq; ovis, ductus ad immolandũ, & nõ aperuit os suũ. ¶ Taliter astetit, aureũ in manu sua habẽs thuribulũ, scilicet apparens in conspectu ecclesię factus ipse thuribulũ, ut super altare crucis thuribulũ suum aureum, id est, corpus immaculatũ & de spiritu sancto cõceptum, offerret patri pronobis. Et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctoꝝ omnium super altare, quod est ante thronum. De orationibus sanctoꝝ obtulit incensa. Ipse enim libauit ecclesia preces, suas dicens: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Accepisse autem de orationibus sanctoꝝ idem dicitur & obtulisse, quia per ipsum omnium possunt preces ad dominũ suauiter peruenire. ¶ Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo, Christo domino se hostiam suauitatis offerente, compunctio cordis sanctoꝝ rum, acceptabilis facta est, quę ab igne nascens intimo, sicut fumus soluitur ex oculis lacrymarum, & accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, bene thuribulum igne plenum inducit. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Quod proprie de Christi humanitate nouimus adimpletum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et misit in terram. Sic & dominus in euangelio: Ignem, inquit, ueni mittere in terram. Et facta sunt tonitrua, & uoces, & fulgura, & terrę motus. Tonitrua cõminationes supernę. Et uoces, id est, exhortationes. Et fulgura, id est, splendores miraculorum. Terrę motus, ut quibusdã minifeste quentibus, quibusdã uero se quentibus istis dicentibus bonus est, illis autem, non, sed se ducit turbas. Nunc ad ordinem recurramus: Diximus supra, quia sicut in præceptis præcedentibus, septem libri sigillis absolutis, spiritum intellectus, sic in istis septem angelorum tubis, et in illo alio angelo thuribulum habente, spiritum cõsiliij operatum esse siue operari agnoscimus, ipsum tamen dei consiliium in eo magnum & mirabile fuisse uel esse, quod ultimum iudicium per ignem futurum, nõ repente aut ex improviso uoluit euenire, sicut illud anterius iudicium per aquam factum, sed multa præmisit ad idem iudicium pertinentia, per quę non dubitaretur futurum esse, loca ubique misericordia, pro illis quos penitentiam agere uel acturos esse præiudicauit ante ipsum iudicium. ¶ Cum igitur angelus iste staret, ut supra iam dictum est, datus in principem Abrahamę & semini eius, sumpto thuribulo paratus ad suscipienda orationum incensa, ad impetranda pro illis misericordię suffragia. L Tunc & septem angelis septem tubę datę sunt, & parauerunt se ut tuba canerent. ¶ Videlicet ad intonandum iudiciũ aduersus peccata gentiũ, quę sub eodem tempore uias suas ingre di cœperunt. Tubę, inquam, illis datę sunt, uidelicet ad excitandum orbem terrarum ut pugnet per deo aduersus insensatos, ut per quę peccabant, per ipsa & punirentur. L Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis, mixta in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terrę cõbusta est, &

Daniel. 10
Daniel. 12

Psal. 76
Angelus mediator est, non re, ut Chrs, sed significatione.

Galar. 3
1. Timot. 2
Esaie 9
Exodi 23
Verba Mosi de angelo q; Christus e.

Math. 26
Lucæ 22
Esaie 53
Thuribulũ aureũ, corpus Chri.

Psal. 140

Fumus incensorum in oblatione Christi.

Iohan. 3
Coloss. 2
Lucæ 12

Iohan. 7

Spūs cõsiliij in VII. cubis

VII. tubę cõtra peccata gentium, Sapient.

est, & tertia pars arborum combusta est, & omne scenum uiride combustum est. ¶ Primi angeli uel primę tubę cantus, clamor ille fuit de quo dominus ad prædictum patrem Abraham taliter locutus est: Clamor Sodomę & Gomorrę multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam & uidebo, utrum clamorẽ, qui uenit ad me, opere compleuerint: an nõ est ita, ut sciam. Deniq; ab angelis nobis deputatis, quotidie die noctuq; domino factori nostro opera nostra nuntiantur. Si ergo magnũ sit opus quod agimus, dum annũtiatur, ipsa annũtiatio quasi cãtus tubę est, quasi magnus clamor. Siue per grande peccatũ siue oratio sit uehemens, ante deum clamor est. Nam qui dixit: clamor Sodomę & Gomorrę multiplicatus est, ipse alio loco dicit: Vidi afflictionem populi mei, & clamorẽ eius audiui. Canente ergo tuba primi angeli, facta est grando, & cetera. Quãdo uel quomodo hoc factũ sit, cui cognitum est: Pluit em̄ dominus super Sodomã & Gomorram sulphur & ignem, & subuertit ciuitates has, & omnẽ circa regionem, uniuersos habitatores urbium, & cuncta terrę uiriditã. ¶ Deniq; terrę arborę, atq; sceni nomine homines subintelligẽdi sunt, cum bene nota scripturarum autoritate. Terrę, ut exempli gratia, cum deus dicitur: Quia puluis es, & in puluerem reuertentis siue, terra es & in terrã ibis. Et alibi: Quid superbit terra & cinis? Arborę, cum idem dominus dicit: Nõ est arbor bona quę facit fructus malos, neq; arbor mala faciens fructũ bonum. Sceni, cum idem dñs dicit per prophetã: Clama: Omnis caro sceni, & omnis gloria eius quasi flos sceni. Excitatu est scenum, & cecidit flos, uerbum autẽ domini manet in æternum. Ergo terra, arbores, scenum uiride, homines Sodomitę, cupidi, elati, luxuriosi, imò libidinofii fuerunt. ¶ Sed cur tertia pars terrę siue arborę, id est, hominũ dicti sunt: uidelicet ob duplicẽ causã: quia & de stirpe Cham, & impenitẽtes fuerunt: genus quippe Cham recte tertia pars hominum dicitur, & est quia nimirũ tres erant filij Noẽ, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham & Iaphet. Porro Cham ipse est pater Chanaan: de cuius posteris Sodomitę disseminati sunt, sicut scriptũ est: Per hos disseminati sunt populi Chanaanę orę, facti sunt termini Chanaan uenientibus a Sydone Geraram usq; Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorram, & ad Amam, & Seboym usq; Lesa. Ergo natura, id est, genere siue natione, tertia pars, id est, de tertia parte hominum erãt, cum essent de stirpe male dicti Chanaan unius ex posteris Cham, dicente patri: Male dicti Chanaan, seruus seruoꝝ erit fratribus suis. Hęc una est causa ob quã Sodomitę tertia pars terrę, siue tertia pars arborũ recte dicantur. ¶ Alia est causa, quia facti iam dicti est, in penitentes fuerunt, peccatũ suum prædicantes nec abscondentes. Vnde haec tenus istis qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, cur damnentur a deo iudice, causa redditur huiusmodi: Quia peccatũ suum, inquit, sicut Sodoma prædicauerit, nec absconderunt. Impenitentes namq; ita pars tertia hominũ sunt, ut iusti qui digne prædicare debeant, & peccatores qui audiunt, & ad prædicationẽ illorum cõuertuntur, saluare non dubitentur animas suas, & sola quę superest impenitentiu pars, sine dubio mittenda sit in gehennam. L Et secundus angelus tuba cecinit, & tanq; mons magnus igne ardens, missus est in mare. Et facta est tertia pars maris, sanguis: & mortua est tertia pars creature, quę habet animas, & tertia pars nauium interiit. ¶ Tunc secundus angelus tuba cecinit, quãdo mortuo rege Aegypti, ingemiscetes filij Israël propter opera uociferati sunt ad dominũ, ascẽditq; clamor eorum ad deum pro operibus, & audiuit gemitũ eorum. Canente autẽ hac tuba, tanq; mons, inquit, magnus igne ardens missus est in mare. Recordatus est em̄, inquit scriptura, fœderis, quod pepigit deus cum Abraham, Isaac & Iacob, & respexit super filios Israël, & liberauit eos. Quomodo liberauit eos? Extende, inquit, manum tuam super mare, & reuertantur aquę ad Aegyptios, super currus & equites eoꝝ. Reuertẽtq; sunt aquę, & operuerunt currus & equites cõti exercitus Pharaonis, qui se quentes ingressi fuerant in mare, ne unus quidem super fuit ex eis. ¶ Ergo tanq; mons magnus igne ardens missus est in mare, scilicet Pharaon cum curribus suis, exemplar superbię diabolice. Mõtis namq; nomine superbia, ignis ardentis eorum dẽ scilicet Pharaonis & Aegyptioꝝ, designatur inuidia, Nam de superbia illorum Iethro quoq; cognatus Mosi cum dixisset: Benedictus dñs qui liberauit uos de manu Aegyptioꝝ & de manu Pharaonis, qui eruit populũ suum de manu Aegypti, cõtinuo subiunxit: Nunc cognoui, quia magnus dñs super omnes deos, eodẽ q; superbe egerint contra illos. Porro inuidiã suę ignẽ urẽtem ipse satis indicat Pharaon, cum dicit in initio: Ecce populus filioꝝ Israël multus, & fortior nobis est, uenite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur. ¶ Maris nomine gentes hic significantur, quemadmodũ & in psalmo cum dicit: Et trãserunt montes in cor maris. Idem est em̄ ac si diceretur, dum a Iudæis in mediũ gentium transfuerunt apostoli. ¶ Nauium quoq; nomine uita hominũ transitoria designatur, quemadmodũ & in Iob: Dies mei, inquit, transferunt, sicut naues poma portantes. ¶ Itaq; & hic per tertiã partem maris siue nauium, sicut supra, per tertiã partem terrę atq; arborę, tertia pars hominum intelligitur recte, scilicet, progenies Cham. Aegyptij namq; de Mesraim, uno ex posteris Cham, exortii sunt: Scriptum quippe est: Filij autẽ Cham, Chus, & Mesraim, & Phur, & Chanaan, ac deinceps. At uero Mes-

Prima tuba contra Sodomam & Gomorrã. Gene. 18

Exodi 3

Gene. 19

Gene. 3
Ecci. 10
Math. 7
Lucæ 6
Esaie 40

Cur Sodomitę tertia pars terrę quia de stirpe Cham erant. Gene 10

Gene. 9
Impenitẽtes, tertia pars hoim. Propher. 2
Esaie 3

Secũda tuba contra Pharaonẽ & exercitũ eius. Exodi 15
Exodi 2
Exodi 14

Mons magnus missus in mare. Exodi 18

Exodi 1
Mare gẽtes significat. Psal 45
Iob 9

Aegyptij q; de stirpe Cham: Gene. 10

rain genuit Ludim, & Ananiam, & Laabim, & Neptuim, & Phetufim, & Chesuim, de quibus
egressi sunt Philistinim, & Capturim. Quod ex isto scilicet Mesraim, Aegyptij quoque, ut iam
dictum est, orti sunt, antiquiores tradunt. Psalmista quoque patrem eius Cham, patrem Aegyptio-
rum fuisse astruit, cum dicit: Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias ovis la-
boris eorum in tabernaculis Cham, id est, ubi filij Cham, filij Noe habitant. Aliam nihilominus
ob causam Aegyptij tertia pars fuerit, uidelicet quia & ipsi impoenitentes fuerunt a deo, ut cum
coram illis signa & prodigia multiplicarentur, ipsi amplius in durarentur. Oderant enim filios
Israel, & inuidebant eis, & iccirco, ut proprium est odientium atque inuidientium, quanto plura ui-
debant pro eis signa fieri, quae gloria illorum erat, tanto duriores efficiebantur, augmentum per
singula signa capiente magnitudine odij. Hoc praevidentis ipse dominus dicebat ad Moysen: Ego
indurabo cor eius, & non dimittet populum. Quod idem est ac si diceret: Ego quidem signa
coram eo faciam, sed haec illi ad nihil aliud ualebunt, nisi ut odientis crescat inuidia, inuidientis
coram eo faciam, sed haec illi ad nihil aliud ualebunt, nisi ut odientis crescat inuidia, inuidientis
augescat odium. Impoenitentes ergo erant, & cum, ut supra dictum est, tres sunt partes hominum,
alij quippe iusti, alij poenitentes, alij impoenitentes sint isti, quia de impoenitentibus erant, de ter-
tia parte erant. Quod autem hic dicitur, quia tertia pars maris facta est sanguis, quoniam mare, ut
supra iam dictum est, gentes significat, inquam, tertia pars maris, & tertia pars quae habebat
animas, mortua est, patet ad illud spectat, quod percussit aquam fluminis coram Pharaone &
seruis eius, quae uersa est in sanguinem, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt, et iumenta
quoque igne & grandine coebullit. Unde & Psalmista: Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occi-
dit pisces eorum. Ac deinceps: Et tradidit grandini iumenta eorum. Item: Viam fecit semitae ire
suae, non pepercit a morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte coebullit. Et rursus: Qui per-
cussit primogenita Aegypti, ab homine usque ad pecus. Iam ergo secundum litteram tertia pars
hominum, id est, genus Cham, unius ex tribus filiis Noe, secundo percussa est: Historicas nan-
que percussiones ostendere magis intendimus. Et tertius angelus tuba cecinit: Et cecidit de
caelo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes
aquarum, & nomen stellae dicitur absinthium. Et facta est tertia pars aquarum absinthium, &
multi homines mortui sunt de aquis, quia amarae factae sunt. Fluminum quoque nomine gen-
tes significantur, ut illic: Eleuauerunt flumina fluctus suos, a uocibus aquarum multarum, quod
est dicere: Inimice gentes eleuabunt tanquam fluctus quasdam commotiones suas, scilicet mi-
nas, uerbera, & cetera talia: & hoc facient a uocibus aquarum multarum, id est, propter uoces
praedicantium euangelium Christi, siue propter clamoras accusationes multorum, cum popu-
lari tumultu dicentium nouae religionis cultores, suorumque exterminatores aduenisse deo-
rum. Porro tertia pars gentium, sicut iam dictum est, genus erat Cham. Igitur tunc tertius
angelus tuba cecinit, quando post quadraginta annos ab exitu filiorum Israel de Aegypto, com-
pletae sunt iniquitates Amorrhaeorum, & caeterarum gentium suae regno: Chanaan. Quod & pa-
tentiade de expectans, cum dixisset ad Abrahamum: Scito prenosens quod peregrinum futurum sit
semen tuum, in terra non sua, & caetera ita subiunxit: Necdum completae sunt iniquitates Amor-
raeorum usque ad praesens tempus. Itaque canente tuba tertia, id est, istorum quoque clamore alce-
dente ad deum, eo quod perseveranter peccando iniquitates suas adimpleissent, tempusque esset ut
iam terra illos euomere deberet: Cecidit, inquit, de caelo stella magna ardens tanquam facula.
Stella ardens tanquam facula, id est, ira dei magna de caelo cecidit super gentes illas: ira, inquam,
dei nobis stella, illis tanquam facula. Nobis enim lucet ira dei, & ad cognitionem proficit eiusdem
dei, quae illos tanquam facula consumpsit: ita ut furore suo arderent, & nullam misericordiam quaer-
erent, neque se uictoribus traderent. Nam sic scriptum est: Non fuit ciuitas quin se traderet filiis
Israel, praeter Euaeum qui habitat in Gabaon. Omnes bellando cepit Iosue: Domini enim senten-
tia fuerat, ut in durarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mereren-
tur ullam clementiam, ac perirent, sicut praedixerat dominus Moysi: Et cecidit in tertiam partem flu-
minum, & in fontes aquarum. Id est, in illas gentes quae, sicut iam dictum est, de tertia parte
hominum, scilicet de genere Cham. Item & ob aliam causam de tertia parte hominum, ui-
delicet quia impoenitentes erant: Nam tres partes ibi maxime distincte apparuerunt, iustorum
scilicet, quod erant filij Israel propter dei cultum: Poenitentium, ut erat domus Raab meretricis,
quae nuntios filiorum Israel suscepit, de qua & scriptum est: Raab uero meretricem & domum pa-
tris eius atque omnia quae habebat fecit Iosue uiuere, & habitauerunt in medio Israel, usque in pre-
sentem diem. Porro impoenitentium pars ipsi erant, quippe & magnalia dei quae in Aegypto
& deinceps facta fuerant, & quae ipsi audierant, inde, illa inquit, elangerunt omnes habita-
tores terrae: sed non, ut ipsa & domus eius, ad poenitentiam conuersum sunt. Et nomen, inquit,
stellae dicitur absinthium. Absinthium Graecum nomen est herbae, quae gustu amarissima est,
suauis odore, temperamento corpori praefrans, cuius contusa folia succo suo uomitum extor-
quent, & auferendis doloribus uel contusionibus corporum utilissima comprobatur. Huicre-
cte comparatur, eiusque nomine nuncupatur ira illa uel sententia dei, quae super gentes illas ue-
nit, ita

nit, ita ut euomeret eos terra, & quasi malis humoribus eiecitis, releuato peccatore liberaretur.
Sic enim de illis ipse deus loquitur: Omnes execrationes istas fecerunt accola terrae, qui fuerunt
ante uos, & poluerunt eam. Cauete ergo & ne uos euomat cum paria feceritis, sicut euomit gen-
tem quae uertit ante uos. Recte ergo, ut dictum est, stella illa cadens, id est, sententia dei super gen-
tes illas ueniens, dicitur absinthium, quae talem tanquam necessarium terrae illi fecit uomitum. Et
facta est tertia pars aquarum ab absinthio, & multi homines mortui sunt, quia amarae factae sunt.
Facta est absinthium, id est, demonstrata est esse amarissima, nimiumque perniciosa filijs Israel
eorundem cohabitatio gentium, & multi ex eis mortui sunt de aquis, id est, de gentibus illis,
quia amarae factae sunt: uidelicet sicut praedixerat deus ipse Israeli denuntians per Moysen. Ca-
ue ne unquam cum habitatoribus terrae illius iungas amicitias, qui tibi sint in ruinam. Non in eas
factum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicatae fuerint cum dominis suis, & adora-
uerint simulacra eorum, uocet te quispiam, ut comedas de immolatis, & caetera. Non enim au-
dierunt prohibentes dominum, sed biberunt aquas amaras multi, & mortui sunt, id est, comixti
sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptilibus eorum, & factum est il-
lis in scandalum. Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars
lunae, & tertia pars stellarum, ut obscuraretur tertia pars eorum, diei non luceret pars tertia,
& noctis similiter. Eleuata est manus percutientis a tertia parte terrae, maris atque fluminum,
ad solem, lunam & stellas, & percussa est tertia pars eorum, id est, a genere Cham tertia, ut iam
saepe dictum est, parte hominum siue gentium, terram amantium, semet ipsos amarificantium, & sem-
per in uitijs & peccatis defluentium, ad ipsum genus Sem, ad ipsum semen Abrahae, ad ipsam stir-
pem Iacob. Nam sicut illi qui deum non quaerunt, qui caelum non suspiciunt, propter hoc ipsum
terra sunt, mare sunt, flumina sunt, sic e contra semen uel filij Abrahae, sol sunt, luna sunt, stellas
sunt. Sol uidelicet propter Christum uerum solem, semen unum eidem Abrahae repromissum:
luna propterea quia ecclesia sunt stellae, propter diuinitatem, quam habuerunt singuli superni lu-
minis gratiam. Quod propiciens Moyses & estis, inquit, hodie sicut stellae caeli plurimi. Noue-
rat quippe & scripserat, deum dixisse ad Abrahamum: Suspice caelum, & numera stellas si potes:
moxque subiunxit, sic erit semen tuum. Amplius autem ad comprobandum quod sub nominibus so-
lis, lunae & stellarum, gens illa siue patres & matres, singuli quoque filij gentis illius recte debeant in-
telligi, illud testimonium uel solum sufficit: Vidi, inquit Ioseph, quasi solem & lunam, & stellas
undecim adorare me. Quod cum patri suo retulisset, quid, inquit ille, sibi uult hoc somnium quod
uidisti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Igitur quartus an-
gelus tuba cecinit, id est, murmuratio filiorum Israel in deserto praesente angelo qui praecedebat
eos in columna nubis, nimiumque cocitata, usque ad aures domini peruenit. Unde Moyses: Accedite,
inquit, coram domino: Audiuit enim murmur uestrum. Diu tuba illa personauit, diu aures dei catus
ille horrifonus moleste tetigit. Quapropter per mortuos ipse dicebat Moysi: Vade descende, pec-
cauit populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti: Recesserunt cito de uia quam ostendisti eis.
Deinde tunc aures eiusdem domini tuba illa molestissime tetigit, quando reuersis exploratoribus
& detrahentibus terrae quam insperarent apud filios Israel, uociferans omnem turba fleuit, &
murmurati sunt contra Moysen & Aaron cum filiis Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in
Aegypto, & non in hac uasta solitudine. Vtinam pereamus, & non introducat nos dominus in terram
istam, ne cadamus gladio, & liberi nostri ducatur captiui, & cetera. Tunc profecto
percussa est tertia pars solis illius, lunae illius, stellarum illarum. Iurauit enim in ira sua, si introibunt
in requiem meam. Vno ego, inquit, omnes homines qui uiderunt maiestatem meam, & signa quae
feci, non uidebunt terram pro qua iuravi patribus eorum. Ac deinceps: Vno ego, ait dominus, sicut locu-
ti estis audire me, sic faciam uobis. In solitudine hac iacebunt corpora uestra, oes qui murmura-
ti estis a uiginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam leua-
ui manum meam, ut habitare uos facerem, praeter Galeph filium Iephone, & Iosue filium Nun. No-
tandum est ex sacris historijs, quomodo disperierint, quibus adhuc pro causis disperditi sint, ita ut
alios terra uiuos absorberet, alios ignis egressus a domino interficeret, alios gladius concideret.
Vita & sine uo palam fecerunt, quod & ipsi quoque de tertia parte essent. Non quidem secum
dum carnis progeniem de tertia parte generis humani erant, id est, de genere Cham, sicut su-
pra memorati Sodomitae, sicut Aegyptij, sicut Chanaanij, sed secundum imitationem de eadem
parte erant, testante deo, cum tali Israeli per prophetam loquitur: Pater tuus Amorrhaeus, & ma-
ter tua Cetha. Amorrhaeus quippe & Cethaeus fuere de genere Cham, & filij Chanaan. Ergo
tertia pars isti fuerunt, ut putabatur, solis, lunae, & stellarum id est, populi sanctorum, reuera
autem tertia pars, id est, ad tertiam partem pertinentes hominum siue gentium, partem Cham, par-
tem Chanaan. Ita factum est, ut diei non luceret haec pars tertia, & noctis similiter. Semen illud
Abrahae siue gentis Israeliticae, quae respectu solis & luna, eodem erat dies clara, & nox lucida. Dies cla-
ra, uidelicet pro consanguineo sibi Christo patribus repromisso, sole eterno: Nox lucida, pro re-
temporalium ueritate uobis, terraque Chanaan possessione promissa, & regno terreno multis mira-

Leuit. 19. 20

Chananei fa-
cti sunt ab-
sinthium sicut
filij israel.
Exodi 23
& 34
Deut. 7

Filij Sem &
Abrahae co-
parant soli,
lunae, & stel-
lis.
Deut. 1
Gene. 15

Gene. 37

Quarta tu-
ba contra
murmuran-
tes filios Is-
rael in de-
serto.
Exodi 15
Exodi 16
Exodi 32
Numer. 14

Psal. 94
Numer. 14

Numer. 16
Murmura-
tores erant
de tertia
parte, non
genere, sed
imitatione
Ezech. 16
Murmura-
toribus neque
sol uerus lu-
x neque
nox.

Numer. 14

* Canturi. Aquila uo- las scriptu- ra sacra.

Vltio i mur- raturatores non fuit in scripturis prgnitiata

Exodi: 2

Ibidem.

riaultima uae praedi- cta sunt in scripturis. Pfall. 195

Daniel. 7

Roma. 2

C A P. IX.

Afflictioes filioꝝ Israel tēpore iudi- cum.

Iudic. 3 Iudic. 4 Iudic. 6

Iudic. 10 2. Reg. 12

3. Reg. 12

Quinta tu- ba cōtra fi- lios Israel sub iudici- bus degen- tes. Deut. 31

bilium dei signis illustrato. At illi infideles murmuratores, quicunq; in superbia deo detra- xerunt, & ob hoc ore dei dicti sunt multitudo pessima. Exempli gratia, cum dixit: Vique quo multitudo haec pessima murmurat contra me? Neq; in futura uita Christi uel solem, neq; in praesenti uita temporalem uidere meruerunt patrum haereditatem. Itaq; diei similiter noctis pars ista, quae putabatur diei esse & noctis lucidae, cum potius ad illam, ut iam dictum est, ter- tiam partem pertineret, in qua Chanaan reputatur est, non luxit, non clarificata est, sed tene- brosam post memoria reliquit. Et uidi, & audiui uocem unius uolantis aquilae per medium caeli, dicentis uoce magna: Vae uae uae habitantibus in terra: de caeteris uocibus angelorum trium, qui erant tuba canituri. Aquila haec uolans & praenuntia, sacra scriptura est. Notan- dum quod praecedentes quatuor percussiones nulla aquila praenuntiauit, quia uidelicet Sodo- mitis, quod coelestis igne uel sulphurea pluuia perdidit, Pharaoni & Aegyptijs, quod in mari Rubro peritura, Amorraeis quod completis iniquitatibus suis puniendi, & a terra sua forent euomendi, nulla scriptura, nulla lex scripta comminata est aut praedixit. Tantummodo per le- gem naturalem iudicati & damnati sunt. Similiter & murmuratores filij Israel, quorum cor- pora prostrata sunt in deserto, eandem murmuracionis & rebellionis suae poenam quam passu- ri essent, scriptura praedecente, uel per iudicium scripturae non audierant quippe qui & ante murmurare coeperunt, q̄ scriptura coedita uel scripta esset lex, anteq̄ saltem priores tabulae do- cem praecceptorum digito dei scriptae essent, quae ipsae factae sunt ante scriptam legem, uel ipsi po- pulo incumbebat. Verbi gratia, cum dixisset dominus pro reatu uitali quem fecit Aaron: Cer- no quod quod populus iste durae ceruicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & de- leam eos. Cumq; non dimitteretur stante Mose in contrafractioe, id est in nimia mentis humili- tate in conspectu eius, ait tandem: Ego autem in die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum, Lex, inquam, nondum scripta aut certe recitata fuerat, & iccirco nec istud uae praenuntiasse sci- bitur hic uolans aquila. Tria uae quae super sunt, sancta scriptura praenuntiauit. Primum ui- delicet quod filij Israel in eo passuri sunt, quod peccauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum. Secundum quod pertulerunt in eo quod in captiuitate ducti sunt, & quatuor regnorum, scilicet Babylonij, Persici, & Macedonici, atq; Romanifortitudinem imperiosam propter peccata sua miserabiliter sustinuerunt, quorum quartum, scilicet Romanum imperium be- stia terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, & dentes ferreos habens magnos, comedit eos at- que comminuit, & reliqua pedibus suis commulcauit. Tertium erat uae, ut timum iudicium, quado- tam ipsi quibus scripta est lex, quam & omnes gentes condigna recipient, quia uidelicet qui- cunq; sine lege peccauerunt, sine lege peribunt; & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Haec, inquam, tria priusq̄ fierent, deus per suam scripturam enuntiare uoluit, & iccirco recte per uolantem aquilam hic tertio pronuntiat uae, de caeteris uocibus trium ange- lorum qui erant tuba canituri. Et quibus uel qualibus uae? Habitantibus inquit, in terra, id est, eis quos omnino ne sursum aspiciant detrahit terra, detinet affectio terrena. Et recte sancta scriptura uolanti aquilae assimilatur, aquilae, inquam, uolanti per medium caelum, quia uideli- cet tota eius intentio sursum tendit, & terrena despicit, soli iustitiae qui est Christus, claros & apertos oculos infigens, & per publicum, utpote irreprehensibilis & honesta tota cum liber- tate procedens. Et quintus angelus tuba cecinit, & uidi stellam de caelo cecidisse in terram, & da- ra est illi clavis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi. & caetera usq; uel unum abijt. Hoc unum uae magni & prolixum, magna & multa breuiter & mirabiliter replicat, mala uariae seruitu- tis filiorum Abraham ludibria, quod scilicet post mortem Iosue peccauerunt dno seruientes Ba- laam & Astaroth, & ob hoc tradidit eos in manus Chusanrataim regis Mesopotamiae, serui- eruntq; ei octo annis: quod iterum fecerunt malum in conspectu domini, & ob hoc confortauit aduersus eos Eglon regem Moab, seruiueruntq; ei decem & octo annis: quod rursus addiderit facere malum, & tradidit illos dñs in manus Iabin regis Chanaan, qui & uehementer oppres- sit eos per uiginti annos: quod deinde fecerunt malum, & iccirco tradidit eos in manus Me- dian septē annis: quod iterum dimiserunt dominum, et non colebant eum & iccirco iratus tradidit eos in manus Philistinim & filioꝝ Amon. Postq̄ ab illis longo duello cocti tandem per uirtu- tem uictoriosi regis Dauid ita sunt liberati, ut humiliaret Philistinios, & caeteras gentes in circui- tu: sicut scriptum est: Et tulit Dauid frenum tributi de manu Philistinios, & percussit Moab, & c. ed processit iniquitas ipsorum, ut scinderetur decem tribus a domo Dauid & templo dñi, uel uol- aureos sibi fabricantes, primi heretici, & uniuersae exemplum haereticae peruersitatis. Nunc iam literae ordinem profequamur. Et quintus, inquit, angelus tuba cecinit, & uidi stellam de caelo cecidisse in terram. Tunc profecto ille quintus angelus tuba cecinit, quado impleta est ue- ritas dei quae dixerat Mosi: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste cōsurgens for- nicabitur post deos alienos in terra ad quam ingredietur ut habitet in ea, ibi derelinquet me, et irritum faciet foedus quod pepigi cum eo. Item: Ego enim, inquit, Moses, scio contentione tuam & cer-

ceruicem tuam durissimam. Adhuc uiuente me & ingrediente uobiscum semper contentiose egistis contra dominum, quanto magis cum mortuus fuero. Ac deinceps: Noui enim q̄ post mortem meam inique ageitis, & declinabitis cito a uia quam precepi uobis. Tunc, inquam, quin- tus angelus tuba cecinit, quado nuntiatum est omnia scienti deo, q̄ post deos alienos forma- retur Israel. Et uidi, inquit, stellam de caelo cecidisse in terram. Stella ista quae de caelo cecidit, diabolus est, cui propheta dicit: Quomodo de caelo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris, Et notandum q̄ huiusmodi stellam non dixit, uidi cadere, sed uidi cecidisse. Iam dudum quippe ceciderat, & per terram repebat, quando haec fieri coeperunt, quae praesenti locustis uisio mystica replicat. Quando ille cecidit, nullus hominum erat qui uideret, praeter illum qui in eu- gelio suo loquitur dicens: Videbam Satanam sic ut fulgur de caelo cadentem. Qui enim haec di- cit homo Christus, prius erat deus q̄ homo fieret, prius q̄ angelus ille, stella illa, siue Lucifer il- le caderet, imò priusquam angelus aut creatura aliqua fieret. Bene ergo non ait uidi cadere, sed uidi cecidisse. Et data est ei clavis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi. Et ascendit fumus pu- tei, sicut fumus fornacis magnae. Summam breuiter mystica significatione tangit causa uel originis, quae idololatrie uel omnis haereseos initium fuerit. Nam data est illi clavis putei abyssi, id est, permisa est potestas siue facultas angelo illi, qui in ueritate non stetit, omnis mēda cū fun- damentum nullum habentis, nec enim alicui rei innititur existenti. Iccirco bene mendacium quod loquitur ex proprijs, cuius pater est, puteus dicitur abyssi, uidelicet infinitae profunditatis: quia, sicut iam dictum est, rerum existentium fundamentum non habet nihilq; ei subest, loquitur enim qd non est. Hinc talē puteum abyssi aperuit miseris loquēs hominibus, & dices, se deesse, iudicēq; se in simulacris pro deo colendū. Et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnae. Ascendit, inquam, uidelicet etiam usq; ad sapientes seculi, q̄s obscurauit. De quibus & Apostolus dicit: Sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscurati sunt in insipientia cor eorum. Dicentes enim esse sapien- tes, stulti facti sunt, &c. Et tunc fumus eiusmodi sicut fumus dicitur fornacis magnae, quia uideli- cet sicut fumus non nisi ex subiacente igne fit, sic non nisi ex praecedente causa cupiditatis hinc co- pūcentiae nascitur cecitas mentis, siue obscuratio cordis insipientis. Et obscuratus est sol & aer de fumo putei. Ad id peruenit est, propter qd & casum stelle, & apertione praemisera putei abyssi fumatis. Sol namq; & aer ille, ut supra iam dictum est, erat Israel: sol propter patres uel pa- trum fidē, ex quibus Christus sol iustitiae secundum carnem: aer uero propter susceptam exinde eiusdem fidei illuminationem. Hic post mortem Iosue ita obscuratus est, ut dimitteret dominum deū patrum suorum, & sequeretur deos alienos, deosq; populorum: qui in circuitu habitabat. Suscitauit illis iudices dñs, qui liberaret eos de uastantiū manibus. Sed nec illos audire uoluerunt, fornicantes cum dijs alienis & adorantes eos. Sol ergo & aer de fumo putei obscuratus est. Quid deinde? Et de fumo exierit locustae in terram. Locustae de fumo exierunt, quia uidelicet propter fu- mum erroris & stultitiae qua obscurati sunt, hostes illis suscitati iudicio diuino emerunt Me- sopotamij, & Moabitae, Chananei, & Madianitae, simulq; Amalechitae Philistinim, & filij Amon. Dicit enim de illis quodam loco scriptura sic: Ipsi enim & uniuersi greges eorum ueniebant cum taber- naculis suis, & instar locustarum uniuersa cōplebant, innumera multitudo hominum & camelo- rum, quicquid terigerant de uastates. Non utiq; uane aut sine pondere instar locustarum di- xit, sed quia reuera multitudo dierum eiusmodi ad malum exultates, leuitate animi & corporis, tanq̄ totidē locustas salientes in tuetur & irridet is, qui habitat in caelis, prouidēs illis cito futurum qd per quendam sapientia eius dicit: Florebit amigdaluus & impinguabitur locusta. Quod idem est ac si dicat: Qui nunc uiridis & rectus incedit, & tanq̄ locusta salit, canescet, & curuus uix incedere incipiet, habensq; crura tumescit, nequaq; ut nunc leuis & gesticulosus in saltu sese excutit, locusta namq; impinguatur, dum transacta leui iuuentute, crura tumescunt, ut fieri solet senibus. Locustae ergo exierunt, id est, hostes Israelij propter peccata multiplicati sunt: Et data est illis potestas acut habent potestatem scorpiones terrae. Scorpio, uermis potius quam animal, aut serpens armatus aculeo, & ex eo Graece uocatur, quod cauda figat, & arcua- to uulnere uenena diffundat. Idcirco dixit, scorpiones terrae, quia scorpio uermis terrenus est, ore uel capite innoxio praeblandiēs, & tunc demum cauda conuersa incautum feriēs. Huius- modi potestas locustis illis data est, ut uidelicet cum filios Israel ad illecebras lege dei prohi- bitas per mulierum lenocinia prouocassent, & transgressores factos auxilij dei nudassent, tunc demum aduersus eos armis confurgerēt. Hoc primus Balach filius Sephor rex Moab facere didicit, per Balaam ariolum dicentem sibi: Veruntamen pergens ad populum meum dabo con- silium, quid populus tuus populo huic faciat. Illo namq; eius consilio factum est, ut fornicaret populus cum filiabus Moab, quae uocauerunt eos ad sacrificia sua. Vnde postmodum facta ul- tione, iratus Moses principibus ait: Cur fornicas referuastis? Nonne istae sunt quae deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & praearicari uos fecerunt in domino, super peccato Phegor unde & percussus est populus: Hoc ergo primū per Balaam facere didicerunt, scor- piones Madianitae siue Moabitarum, & post haec etiam gentes aliae. Sic enim scriptum est, post mortem

Ibidem. Stella, quae de caelo cecidit, diabolus est. Efaiae 14 Lucae 10 Iohannes Puteus abyssi, mendacium est. Fumus putei, lapidea huius seculi. Roma. 1 Obscuratus sol & aer, Israel est. Iudic. 6 Locustae de fumo, hostes sunt filioꝝ Israel. Iudic. 6 Natura locustarum. Eccl. 12 Hostes Israel, sicut scorpiones terrae. Numer. 24 Numer. 25 Numer. 31 Iudic. 3

mortem Iosue: Itaq; filij Israēl habitauerunt in medio Chanani, & Ethæi, & Amorraei, & Phe
rezæ, & Iebusæ, & duxerunt uxores filias eorum, ipsiq; filias suas eorum filijs tradiderunt, & ser
uierunt dijs eorum. In hoc factio nimirū scorpiones quasi blandū caput porrexerūt, sed cōtinuo
cauda percusserunt. Cōsequenter enim uictores illos, quibus deus iratus erat, effecit, ueh
ementer illos affixerunt. Et præceptum est illis ne læderent scœnum terræ, neq; omne uiride,
neq; omnem arborem nisi tantum homines qui non habēt signum dei in frontibus suis. Per
spicue ostendit, quia non per proprietatē, sed per similitudinē locustarum de fumo illo exisse di
xit, dum quod locustarum est facere, hoc illis interdicitū esse scribit. Locustarū nanq; est lædere
scœnū terræ, & omne uiride, omnemq; arbore, quemadmodū & inter plagas Aegypti scriptū
est: Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grandio di
miserat, nihilq; omnino uirens relictum est in lignis & herbis terræ in cuncta Aegypto. Istis
autem ne quid talium, sed tantum homines læderēt, quia uidelicet ipsi homines erant qui
hic locustæ dicti sunt. Attamen futurum erat, ut hostes eiusdem populū peccatus exigētibz,
non solum homines sed & scœnū & omne uiride, & omnem arbore, imō uniuersam terrā eorū
læderent & ciuitates igni succenderent, sed nondum erat tempus. Postmodum ubi tuba ceci
nit sextus angelus, hoc factum esse memorabimus. Nam ubi quintus iste angelus tuba ceci
nit, ita plaga temperata est, ut læderentur & in seruitutem redigerentur tantum homines. Et
quidem tunc temporis cum læuisset Israel, ait scriptura: Ascendebat Madian, & Amalech, &
cæteri Orientalium nationū instar locustarum uniuersa cōplentes, sicut erant in herbis cun
cta uastabant, nihilq; omnino ad uitā pertinens relinquebant in Israel, non oues, non boues,
non asinos, sed illa læsio cōparatione eius de qua post hæc dicendū est, ubi Babylonio igne cū
cta cremata sunt, nec læsio reputanda est. Quod tandē ait de hominibus qui lædendi essent
distinctionem faciens, qui non habēt signum dei in frontibus suis, idem est ac si diceretur, qui
dereliquerūt legem dei sui, qui a fide patris sui Abrahamæ sunt alienati. Nam quod modo signū
dei, signum crucis Iesu Christi pingimus Christiani in frontibus nostris, hoc suo more secun
dum tempus facere fuerant iusti, ut uidelicet in carne sua circumcisi, postea & superliminaria
domorū suarum signarent sanguine agni. At illi hoc facere contemnebant, seruientes dijs alie
nis. Erant igitur homines non habentes signū dei in frontibus suis, non habentes fidem in cor
dibus suis. Et datum est illis ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mēribz quinq;. Et hoc
futurum erat ut occiderentur siue caderent in ore gladii, sed nō dum tempus erat, nondū hoc
datum est illis locustis. Sed quid? Vt cruciarentur, inquit, mensibus quinq;. Menses quinq; ut
quibus cruciati sunt, mutationes seruitutis fuerunt quinq;, quibus hostibus suis sunt traditi
& seruiert illis, quas hoc ordine scriptura digessit: Primo tradidit eos dñs in manus Chusan
rasathaim regis Mesopotamiæ, seruiertq; octo annis. Secundo confortauit aduersum eos
Egion regem Moab, & copulauit ei filios Amon, & Amalech, seruiertq; decem & octo an
nis. Tertio tradidit eos in manu Jabin regis Chanaan, qui & oppressit eos uiginti annis. Quat
to tradidit eos in manu Madjan septem annis, & oppressi sunt ualde ab eis. Quinto tradidit
eos in manu Philistij, a quibus & uarijs sunt afflictionibus contusi, donec uentum est ad Da
uid, qui & tulit, inquit scriptura, de manu Philistinorū frœnum tributū. Quæ deinde Israel mā
la propter peccata sua pertulit, a tempore Babylonis captiuitatis, ad cantum pertinet rubæ
sexti angeli. Quinq; ergo mensibus cruciati sunt, quia quinq; in seruitutem traditi sunt.
Quare autem mensiū potius quam annorū nomine uel numero illa seruitutis tempora desi
gnantur uidelicet quia in mensibus secundū lunam, quos solos Hebræi, de quibus sermo est,
nouerunt uel cōputant, mutabilitas crementi uel decrementi est, quæ & stultiorū mutabilitatē
significat, dicente scriptura, stultus ut luna mutatur. An nō illi ut luna mutabantur, ut meri
to stultitiae arguerentur. Sic em̄ de illis scriptū est: Cumq; dominus iudices suscitaret, in die
bus eorū reflectebatur misericordia, & audiuit afflictioꝝ gemitus, & liberabat eos de cæde ua
stantium, sequentes deos alienos, & seruientes eis, & adorantes eos: Quod ergo dictum est,
sed ut cruciarentur mēribz quinq;, idem est ac si diceretur, sed ut quinq; in stultitiam mu
tati, in seruitutem redigerentur per uices quinq;. Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpū
cum percussit hominem. Hoc idem est quod supra dixit, & data est illis potestas, sicut habēt
potestatem scorpiones terræ. Nam sicut scorpis prius capite blanditur, & post cauda feris
mortifera uenena diffundit, sic illi prius ad illēcebras sacrificiorum, & ad connubia pronocā
bant eos filiarum suarum, ut deus offenderetur, & tūc demum aduersus inermes, & quasi nu
dos armati consurgebant, cum auxilio deesset deus, quo ueluti armis & scuto protegebantur.
Sed siccirco de scorpionum & locustarum similitudinē nunc repetit, quia plura est inde dictu
rus. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam. Et cupient mori, &
fugiet mors ab ipsis. Hæc dicta recte accipias, tanquam supradictæ aquilæ uolantis & di
centis, uæ uæ uæ: de tribus angelis qui erant tuba canituri, quorum istud uæ primum est.

Locustæ nō
per proprie
tate, sed per
similitudinē.
Exodi 10

Iudic 5

Signū dei i
frontibus.
Exodi 12

Cruciari
mensibus
quinq;, est
quinq; ser
uitutes sub
hostibus
pati.
Iudic 3
Iudic 4
Iudic 6
Iudic 10
2. Reg 8

Cur ait quinq;
mensibus,
potius quinq;
annis.
Ecc 27
Iudic 2

Similitudo
hostiū Isra
el cum scor
pijs.

Supra 8

Tanq;

Tanq; dicat: Væ istud tantū erit, ut quærat homines mortē, & non inueniat eam: ut cupiat mo
ri, & fugiat mors ab eis, id est, ut mors illis uita charior sit, ut miserā longam cōpendio finire
uelint. Quare uidelicet iram talem, iam tunc cœperūt thesaurizare sibi, quando frustra mor
tem optauerunt sibi, nulla existente causa, cum nihil noceret eis. Dixerunt em̄: Vtinam mor
tui essemus in Aegypto, & non in hac uasta solitudine. Vtinam pereamus, & non introducat
nos dominus in terram istam, & non cadamus gladio, & uxores ac liberi nostri ducātur capti
ui. Tūc cupierūt mori, ut sonabat lingua præ nimio rancore & amaritudine imparitatis animi,
fiet illis succrescentibus peccatis, ut pro re optent mori, & fugiet mors ab eis, præceptum ser
uantibus locustis, ut non occidant, sed crucient eos mensibus quinq;. Et similitudines locu
starum similes equis paratis in prælium. Quid magis dissimile secundū rem uel naturam, q̄
equi & locustæ? Quid tam impar & inæquale? Ergo aut locustæ in equorū magnitudinē cre
uerunt, aut quod mirabilius est, isti homines ita minuti sunt, ut locustæ cōparatione ipsorū, ma
gnitudinem habere uiderentur equorū. Nimirum hoc quod posterius dixi factum esse con
stat iudicio dei, non decremento uel diminutione corporū, sed defectu animarum. Qui enim
pro uita cōtempribili locustæ erant in oculis domini, locustæ ut erāt permanferunt, scilicet la
sciuentes Chananaeorū populū, qui autē homines esse debuerāt immuniti sunt merito, & quo
dammodo locustæ locustarū effectū timētes eos, quibus debuerāt esse timori. Reddebat em̄
illis uicē iustus iudex, quia uidelicet filij erant patrū detractorū & murmuratorū, eorū pecca
ta sequentes qui detraxerāt eidem terræ dicētes: Populus quem aspeximus pro cæteræ statuꝝ
est. Ibi uidimus mōstrā quædā filioꝝ Enach de genere gigantū, quibus cōparati, quasi locustæ
uidebamur. Ergo quasi prosecutione, tūc illis dixit deus: Sicut locuti estis audiente me, sic fa
ciam uobis, in solitudine hac iacebunt cadauera uestra, tali nihilominus posteris eorum hæc
aquila uolās & uq; pronuntians pene loquitur & dicit: Sicut locuti estis, sic fiet uobis: Sicut
illæ cōparatione uestrā, similes erūt & equis, uos cōparati illis locustæ uidebimini. Item: Sicut lo
cuti estis, utinā mortui essemus, utinā pereamus, sic fiet uobis. Quæretis mortē & non inuenie
tis, cupietis mori, & mors fugiet a uobis. Sed nec illud uacat, quod cum dixisset, similes equis:
addidit, paratis in præliū. Videlicet magnam exprimit illarum confidentiā locustarū, magnā
uim animorū hostilium, ut ultro ueniant ad præliū, & eos armis quærat quos prius fugerunt.
Quod euenisse patenter historis referunt. Et super capita eorū tanq; coronæ similes auro.
Reges uel principes gentiū illarum, qui per capita recte intelliguntur, tanq; coronati, & nō uis
coronati uictorij fuerūt, quia uidelicet nō suauitate illi uicerunt, sed pro peccatis suis isti
homines uicti sunt. Ipsæ quoq; coronæ nō ueraciter aureæ, sed similes auro dicuntur, quia ni
mirum falsum erat quicquid de uictoria tanq; sapiētes & fortes gloriabātur. Non em̄ uirtutis
eorū aurum erat quod praualebāt, sed diuinæ dispensationis examen, quo Israel exercebāt
ad suimet experientiā. Nam & hoc præmonstrat scriptura: Hæc sunt gētes quas dñs dereliquit,
ut erudiret in eis Israel, & omnes qui nouerāt bella Chananaeorū, & postea diceret filij eo
rum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Et facies eorum sicut facies
hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes eorum sicut leonum erāt,
& habebant sicut loricas ferreas. Cuncta hæc in diminutionem filiorum Israel accipi pos
sunt, quasdam quasi magnitudines illarum esse dō locustarum, ut, sicut iam dictum est, ipsi
potius cōparati illis, quasi locustæ uiderentur. Distincte tamen in facie humana simulatione
rationis, in capillis mulierum fluxi & effeminati mores, in dentibus leonum, qui & laniare & na
turalem solent afferre putorē, mentis ferocitas, in loricas ferreis, omnia armatura bellica recte
intelligitur, quæ tanta illis erat, ut falcatis quoque curribus abundarent. Nam & hoc de rege
Chanaan scriptum est, quia non gentos habebat falcatos currus, & per uiginti annos uchemē
ter oppressit eos. Et uox alarum earum, sicut uox equorum currētium in bellum. Uox ala
rum, exaltatio est superbiæ locustarū talium, quam & audiimus uocem. Exēpli gratia, in pri
mo libro Regum sibi metipsis dicentiū: Cōfortamini & est ote uiri Philistij, ne seruiatis He
brais, sicut illi seruiert uobis, cōfortamini & bellate. Nempe hoc dicere, cōfortamini & bel
late: Vox erat quasi currentiū equorum multorū currentiū in bellum. Et habebāt caudas si
miles scorpionum, & aculei erant in caudis earum. Potestas eorum nocere hominibus mensi
bus quinq;. Hoc iam tertio locustæ illæ, scilicet hostes Israel scorpionibus similes demon
strati sunt, id est, in facie, uelut innocui, sed in posterioribus uenena seruantes. Cur hoc? Vide
licet quia tertio legūt filij Israel decepti fuisse per gentiū illarum mulieres, quatenus offen
so deo in cōspectu hostiū caderent, uelut arma sua nō habētes. Primo ubi scriptū est, quod su
pra meminimus, quia uocauerūt eos filij Moab ad sacrificia sua, Et fornicatus est, inquit scri
ptura, populus cum filiabus Moab, & adorauerunt deos earum, inuitatusq; est Israel Beelphe
gor. Secundo ubi post mortē Iosue scriptū est: Itaq; filij Israēl habitauerunt in medio Chana
næ, & Ethæi, & Amorraei, & Pherezei, & Euaei, & Iebusæi, & duxerunt uxores filias eorum,
& cætera. Tertio ubi de Salomone scriptū est, quia amauit mulieres alienigenas multas, filia
quorū

Primum uæ,
Quæretis mor
tē, & nō in
uenire eā.
Numer 14

Quæ similitudo
inter equos & lo
custas.
Filij Israel
facti ut lo
custæ corā
hostibus
suis.
Numer 13
Numer 14

Coronæ nō
aureæ uerū,
sed similes
auro.
Iudic 3

Quid signifi
cāt capilli
mulierū,
dentes leo
num & lo
ricæ.
Iudic 4

Vox alarū,
exaltatio
superbiæ.
1. Reg 4

Teruerit
sunt filij Isra
el a deo per
mulieres a
lienigenas.
Numer 35

Iudic 3
2. Reg 11
quorū

quoq; Pharaonis, & Moabitidas, & Amonitidas, Idumæas & Sydonias, & Cethæas, & depra-
uatum est per mulieres cor eius, & iratus est dominus. Et primo quidē grauis fuit ira domini
dicentis: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos cōtra solem in patibulis, & occida,
inquit, unusquisq; proximos suos qui in iudicio sunt Beelphegor. Secūdo autem grauior, quia
tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderūt eos. Tertio uero grauis-
sima, quia scissa est gens una, & unum regnū in duo regna, & ipsa schismata irreparabilia sunt
hostibus postmodum data. Venit enim rex Assyrius, & transiit in Assyrios, colloca-
uitq; eos in Hala & in Habor fluuios Gozam, in ciuitatibus Medorum. Verum illa translatio
Israēl in Assyrios, sicut & traditio Iudæ in Babylonem, ad cantum pertinet tubæ sexti ange-
li, de quo postmodum dicendum est. Sequitur ergo repetens quod iam dixerat. Potestas eo-
rum nocere hominibus mensibus quinq;. Id est, seruituti eos subijcere per uices quinq;. Et
habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græce autem Apol-
lion, & Latine habet nomen Exterminans. Angelus iste abyssi, manifeste contrarius est, an-
gelo magni consilij, rex contrarius regi, rex filiorum superbia aduersus uel oppositus regi filo-
rum sapientia. Nam & scriptura nominis huius, & scriptura nominis illius Hebraice, Græce
& Latine deposita, illum malum, istum bonum gentibus omnibus agnoscendum prædicat
Hebraice nanq; Græce & Latine scimus scriptum, Iesus Nazareus rex Iudæorum. Ille He-
braice Iesus, Græce Soter, Latine Saluator. Hic autem, ut nunc in præsentem habemus, Hebrai-
ce Abaddon, Græce Apollion, Latine Exterminator. Agnoscendus, inquam, erat iste Exter-
minator illis, quibus agnitus ille saluator, ut dum scitur quæm nauis sit iste Exterminator, me-
lius sciatur quam uere, quæm recte is, qui ab isto saluat, uocetur saluator. Porro nomen Exter-
minatoris prius autoritas diuina in ueteri scriptura pene expressit, cum dicit: Transibit enim
dominus percussus Aegyptios: Cumq; uiderit sanguinē in superliminari, & in utroq; poste,
transcēdet ostium, & nō sinet percussorē ingredi domos uestras & Iedere. Vnus idemq; ange-
lus rex abyssi, Exterminator siue percussor, & illic non nisi in domibus quæ sanguinē non ha-
bebant in superliminari & utroq; poste, permissus est quenquam laedere, & hic præceptū ha-
bet cum suis locustis, non nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis,
cruciare. LVæ unum abiit, & ecce ueniunt adhuc duo uæ. Et sextus angelus tuba cecinit,
audiuu uocem unam ex cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicentem sexto ange-
lo, qui habebat tubam: Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Eufrate. J
Sextus angelus tuba diu cecinerat, quando super Hierusalem & Iudam dominus hæc locu-
tus est. Ecce ego adduco mala super locum istum, & super habitatores eius, cunctaq; maledi-
cta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda, quia dereliquerunt me, &
sacrificauerunt dijs alienis, ut me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum
suarum. Iccirco stillabit furor meus super locum istum, & nō extinguetur. Quid enim iniqui-
tatis, quid clamoris de gente illa, de regibus, principibus & sacerdotibus gentis illius, unde iu-
diciū & iustitiam expectauerat dominus, non audierat? Prophetas eius occiderat, altaria
eius suffoderant, & sanguine innocētium impleuerant Hierusalem usq; ad os. Sculptile quoq;
& conflatile signum potuerant in domo domini: De qua locutus est dominus ad Dauid & ad
Salomonem filium eius, dicens: In domo hac & in Hierusalem, quam elegi de cunctis tribu-
bus Israēl, ponam nomen meum in sempiternum. Nimirum propter peccata eiusmodi addu-
xit super eos dominus regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo san-
ctuarij. Non est misertus adolescentis, & uirginis & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tra-
didit manibus eius, & incēderunt hostes domum domini, destruxerunt murum Hierusalem,
uniuersas turres combusserunt & quicquid pretiosum fuerat demoliti sunt. Si quis euaserat
gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs eius. Post hoc secundum sustinuerunt, li-
cet mitius sibi regnum Perfarum, deinde iugum tertij regni Græcorum, propter perseueran-
tium multitudinem peccatorum. Sub quarto tandem regno Romanorum impleuerunt men-
suram patrum suorum, occidendo Christum dei filium, ut ueniret super eos uel super gene-
rationem illam omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. Ait ergo: Et audiui uocem
unam ex cornibus altaris aurei, quod est ante oculos domini dicentem sexto angelo qui ha-
bebat tubam: Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Eufrate. J Vox ista
quam audiuit quatuor angelos soluere iubentis, permissio iudicij quæ fuit malum, id est, affli-
ctiōnem hominibus propter peccata ipsorum iuste creantis, & adducētis, quem admodum
Esaiā dicit: Ego dominus faciens pacem & creans malum. J Porro altare hoc aureum, ipsum
est de quo supra habemus, quia uenit angelus & stetit ante altare, habēs thuribulum aureum
in manu sua, & cetera. Et hoc altare iam superius fidem Christi fuisse diximus, fundatam in san-
ctorum patrum cordibus, ex quo primū ad Abraham deus locutus est, in semine tuo, inquit,
benedicentur omnes gentes. J Quid igitur sunt cornua altaris, nisi patriarchæ & prophetæ
regesq; & duces siue iudices illius populi, principes eiusdem fidei, quam & cecinerūt scriptis, præsi-

Numer. 25
Psal. 105
3. Reg. 12
4. Reg. 7
Angelus a-
byssi cōtra
rius Chīso.
Iohan. 19
Extermina-
tor iste præ
figuratus in
percussore
Aegypti.
Exodi 12
2. Paral. 34
Propter
peccata sua
traditus est
Israel Chal-
dæis, & alijs
regnis præ-
cipuis.
3. Reg. 19
2. Paral. 33
a. Paral. 36
Matth. 23
Esaiā 45
Altare au-
reū Chīso.
Supra 6
Gene. 22
Cornua al-
taris patri-

præsignauerunt factis mysticis: Et quidem unum est cornu maximum huius altaris, de quo
Psalmistā: Constituite, inquit, diem solennem in condensis usq; ad cornu altaris, id est, uacate
à seruilibus operibus peccati, in multiplicitate uirtutum intenti, usq; ad cognitionem diuinita-
tis Christi, sed nihilominus sic multa sunt cornua altaris, sicut multi participes eiusdem Chri-
sti, de quibus & alibi Psalmista dicit: Vixit te deus deus tuus oleo letitiæ præ cōsortibus tuis.
J Quomodo ex huiusmodi cornibus altaris audita est uox dicentis, solue quatuor angelos?
Propheticō modo, concessiuo modo: Nam & præscientes prædixerunt, & consentientes di-
uina iustitia concesserunt, quatenus quatuor regna quæ consurgere habent, de terra solu-
erentur, id est, nullis obstaculis sanctorum angelorum, & præcipue Michaēlis principis co-
hiberentur, quin populum Iudæorum, cuius erat princeps, captiuarent, occiderent, in serui-
tutem redigerent, & in omnes gentes dispergerent. Exempli gratia: Hieremias in semetipso
considerans peccata populi prophetas persequentis, & multos ex eis interficientis, ipsumq;
Christum interfecit: Et tu, inquit, domine exercituum probator iusti, qui uides renes eorū,
uideam quæso ultionem tuam ex eis, tibi enim reuelauī causam meam Daniel eadem quatuor
regna sub imaginibus quatuor bestiarū præuidens sic exprimit: Prima quasi leōna, hæc est re-
gnum Babyloniorū: Sequens similis urso, hæc est regnum Perfarū & Medorum. Tertia quasi
pardus, hæc est regnum Græcorū: Quarta sine nomine, terribilis atq; mirabilis, fortis nimis, hæc
est regnum Romanorū. J Pleriq; scriptores Perfarum & Medos: regnum prætereuntes, siue
cum regno Babyloniorū pro uno cōputantes, Africanum, cuius caput Carthago extitit, tertio
loco ponunt. Principio, inquit, fuit Babylonium, deinde Macedonicū, post etiam Africanū,
atq; in fine Romanū, quod usq; nūc manet. Itafuerūt ineffabili ordinatione per quatuor mun-
di cardines, quatuor regnos: principatus distinctis gradibus eminetes, ut Babylonij regnū
ab Oriente, Romanū ab Occidente, à Meridie Carthaginiese, à Septentrione Macedonicū.
Verum huiusmodi cōputatio ad sacram scripturā nō pertinuit, in tali negotio, cum de regnis
ageret uel agere deberet, tantū his quæ gentem Hebræorū propter peccata sibi permissam di-
uerfis temporibus affligeret. J Nam quod in Daniele de bestia, quæ similis erat urso, & in par-
te stetit, & sic dicebāt ei, surge comede carnes plurimas, notum est qd regnum Perfarū & Me-
dorum significauerit. Quodq; dicitur in parte una stetit, idem est ac si dicatur, regnum illud
aduersum Israēl nihil crudele gessit. Item qd dicebāt ei, surge comede carnes plurimas, illud
tempus significat, quādo sub Assuero ad suggestionē Aman Agagitar, una die omnes Iudæi
iusti sunt trucidati. Et pulchre non ait deorabar eos, sed sic dicebant ei, ut conatus tantū fue-
rit, & nequaq; rei sit exitus consecutus. J Vt autē pro regnis angeli scriberētur dicendo, solue
quatuor angelos, illa causa est, quia angelis regna credita sunt, & in eodem propheta prin-
cipes regno scribuntur. Ait enim Danieli angelus, qui uenerat propter sermones eius. Prin-
cipes autem regni Perfarum restitit mihi uiginti & uno diebus. Et ecce Michaēl unus de prin-
cipibus primis uenit in adiutorium meum, & ego remansi iuxta regem Perfarum. Restitit
enim princeps, id est, angelus Perfarum faciens pro credita sibi prouincia, ne captiuorum o-
mnis populus dimitteretur. Resistente autem Perfarum angelo, uenit mihi, inquit, in adiu-
torium is qui præ est populo Israēl, uidelicet princeps siue archangelus Michaēl. Post modū di-
citur: Et nunc reuertar, ut præliar aduersum principem Perfarum. J Cum ergo egredieret ap-
paruit princeps Græcorum ueniens. Apparuit, id est, ingressus est in conspectu dei, scilicet ut
accusaret Perfarum principem atq; Medorum, ut in loco eorum regnum Macedonū suc-
cederet. Et reuera mira sacramenta dei, laxato enim de captiuitate populo Iudæorum, Perfa-
rum regnum atq; Medorum interfecto Dario subuerit Alexander rex Macedonum, & prin-
ceps Græcorū, uicit principem Perfarum. J Igitur quod ait angelo, qui habebat thuribulum,
solue quatuor angelos qui alligati sunt, idem est ac si dicat, omnia cornua altaris, id est, sancti
patres, sancti principes uel prophetæ illius gentis quondam deum uerum secundū fidem pa-
ternam colentes. Ne resistas quatuor regnis, ne offeras incensam orationū contra illa pro Iudæis,
ne impediās orando quin ueniant & præualeant cōtra eos, & adducant captiuos. J Alligati
fuisse dicitur in flumine magno Eufrate, id est, hætenus nō permissi terminos Israēl introire,
Nam flumen Eufrate, recte ponitur pro cunctis terminis Israēl, iccirco uidelicet, quia secun-
dum autoritatem scripturæ, hic fluuius unus de terminis illius est. Sic enim ad eos à dño dictū
est: A deserto & Libano usq; ad flumen magnum Eufraten, erit terminus uester. Quando er-
go primum transierunt Assyrii siue Chaldæi flumen magnū Eufraten, & ab ipsis transfūdus
est in captiuitatem populus Israēl siue Iuda, tunc angeli isti soluebantur, ne alligati tenerentur
in illo magno flumine Eufrate. J Loquente tunc temporis dño ad Hieremiam: Vade & possi-
de tibi lumbare siue cinctoriū lineum, & pones illud super lumbos tuos. Ac deinceps: Tolle,
inquit, lumbare siue cinctoriū quod possides, quod est circa lumbos tuos, & surges uade ad
Eufraten, & abscondē illud in foramine petræ. Et abiit Hieremias, & fecit sic. Et post dies pluri-
mos dixit iterum dominus: Surge, uade ad Eufraten, & tolle in dō lumbare quod præcepi tibi,
H ut ab-

archæ & p
phetæ, &c.
Psal. 117
Psal. 44
quatuor an-
geli, quatuor
regna
sunt præci-
pua.
Hierc. 11
Daniel. 7
Aliq regnū
Africanū p
tertio po-
nunt.
Regnū Per-
farum urso
simile.
Daniel. 7
Hester 3
Cur qua-
tuor angeli
pro quatuor
regnis
hic ponunt
Daniel. 10
Solue qua-
tuor ange-
los.
Alligati in
flumine Eu-
frate.
Iosue 1
Hierc. 13
Lumbare
Hieremia
ad Eufra-
te
alportauit

abscōderes ibi. Et abij, inquit, ad Eufraten & fodi, & tuli lumbare de loco, ubi abscōderam illud, & ecce cōputuerat, ita ut nullo usui aptum esset. Et factū est uerbum domini ad me dicens: Sic cōputrescere faciam superbiam Iudæ, & superbiam Hierusalē multam, et populū istum pessimum, qui nolūt audire uerba mea. Sicut em̄ adhæret lumbare ad lumbos uiri, sic adglutinaui mihi omnē domū Iſraēl, & omnē domum Iuda, & cetera. ¶ Deniq; lumbare siue cinctorium, quod dei renibus iungebatur, populus Iſraēl erat, qui in lini similitudine assumptus de terra, & illotus, nec mollitudine habuit, nec candorem, & tamen per illius miser cordiā adhæsit deo. Cumq; peccasset (rationale quippe est huiusmodi linti atq; lumbare) ductus est trās Eufraten, & in Assyrios, & ibi absconditus est, hoc est in multitudine magnarū & innumerabilium gentium quodammodo absorptus & nihil reputatus. Post longum autē tempus ipse propheta in typum dei populū liberat de captiuitate, qui nihilominus & post reditum præcepta dei nō fecit, sed secutus deos alienos, ad extremū & manus in dei filium misit, & sic eterna perditione cōtabuit, quomodo lumbare illud cōputruit & nulli erat aptum usui. Hæc cicirco de propheta præfenti locosumpta sint, ut nō dubium uel ignotum sit quomodo uel in quo angelus illi in flumine magno Euftrate alligati fuerint. Videlicet quandiu lumbare illud dei renibus adhæsit, eodem lumbari siue cinctorio tenebatur restrictus: quādo autē iubente dño Hieremias illud in Euftrate abscondit, illi sunt soluti, quod est dicere: Quandiu populus Iſraēl siue Iuda legē dei sui custodiuit, regna illa nō lacerauerunt eos, neq; captiuaerūt eos Assyrii siue Chaldæi: quando autē deos alienos coluerunt & seruiuerunt Baal, imō & prophetas occiderunt, illi permittente deo, transferūt Eufraten, & traduxerūt eos in captiuitatem. ¶ Quis em̄ sapiens, abiq; dei ordinatione putet illud accidisse, siue ab alio q̄ deo angelos eiuſmodi solutos fuisse? Deniq; omnem potestātē à deo esse, omnemq; ordinationē, & qui non legerunt sentiūt, & qui legerunt agnoscunt. Quod si potestates à deo sunt, testante quoq; Apostolo cum dicit, nō est enim potestas nisi à deo, quanto magis regna à quibus reliquæ potestates progrediuntur: Si autē regna diuersa, quāto magis regnū aliquod maximum, cui reliquos regnorum potestas uniuersa subijcitur, qualia nimis ista fuere, unumquodq; suo tempore. Sequitur ergo: Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati sunt in horam, & diem, & mensem, & annum, ut occiderēt tertiam partem hominū. ¶ Quis dinumerare posset occisiones siue strages hominū, quas terga illa per totum mundū surgendo & cadendo fecerūt. Quare autē hoc fieri est permissum, nisi propter peccata hominum: Peccatores enim & impij erant, omnesq; in maligno positi, ad nihil aliud nisi occidi uel occidere parati & intenti. Recte ergo dicuntur tertia pars hominum, id est, omnes reprobi, qualis fuit Cham tertius post diluuium pater hominum. ¶ Sed ad ea magis respiciendum est quæ ad præfens pertinent negotium uidelicet quæ in gentem Iudæorum mala fecerunt, deo iudice, propter peccata ipsorum. Qui parati sunt, inquit, in horam, & diem, & mensem, & annum. Cum hac distinctione quadripartita rememorādum est id, quod supra dixit in cantu tubæ quinti angeli. Et dictum est illis, inquit, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque. Cruciatuſ illos mensium quinque monstrauimus fuisse seruitutes quinque quibus seruiuerūt. Primo uidelicet regi Mesopotamiæ, secundo regi Moab, tertio Chanaan, quarto Madian, quinto Philistiim. Hoc ergo rememorantes, sicut per menses seruitutes illas, sic per horam, & diem, & mensem, & annū, captiuitates siue seruitutes intelligimus quas perpessi sunt, sub istorum dominatione regnorum, ita distantes diuturnitate uel quantitate temporum, sicut palam est diuersarum esse quātitatū horam, & diem, & mensem, & annum. ¶ Videlicet per horam illos intelligimus septuaginta annos qui à trāsmigratione Babylonis usq; ad annum primum Darij filij Assueri de femine Medorum computantur, qui subuertit regnum Chaldeorum. ¶ Per diem ducentos & triginta annos regni Persarum, scilicet usq; ad initium regni Macedonum. ¶ Per mensem trecentos annos regni Macedonum, uidelicet usq; ad imperium Romanorum. ¶ Per annum Romani imperij diuturnitatem, sub quo Iudæi non ut eunt; captiui, sicut prius, sed miserabiliter cōminuti atq; conculcati, & qui mortibus super fuerunt, ut diti in omnes gentes dispersi sunt, & quasi toti anno, id est, usq; ad finem seculi sic dispersi permanebūt. ¶ Quomodo uel ad quid tali hora, tali die, tali mense, & tali anno parati fuerunt: uidelicet ad rapiendam permissionem siue opportunitatē male agendi, sicut seruine quam parati steterūt, & sicut flagella dei in malum suum pro huiusmodi apparatu seruoꝝ malorum dñs deus Assur uirgam & furoris sui baculū, ipsūq; Nabuchodonozor, qui ad captiuandum Iudæos primus affuit, primusq; seruiuit, uocat seruum suum: Væ, inquit, Assur: Virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Item: Ecce ego mittam & assuam omnes cognationes aquilonis ait dñs, & Nabuchodonozor regem Babylonis seruum meum, & adducā eos super terrā istam & super habitatores eius. ¶ Quid mercedis pro hoc seruitio receperit, postmodū claret dicēte ipso cui seruierat deo: Cumq; impleti fuerint anni septuaginta, uisitabo super regē Babylonis, & super gentē illam, dicit dñs iniquitatem eorū, & cetera. De cæteris quoque regnis idem sentiendum, quia singula post concessā mali seruitutē tempora,

Lumbare illud, erat fili Iſraēl.

3. Reg. 19 Ois potestas & omne regnū à deo est. Roma. 13

Johan. 5

Per horā, diem, mensem & annū, designantur quatuor captiuitates Iudæorū.

Horā est captiuitas Babylonica. Dies, Persarū 230. anni. Mēsis, Græcorum 300. anni. Annus, Romanorū imperium. Qui parati sunt scilicet ad mali sicut seruine quam.

Esaie 10 Hierē. 25 Ibidem.

tempora, mala sibi præmia receperūt. ¶ Notandū & hic, quia Iudæos reputat in genere Cham qui uel cuius genus, ut sæpe dictum est, post diluuium legitur esse tertia pars hominum, quia non nisi tres filij Noë fuerunt, qui cum illo arcam egressi sunt. Quomodo Iudæos in illo reputat uidelicet dicendo, ut occiderēt tertiam partem hominum. Et recte: Nam sub eodem tempore, quo sic occidi & captiuari merebātur, propheta quasi rationē reddens, cur ita futurum esset, hoc genti illi improperebatur: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Et cui dubium, quia Cethæus & Amorrhæus non de Sem, sed de femine Cham pullulauerūt: Sequitur: Le ueneris equestris exercitus uicies milies dena milia audiui numerum eorum. ¶ Non ab e numero equestris exercitus scribitur, quia uidelicet in equis & equitibus superbia regnoꝝ illorum plurimum gloriabatur. Vnde contra Ezechiam clamante Rabface, rex magnus rex Assyriorum dicit nimium gloriabūdus: Sed nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo milia e quorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum. ¶ Porro quod dicit uicies milies dena milia, idem est ac si diceret, e conuerso decies milies uiginti milia, quæ sunt ducenties mille milia. Idem, inquam, est in quantitate, sed nō in mysterij ratione. Omnino aliud intelligere licet, per hoc quod sic dixit, uicies milies dena milia, quāsi dixisset, decies milies uiginti milia. ¶ Ut clarius atq; intelligibilius fiat quod nunc dicere cupimus, prius de natura multiplicatis numeroꝝ pauca dicamus. Vnitas, id est, character, qui, sicut Abacixæ melius norunt, in primo limite, qui & singularis dicitur, unum significat, transpositus ultra in quintum limitem decem milia designat. Item binarius, id est, character, qui in iam dicto singulari limite duos significat, translatas ad eundem, id est, quintū limitem, qui decenus millenus dicitur, uiginti milia designat. Sunt itaq; in uno eodemq; deceno limite, & unitas multiplicāda, & binarius multiplicator, unitas uidelicet decies millena, & binarius nihilominus uicies millenus. ¶ Nonnihil mysterij in hoc subesse arbitramur, quod in ista quantitate equestris exercitus, in uno eodemq; limite cubant unitas & binarius, & q̄ non unitas binariū multiplicat eundem hunc modum ut diceretur, q̄ decies milies uiginti milia audiui numerū eorum, sed e contra binarius unitatē, dicendo: & uicies milies dena milia audiui numerū eorum. Quid em̄ unitas decena millena, nisi gentem Hebræam unius dei culticem significat. Quid porro binarius decenus millenus (qui interdū infamis est in scriptura sacra, ut illic, de immundis uero bina & bina ingredientur in arcam) ¶ Igitur unitas in eodem limite cum binario cubat, quia uidelicet gens Iſraēlitica, quæ unius dei populus esse debuerat, in terra gentiū immundarum, & abominabilia facientium collocata est. Illic profecto nō gens Iſraēlitica gentes immundas & idololatræ ad mundam uitam uenit; sed cultum conuertit, sed e contra gentes immundas & idololatræ, gentem illam ad immunda & abominabilia peruerterunt. ¶ Nam hoc est quod Esdras & Neemias cæteriq; qui cum eis erant, timentes dominum, reuerſi de Babylone deplorant, dicentes: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt usq; ad cœlū. Et post aliqua: Et post omnia quæ uenerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro maximo, quia tu deus noster liberaſti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie, ut non conuerteremur. & uirtute face remus mandata tua, neq; matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum, & cetera. ¶ Amplius autem cum sub regno Græcorum essent, non ipsi Græcos ad ueri & unius dei cultum conuerterunt, sed e contra Græcos illos in leges deo uero aduersas peruerterunt. Nam hoc est quod in libro Machabeorum Mattathias cum filijs suis scissis uerbis plangit, dicens: Vē mihi, ut quid natus sum uidere contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cum datur in manibus inimicorum: Sancta in manus extraneorum facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis, & cetera. Multi enim ex Iſraēl cōfiterentur relinquere legem dei, & sacrificabant idolis. ¶ Itaq; recte non unitas binarium, sed binarius unitatem multiplicat, & quod in de excrescit, item binarius est, sunt enim ducenties mille milia. Si quidem per binarium multiplicata unitas binarius fit hoc modo, bis unum, duos & quia unitas decies millena, & binarius decies millen⁹ est, ipse binarius qui inde excrescit, in quinto ab eo qui multiplicatur limite ponitur, & sicut iam dictum est, ducenties mille milia sunt, ibiq; binarius tam multiplex immundam Iſraēlis & gentium permixtionē significat. Sequitur: Et uidi equos in uisione, & qui sedebant super eos habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita e quorum erant tāquam capita leonum, & de ore ipsorū procedit ignis, & fumus, & sulphur. Ab ijs tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & fumo, & sulphure, qui procedebat ex ore ipsorum. ¶ Numerum quidem non definiendo, sed mysterij eius significando præscripsit dicens, & numerus equestris exercitus uicies milies dena milia audiui numerū eorum. ¶ Nunc demum & equorum & equitum subscribit dicendo, & ita uidi equos, & qui sedebant super eos, Assyrii siue Chaldæi, Persæ, & Macedones atq; Romani, cum fuerint uel sint natura homines, equos ascēdētes, & in equis gloriantes, nihilominus tamen pro quadam similitudine dicuntur & fuerunt equi, imō & asini, iuxta illud propheticū:

Quo Iudæi dicantur de genere Cham. Gene. 9

Ezech. 18

Esaie 36

Mysterium numerorū.

Abacixæ, numerorū calculatores in abaco.

Mysterium cur hinc binarius multiplicatur.

Gene. 7 Vnitas Hebræus, binarius Gæules designat.

Esdras 9

Ibidem.

Iudæi sub Græcis idololatræ. Macha. 2

Vicies milies dena milia, sunt ducenties mille milia

Gentes hic equi dicuntur, q̄ à diabolo agitantur.

Ezech. 23 **Carnes afinorum carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorum. Quorum uel qualium equitum fuerunt isti equi uel qui se debant super eos, nisi agitantes superborum atq; luxuriosorum spiritus maligni: Isti se debant super eos, isti agitabant eos, & cum saliret in curribus & in equis, currus & equi erant diaboli. ¶ Habentes, inquit, loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas. Spiritus namq; maligni, quorum cordibus praesident, eorum sunt poenae amici, imò & quales efficiant eos quibus insident, tales in praesenti uisione apparent. Quales autem efficiunt, nisi cupidus, superbus, libidinosus: Quid uero per ignem nisi cupiditas: Quid per hyacinthum, qui color caeli faciem imitari dicitur, nisi superbia: Quid per sulphur foetidum, nisi libidinem, maximeq; eam quae est contra naturam intelligimus? Tales nimirum regnorum illorum gentes fuerunt, cupiditate ar dentes, superbia tumentes, libidine foetentes. ¶ Bene ergo postquam de equitibus dixit, eadem fere de equis subiunxit: ¶ de ore, inquit, ipsorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Solummodo hyacinthinarum appositionem loricarum commutauit, pro illo colore superbia significat ponens fumum, per quod nihilominus superbia significari solet, iuxta illud Psalmistae: Inimici uero domini uero honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. ¶ Igitur equitibus de quibus dixerat, habentes loricas igneas, & hyacinthinas et sulphureas, e quos suppare fuisse testatur cum dicit, & de ore ipsorum procedit ignis, & fumus & sulphur. Similes em sunt homines eiusmodi malignis spiritibus infestioribus atq; habitatoribus suis, licet daemones in hoc minus habeant, ut non actu sed tantum uoluntate libidinosi sint, quippe qui sine carnibus sunt. Et quis hęc ignoret, quod illi inimici domini, cupidi, superbi fuerint & libidinosi: ¶ Nam de igne cupiditatis eorum quippiam praedicare ex abudanti est: Palam quippe est quia ignis eorum eiusmodi, totum mundum conflagrauit, regnumq; aduersus regnum concitans, nullam orbis terrarum requiem uel refrigerium concessit. ¶ Porro de fumigante illorum superbia illud prouerbum satis est, quod reges eorum homines mortales deos se haberi uoluerunt, ut exempli gratia Nabuchodonozor, qui praecerperat Holoferni quatenus omnes deos terrae exterminaret, ut ipse solus diceretur deus, ab his nationibus quae possent eius potentia subiugari. Item in regno Persarum Aman superbissimus indignans, quod à Mardocheo non adoraretur, pro causa hac omnem Iudaeorum nationem qui erant in regno Assueri perdere conatus est. In regno Graecorum Antiochus illustris ascendens Hierosolymam in multitudine graui, intrauit in sanctificationem cum superbia, & locutus est superbia magna, existimans praesuperbia terram ad nauigandum, pelagus uero ad iter agendum de ducturum, propter mentis elationem. In regno Romanorum elati imperatores, etiam dum ad uiuerent pro dijs coli uoluerunt. Unde Octauiano Augusto Flaccus adulas inter caetera dicit: Praesentis tibi maturus largimur honores, iuradasq; tuum per nomen ponimus aras. Itemq; Vergilius de eodem: O Melibee deus nobis haec otia fecit, Nanq; erit ille mihi semper deus, illius aram saepe tener nostris ab oculibus imbuet agnus. ¶ Quid tandem de libidinibus regnorum eorum eundem multis opus est: Nam ut de diuinarum testimonijis taceam scripturarum, quale illud est Apostoli: Tradidit illos deus in reprobum sensum. Quid turpe de illis non cantitant satyræ Graecorum & Latinorum: ¶ Praeter haec unum quid interposuit, quod maxime ferocitatem siue crudelitatem designat huiusmodi equorum. ¶ Et capita, inquit, equorum erant tanquam capita leonum. ¶ Hoc ita perspicuum est, ut in Daniele primum regnorum illorum, scilicet Babylonium, significatum sit per leonem. Prima, inquit, bestia quasi leona, & alas habebat quasi aquilae. ¶ Sic enim regnum illud propter saeuitiam & crudelitatem figuratum est, siue propter luxuriam, & uitam libidini seruientem, non leo sed leona appellatur. Atque enim hi, qui de bestiarum scribere naturis, leonas esse ferociores, maxime si caulos nutriant, & semper gestire ad coitum. Quod autem habebat alas aquilae, superbia regni significat potentissimi. Quare quare ab huiusmodi equis uel equitibus homines, id est, Israeliticum populum occidi permisit deus: Sequitur & dicit: Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, & fumo, & sulphure, quae procedebant ex ore ipsorum. ¶ Ab his tribus plagis, id est, propter istas tres plagas, quomodo & in psalmo: A uoce gemitus mei adhæsit os meum carni meae, id est, propter uocem diaboli dicentis: Comedite & eritis sicut eq; quae materia principumq; fuit gemitus mei, contabui & factus sum mortalis. Et propter illam uocem creditam, quemadmodum in tabescente corpore adhæret os carni, ita in me rationalitas consentit sensu litati. Item: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fetu miscebam, a facie iræ & indignationis tuæ, id est, propter faciem siue praesentiam iræ indignationis tuæ. Itaque ab his tribus plagis, id est, propter istas tres plagas occisa est tertia pars hominum de igne, & fumo, & sulphure, id est, propter ignem & fumum & sulphurem, quae peccata fuisse iam diximus gentium siue regnorum illorum, uidelicet concupiscentiam, superbia, libidinemq; Sodomiticam. ¶ Eadem enim & ipsi fecerunt, & eorum similes in culpa fuerunt, quibus ad poenam traditi sunt. Hoc nobis scripturarum testimonijis comprobare ex abundanti**

danti est, sicut fuit Apostolo, ubi commemoratis sceleribus gentium, conuertitur ad Iudaeum reprehendentem & iudicantem eos qui ex gentibus crediderant, dicitq; ad eum: Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: Eadem enim agis quae iudicas. Iuste igitur occisa est hęc pars hominum, scilicet gens Hebraica, quia tribus istis peccati plagis coram deo confaucta fuerat. Inde & dicitur tertia pars hominum, id est, reputatur in parte Cham, qui unus de tribus filijs Noë peccator fuit, & male dictus esse meruit. Processisse autē dicitur hęc plaga ex ore equorum, quia uidelicet ut talia facerent Iudaei, ex colloctione & consortio gentium contraxerunt. ¶ Exempli gratia: Ison frater Onig (ut in libro Machabeorum legitur) Antiochi fauens sceleris imperijs, legitima ciuium iura de stituens, praua in stitura sancibat. Et tenim ausus est sub ipsa arce gymnasiū constituit, & optimos quoq; profecto in luptuariis ponere. Erat autē hoc non initium, sed incrementum quoddā & epithetum gentilis & alienigenae conuersationis, propter impij & nō sacerdotis Iasonis nefariū & inauditū scelus, ita ut sacerdotes iam nō circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo & sacrificijs neglectis, festinarent participes fieri palæstræ & praebitionis eius iniustæ, & in exercitijs disci, & patrij quidem honoris nihil habentes. Graecas glorias optimas arbitrabantur. Quorum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta emulabantur, ac per omnia his cōsimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerant. ¶ Ita & igne perusti, & fumo elati siue obscurati, & sulphure corrupti sunt, quae de ore procedebant eiusmodi equorum, & sic ab illis occisi atq; capti uati sunt deo iudice, deo potestate illis equis iuste tradente, ut quorum gloriolas & libidines se stabantur, eorum gladijs occiderentur. De qua potestate illis tradita prorsus sequitur: ¶ Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. ¶ Et est sensus: Iccirco nanq; potestatem in eos deo dante acceperunt, quia illi ad ora illorum accesserunt suscipiēdo errores eorum. ¶ Et caudis eorum adhaerent, id est, prophetis siue ariolis & magis eorum consenserunt. Nam propheta docens mendacium, ait Esaias, ipse cauda est, uidelicet, quae quodammodo protegit stercorea, dum ipsam quod loquitur mendacium quanta potest ueri similitudine perornat. Et eiusmodi caudae equorum, id est, prophetas tales siue ariolos gentium Israellem habuisse, permulta sunt exempla siue testimonio scripturarum, quippe cum unus Helias de talibus quadringentos quinquaginta uiros occiderit, omnes prophetas Baal. Igitur potestas equorum in ore ipsorum, & in caudis eorum, id est, potestatem quam habuerunt in populū dei, regna illa, male colloctiones & pleu doprophetae, incitatores magi & arioli siue aruspices eundem populū seducendo illis adqui fuerunt, quibus maxime Babylonij & Persae abundauerunt. Et quasi quereles unde de caudis ut talem potestatem fecerint, cōtinuo subiungit: ¶ Nam caudae eorum siue serpentes, habentes capita, in illis nocent. ¶ Similes sunt serpentes, id est, imitantur malignos spiritus, suntq; pleni spiritu mendacij, qui per serpente primū hominē decepit, habet capita & in his nocent, id est, principibus & potentibus, regibus & imperatoribus adherent, & eorum patrocinioli, quos seducere non ualent, premere praualent, ut ipsorum uel iniuri sequantur errorem. Nam exempli gratia, in ipso Israel prophetarum Baal Iezabel caput erat, & pro tali capite sic fortes erant, ut contradicere illis nemo ausus fuerit, nisi solus Helias, licet praeter eum reliqui essent septem milia uiros, qui non curauerunt genu ante Baal. Eodem modo reges Babyloniorum, & Persae ceterorumq; regnorum, magis & aruspices suis capita fuerunt, ut ipsorum uel gladio perficerent, quod ore suo loquendo siue suadendo de populo uerum deum colente facere non possent. ¶ Et caeteri homines qui non sunt occisi plagis, neq; poenitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut nō adorarent demonia & simulacra aurea, & argentea, & aerea, & lapidea, & lignea, quae neq; uidere possunt neq; audire, neq; ambulare, & non egerunt poenitentiam ab homicidijs suis, neq; a ueneficijs suis, neq; a fornicatione sua, neq; a furtis suis. ¶ Certum est quia non omnes homines illos, homines Israelitas siue Iudaeos illos, regnorum reges occiderit. Nam & nouissimo illos, scilicet Romano imperio, quod quasi bestia terribilis atq; mirabilis cuncta comedit atq; cōminuit, aliqui super fuerunt qui captiui ducebantur in omnes gentes. ¶ Itemq; certum est, quia sic captiui & dispersi poenitentiam non egerunt ab homicidijs & caeteris peccatis suis, nam usq; hodie Christo rebelles existunt, & Christum blasphemant, quem patres eorum occiderunt. Quid igitur erit illis: Quid subaudiendū est in dictione huiusmodi: Fecit enim eclipsin, id est, defectum sermonis, dicēdo, & caeteri homines qui non sunt occisi his plagis, & caetera. Quid ergo erit: Nunquid erunt impuniti: Non utiq; sed subaudiendū est, quia ipsi bibent de phyalis plenis iracundia dei uiuentis. De quibus suo loco plenius dicendū erit, ut non profit eis quod corporaliter non fuerunt occisi, cum in aeterna morte animae sint detinēdi tanto profundius quāto in peccatis suis permanēt pertinacius, qui tot plagis uel mortibus attriti, non sunt ad percipientem se reuerfi.

quae genti
ics.
Roma. 2
2. Macha. 4
Scelera Iasonis Iudaei
Caudae eq-
rū sunt ma-
gi, arioli, &
caetera, &
Esaias 9
3. Reg. 18
Capita in
caudis re-
ges & prin-
cipes sunt,
pro falsis p-
phetis agē-
tes contra
nos.
3. Reg. 18
Ibidem 19
Daniel. 7
Iudaei super-
stites peius
post hanc ui-
sā habebūt
Infra 16

RVPERTI ABBA
TIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN-
NIS APOSTOLI COMMENTARIO-
RVM LIBER VI.

Septima tu-
ba est nou-
uissimi iu-
dicij.

1. Cor. 15
1. Theff. 4



Tuba nou-
uissima ma-
xime terri-
bilis.

Sopho. 1

CAP. X.

Angelus a-
lius q. Chri-
stus est.

Pfal. 22

Amictus
nube.

Iris in capi-
te eius.

Gen. 9

Hebr. 5

Iohan. 17

Luc. 1

Roma 13
Marc. ult.

DE SEPTEM TVBIS VNA SVPEREST TVBA NO-
uissima, post quam tuba eiusmodi nulla canitura est. Sex enim tu-
bae cecinerunt, & cum tantum septem datę fuerint, totidem angelis,
singule singulis, profecto septima quę superest, nouissima est, quam
& Apostolus non ignorans Corinthiis dicit: Omnes quidem resur-
gemus, sed non immutabimur. Canet enim tuba, & mortui resurgent
in corrupti. Item ad Theffalonicenses: Quoniam ipse dominus in ius-
su & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de caelo. Hoc idem
videlicet, quod hęc tuba septima nouissima sit, iurans hic protinus
fortis angelus astruit dicendo, quia tempus amplius non erit, sed in diebus uocis septimi an-
geli cū cęperit tuba canere, consummabitur mysteriū dei, sicut euāgelizauit per seruos suos
prophetas. ¶ Hic timor & tremor, & ualde terribilis expectatio est. Non enim hęc tuba cęte-
ris consimilis existimanda est, alius fragor, alia tempestas quam in cęteris cantibus tubarum,
in illius tubę clangore comparebit. Nam & propheta circa eius descriptionē ualde laborat
cum dicit: Dies irę dies illa, dies tribulationis & angustię, dies calamitatis & miserię, dies te-
nebrarū & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubę & clangoris. Sed quid multis nititur
argumentis? Etenim pro argumento magnitudinis tubę illius uel solum illud sufficit, quod
filius dei suo illam aduentu pręuenire curauit, & declamare nobis sua uoce quod illa talis tu-
ba canitura sit, ut non simus imparati. Nam & hoc quod sequitur. **L** Et uidi alium angelum for-
tem descendente de caelo amictum nube, & iris erat in capite eius. **E**t subinde **E**t angelus
quem uidi leuauit manum suam in cælum, & iurauit per uiuentem in secula seculorū: qui crea-
uit cælum & ea quę in eo sunt, & terrā & ea quę in ea sunt, & mare & ea quę in illo sunt, quia
tempus amplius non erit, sed in diebus uocis septimi angeli, cum cęperit tuba canere, consum-
mabitur mysterium dei, sicut euāgelizauit per seruos suos prophetas. ¶ Quis enim ille est an-
gelus alius, nisi angelus magni consilij, angelus testamenti dei, sępe predictus, & sępe dicendus,
uere alius, & longe dissimilis angelis omnibus. Hunc angelum fortem dicit, nam uere est for-
tis, imō & princeps fortitudinis. Hinc & Psalmistā dominus, inquit, fortis & potens, dominus
potens in pręlio. Proinde & angelus ille qui hunc uenientem pręnuntiāuit, Gabriel dicitur,
id est, fortitudo dei. De caelo, inquit, uidi illum descendente, De caelo, inquam, uidelicet ubi
erat prius. Nam quo descendit de caelo, nisi in uterum uirginis? Non enim de illo uirginis ute-
ro initium habuit existendi, sicut quidam dixerunt blasphemantes hęretici, quorum primus
Cherintus fuit, sed in illum uterum de caelo descendit, de sinu patris aduent. ¶ Et qui deus e-
rat, homo factus est: quod quęrat uerbum in principio, caro factum est, non mutata in carnem
diuinitate, sed assumpta carne. Hoc est quod dicit, amictum nube. Nubes enim & hic & in ple-
risq; scripturarum locis mysticis, carnem illam significat, pulchra nimirum & congrua confi-
derata similitudine: quia uidelicet sicut sol, cum nube tegitur & latet, & tamē scitur quia prę-
sens est dum suum orbem non ostēdit, & tamen orbis uirgineo diem facit: sic in illa carne deus
& latuit, & pręsens dinoscitur potuit, dum diuinitatem suam, ut semper erat, inuisibilem conti-
nuit, & tamē per opera uisibilia mundū uniuersum illuminauit. ¶ **E**t iris, inquit, in capite eius.
Iris, id est, arcus cęlestis misericordiam designat eiusdem fortissimi: est enim signum uel pro
signo datus propitiationis, dicente domino ad Noe: Nequaquam interficietur omnis caro ul-
tra aquis diluuij. Ac deinceps: Hoc signum fœderis inter me & uos: Arcum meum ponam in
nubibus, & erit signum inter me & inter terram. Igitur iris in capite eius, id est, misericordiam
in summa & principali intentione aduentus eius. **E**t circo nanq; sic nube carnis amictus adue-
nit, ut prępararet nos talesq; efficeret, qui possimus stare in illa die iudicij, cū tuba illa nouissi-
ma cecinerit, quę pręparatio est peccatorū remissionem dare, quod fecit ille penitentia prę-
dicans, & laudans nos à peccatis nostris in sanguine suo. **V**nde misericors & fidelis dicitur pon-
tifex, quia talis erat iris in capite eius. **L** Et facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquam colu-
mna ignis. ¶ Facies eius est notitia eius, quę à tempore resurrectionis eius (qua clarificatus est
claritate quam habuit priusquam mundus fieret) orbi uniuerso sereno lumine insulsi, imple-
to, quod Zacharias eodem mox nascituro pręcinentis: **V**isitauit nos, inquit, oriens ex alto, illu-
minare ihs qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Huius solis resurgentis ortum respiciens
Paulus apostolus dicit: Nox pręcessit, dies autem appropinquet. Nox enim prius erat, ex-
tunc autem sole surgente, dies appropinquantibus sibi appropinquat. **M**arcus quoq; euan-
gelista

gelista in mysterio loquens, cum dixisset: **E**t Valde mane una sabbathorum ueniunt ad mo-
numentum, orto iam sole. Nisi mystice dictum intelligatur, de isto sole iustitię, qui diem no-
uum mundo indidit sua resurrectione, repugnantia sunt, ualde mane, & orto iam sole. **L** Et pe-
des eius, inquit, tanquam columna ignis. Hęc descriptio nō nihil à priore differt, ubi primū
ipse qui nunc describitur huic Iohanni uisus est. Illic nanq; primum filius hominis manifeste
scribitur, hoc autem in loco angelus fortis dicitur. Illic caput eius & capilli tanquam lana al-
ba, & tanquam nix candidi scribuntur: Hic autem de huiusmodi canicie tacetur, & hoc solum
dicitur, quia iris erat in capite eius. Illic scriptum est: **E**t pedes eius similes aurichalco sicut in
camino ardenti. Hic autem nunc dicitur: **E**t pedes eius tanquam columna ignis. Hastaliū de
scriptionum diuersitates quærere, cur habitę sint non otiosum est. ¶ Dicimus ergo quia prio-
ris illius habitus alia fuit causa uel intentio, quam illic non tacuimus, & alia huius pręsen-
tis, quam similiter pręterire non conamur. Illic nanq; contra Cherintum & Hebionem, cęte-
rosq; antichristos, qui interim dum hic Iohannes in insula Pathmos exulat, Christum ante
Mariam fuisse negare cęperant, ostendebatur eidem illo tali schemate uel figura, quale scri-
pturus foret euāgelium, uel quale oporteret eum de Christo perhibere testimonium: Hic au-
tem omnibus fidelibus pariter & infidelibus significabatur, quale uel quantum orbi uniuers-
o impendat negotium, propter quod uenerit Christus in hunc mundum, ut prouidum siue
inexcusabilem faceret omnem hominem, nouissimę tubę terribilem sonum, id est, ultimum
pręnuntiatio iudicij. **E**t circo & illic naturam utranq; unius eiusdemq; Christi recte signi-
ficatam accipimus: Hic autem officij eius. **I**nde est quod illic filius hominis, quod natura est:
Hic autem dicitur angelus, quod officij est. ¶ **I**tem illic caput eius scribitur prę canicie candi-
dum, significando diuinę naturę antiquitatem: Hic autem iris in capite eius, uidelicet desig-
nando suscepti officij misericordiam & pietatem. ¶ Illic pedes qui sunt infimę partes cuiusq;
corporis, dicti sunt similes aurichalco, quo significatur inferior, id est, humana Christi natu-
ra, permanente substantia, in auream transmutata esse gloriam diuinitatis. Hic autē pedes eius
dicuntur tanquam columna ignis, quo dicto significantur prędicatores eius, per quos uenit
ad nos, spiritu sancto firmati atq; illustrati sunt. Sunt enī pedes eius omnes euāgelij eius por-
titores, acq; ministri, de quibus & propheta dicit: Quam speciosi pedes euāgelizantis & an-
nuntiantis pacem, annuntiantis bonum, prędicantis salutem, dicentis Sion regnabit deus tuus.
Isti pedes ex eo facti sunt tanquam columna ignis, ex quo uenit super eos spiritus sanctus
tanquam ignis. **E**t xpc enim qui prius fuerant imbecilles & pauidi, idiotę & sine literis, facti
sunt fortes & securi, facundi & omnium scripturarum periti. **E**xempli gratia: Petrus ante stū-
gidus & ad prunas fides & calefaciē se, timuit & negauit propter uocem unius ancillę ostia-
rię: extunc autem columna ignis siue columna ignea factus est, ut & firmiter stans ecclesiam
dei tanquam columna sustineret, & zelo bono feruens tanquā ignis, principes & reges, sum-
mosq; imperatores in uerbo uirtutis iustitięq; responsis adureret, & eidem ecclesie quam ue-
lut columna sustinet, uelut ignis lucem ueritatis infunderet. **L** Et habebat in manu sua libel-
lum apertum. ¶ Libellus iste idem liber quem uidit Iohānes signatum sigillis septem in
dextera sedentis super thronum. **A**pertus autem nūc dicitur, uidelicet quem admodum & il-
lic scriptum est: quia agnus illum aperuit, & soluit signacula eius. Siquidem agnus qui illic li-
brum aperuisse scribitur, ipse est angelus iste, qui hic in manu sua libellum apertū habere cer-
nitur. **H**abet enim in manu sua ueraciter libellū hunc apertum, quia uidelicet in potestate eius
est nota facere credentibus in se secreta scripturarum. Hęc potestas iam tūc in manu eius e-
rat, quando resurgens & apparens discipulis suis, sicut euāgelista refert, aperuit illis sensum
ut intelligerent scripturas. **L** Et posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autē su-
per terrā. ¶ Omnes eiusmodi pedes huius angeli ex quo facti sunt sicut columna ignis, id est,
ex quo spiritu sancto sunt firmati et illustrati, eo ipso quod sic firmati, sic sunt illustrati, omnes
dexteri, id est, boni sunt & electi. **A**t uero priusquam sic firmarentur, sic illustrarentur, uideli-
cet ante passionem dominicam, omnes sinistri, quia multi reprobi, omnes autem infirmi erāt.
Nam, exempli gratia: loquente illo & dicente: Nisi mādūcaueritis carnem filij hominis & bi-
beritis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, & ihs similia: multi discipulorum eius, in-
quit euāgelista, audientes abierunt retro, & iam non cum illo ibant. **D**e residuis quoq; duo-
decim uisus diabolus erat. ¶ **P**etrus quoq; nunc pes fortis & dexter, pes bonus & electus, &
iuxta prophetam ualde speciosus, tunc pene sinister fuit, quia lapsus est, & eum, quem porta-
re, id est, prędicare debuerat Christum negando, cecidit. **I**tacq; ante passionem dominicam om-
nes, ut iam dictum est, pedes huiusmodi fuerunt sinistri, quia multi reprobi, omnes autē e-
rant infirmi. ¶ **S**cimus autem quia pedes isti ante iam dictam passionem dominicam, tantum-
modo iudęam perambulauerunt, id est, in sola iudęa prędicauerunt, ipso sic precipiente il-
lis: **I**n uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite-
ad oues quę perierunt domus Israel. **P**ost passionem uero suam cum resurrexisset à mortuis
H 4 dicit

In qbus dif-
ferre hęc de-
scripio
Christi à
priore.
Supra 1

Ratio di-
uinitatis.

Caput.

Pedes.

Eliaie 58

Actos 3

Lucæ 22

Cur hic ap-
tus, supra si-
gnat? liber
ponitur.
Supra 5

Lucæ ult.
Ante para-
clerum mis-
sim, oēs pe-
des erāt si-
nistri, po-
stea dexteri
Iohan. 6

Petrus.

Matth. 10

Marc. ult. Mat. ult. P. dexter sup mare: si nister super terram. Plal. 45

Gen. 49 Amos. 1

Amos 3 clamor iste in passione crucis ubique audit est.

Matth. 27

Amos 3

Septē tonitrua sunt omnium prophetarū oracula.

Deut. 32

Die tertia fuscitabit nos. Osee 6

Clamor Christi sicut rugitus leonis.

Luc. ult.

Apostolis mysteria scripturarū non erant incognita. Iohan. 15

dicit eis: Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ: euntes doce te omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. ¶ Igitur pedem suum dexterum posuit super mare, sinistrum autem super terram, id est, prædicatores suos iam confirmatos in uniuersitatem gentium misit, cum autem aduocessent infirmi, tantum in Iudæa iustos prædicare iussit. Nam plerumque nomine terræ, Iudæa: maris autem uocabulo, gentes significantur, ut exempli gratia, in psalmo cum dicitur: Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Est enim hic sensus: Non timebimus futuras tribulationes quæ erunt dum turbabitur terra, id est, Iudæa: qui debuerant esse terra culta & fertilis, & modo sunt trā terra, id est, solis terrenis dedit, & in mediū gentium transferretur apostoli. Sequitur: Et clamauit uoce magna, quemadmodum cum leo rugit. ¶ Ponendo pedes suos angelus iste, dexterū super mare, sinistrum autē super terram, sicut iam dictum est, uoce magna clamauit: quia prædicatores suos constituit, uocem euāgelicam, quam totius orbis audiret mirabiliter edidit. Quomodo uel quā magna uoce clamauit? Ita, inquit, quem admodum cum leo rugit. Vere quemadmodum cum leo rugit. Nam & hoc patriarcha Iacob prædixerat ijs uerbis: Catulus leonis Iudæa, ad prædam filii mei ascendit, requiescens accubui super leo, & quasi leona. Et propheta Amos: Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit uocem suam: Et multis alijs prophetarū dictis huiusmodi prædicatur hoc ipsum, quod nunc dicitur, quemadmodum cum leo rugit. Ait qui de matris scripserunt, quia ad uocem sue rugitus leonis omnia contremiscunt, & cuncta animantium natura terretur. Hinc est illud propheta: Leo rugiet, quis non timebit? Et statim ostendens quid per hanc similitudinē uelint intelligi: Dominus deus, inquit, locutus est, & quis nō propheterabit? ¶ Itaq; & sic sciendū, & subintelligendum est, clamorem huius angeli sic magna uoce clamantis, quemadmodū cum leo rugit, illum fuisse clamorē passionis uel mortis eius, quo infernus contremuit, & cælum patefactum est, patuitq; ianua cœli, siue paradisi animabus prorumpentibus, effractis claustris inferni, tremuitq; terra, & aperta sunt monumenta, multaq; sanctorū qui dormierant surrexerunt corpora, cunctaq; bestiarum natura, id est, malignorū spirituum terra est potentia, & si cut illic propheticè dictum est: Dominus deus locutus est, quis non propheterabit? Omnis propheta, cunctosq; prophetarum oracula consonauerunt, & quid uellent aperuerunt, ad tantum tam magni clamorē angeli illius. Vnde & protinus sequitur: Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. ¶ Quid enim sunt septem tonitrua, quo numero plerumq; & maxime in hoc libro significatur uniuersitas, nisi omnium qui a seculo sunt sanctorū prophetarum oracula: Eorum profecto uoces prius sic erant tanquam tonitrua, quia sicut tonitruum & terribiliter sonat, & tamen articulatum siue intelligibile sonum non dat, sic uoces legis & prophetarum prius & terribiliter sonabant, & tamen quid eisdem uocibus significaretur, populares non intelligebant. ¶ Exempli gratia: In cantico Deuteronomij scriptum est: Leuabo ad cælum manum meam & dicam, uiuo ego in æternum: Si acero uel fulgur gladium meum, & arripuerit iudicij manus mea. Reddam ultionē hostibus meis, & ijs qui oderunt me retribuam. Qui illic loquebatur dicens: Leuabo ad cælum manum meam, & cætera ipse est angelus iste de quo hic postmodum dicitur: Et angelus quem uidi stantem leuauit manū suam in cælum, & reliqua. ¶ Amplius autē hic pro exemplo resplendet illud dictum in Osee: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia fuscitabit nos: Hoc etenim pulchre in sensu contingit illud quod nunc dictum est, & clamauit uoce magna quemadmodū cum leo rugit. Rugitus quippe leonis hanc uim naturalemq; potentiā tradunt physiologi: Cum genuerit leona catulum, tribus diebus & tribus noctibus catulus dormit, & tunc demum patris fremitu ueluti tremefactus cubilis locus fuscitare dicitur catulum dormientem. ¶ Quod si ita est, nimirū magna similitudinis causa est cur merito nunc dici debuerit, quemadmodū cum leo rugit, quia uidelicet sic nostra in Christo natura tribus diebus & tribus noctibus somno mortis obdormierat, & tunc demum diuinitatis potentia ueluti fremitu leonis tremefactus est sepulchri locus, & surrexit qui fuerat mortuus homo in quo & nos omnes surreximus. ¶ Hæc & insimilia profecto prius erant tonitrua, id est, soni siue uoces quasi inarticulatæ, eo quod mysteria continerent nondum intelligibilia, sed postquam angelus iste tali modo clamauit facta sunt intelligibilia, aperiente illo sensum discipulis suis ut intelligeret scripturas. Ait ergo: Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Sequitur: Et cum locuta fuissent septē tonitrua uoces suas, ego scripturus eram. Et audiui uocem de cœlo dicentem: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere. ¶ Ego, inquit, scripturus eram, quid est ea scribere quæ locuta sunt septem tonitrua, nisi per calamum & atramentū tractandum, cuncta explanare mysteria scripturarum? Hoc iste non fecit neq; cæteri apostoli. Quare: Nunquid necierunt neq; intellexerunt? Absit hoc. Imō ipsi erant amici qualeslibet nihil debet et abscondi, quemadmodum ipse dicit: Iam nō dico uos seruos, sed amicos meos, quia omnia quæ cūq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Nota feci uobis dixit pro eo ut diceret, nota faciā, quia uidelicet cum hæc diceret,

diceret, id quod mox facturus erat, tam certum erat, ac si iam fecisset. Mox enim resurgendo aperire habebat illis sensum, ut intelligerent scripturas, dando spiritū ueritatis qui eos omnē ueritatē doceret, cum fuerint eatenus homines sine literis & idiota. ¶ Quare ergo: Nunquid noluerunt, uel propter laboris impatientiam subterfugerūt? Non utiq;: Nam ego, inquit, scite, scripturus eram, id est, scribere uolebam. Quid igitur obstitit, nisi præceptum uel regula sanctæ discretionis? Non enim cuncta simul uel eodem tempore poterant expleri propter tarditatem hominū, qui tunc rudes erant & imbecilles ad audiendā sapientiā eiusmodi. Vnde Paulus Apostolus cum dixisset: & consummatus, factus est omnibus obtemperātib; sibi causa salutis æternæ, appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech, cōtinuo subiunxit: De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendū, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum debuisset magistri esse propter tempus, indigetis ut uos doceamini quæ sunt elementa exordij sermonū dei, & facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo, & cætera. Ergo ut nō scriberent tam iste q; ceteri apostoli, ea quæ locuti sunt eiusmodi tonitrua, non illis facultas defuit aut uoluntas, sed eos qui audiri siue lecturi tūc essent obuii sensus imbecillitas. Alioquin nisi pro causa huiusmodi tempus importunū tunc fuisset. ¶ Sicut idem Apostolus interdum pro tempore & re pauca prælibauit. Exempli gratia: Cum dixit scriptū est, quoniam Abraham duos filios habuit, eorumq; mysterium allegoricum perstrinxit. Et sic hic idem Iohannes testimonio legis & prophetarū: competenter uti sciuit uel potuit, exempli gratia, dicendo: Facta sunt enim hæc ut scriptura impleteretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Sic & cæteras uoces quas continebant cuncta illa legis & prophetarum tonitrua explicare scissent & potuissent. ¶ Fuerit ergo laudandæ discretionis illorum necessarium duntaxat fidei ponere fundamentum, cum non defuturos in posterum scirent uel sperarent eos, qui ut cætera bona, sic & sacrarum expositiones scripturarum superædificarent. Vnde idem Apostolus: Dei enim, inquit, sumus adiutores, dei agricultura estis, dei & edificatio estis, secundum gratiam dei quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Vnuiquisque autem uideat, quomodo superædificet: Fundamentū enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum & argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit, & cætera. Hæc ille de superædificantibus. ¶ Scimus autem quia superedificantiū principales duæ distinctiones sunt, quia uidelicet alius in actiua, alius in contemplatiua superædificat uita. ¶ Quod si actiua uitæ opera, quæ sunt, esurientem cibare, sitientium dare, nudum uestire, hospitem colligere, infirmum & in carcere positū uisitare, digne quisquam estimat aurum, argentum, lapidesq; pretiosos reputari debere. ¶ Quanto dignius contemplatiua uitæ insignia splendida, quæ sunt, uerba dei audire, eademq; ruminare, sanctorumq; scripturarum mysteria & uoce proferre & calamo scribere, talibus nominibus scilicet auri, argenti, lapidum pretiosorū debet subintelligere. Hoc deniq; est aurum, hoc argentum, hoc lapides pretiosos superædificare, sanctæ scripturam, quæ extrinsecus in litera uidetur subobscura, præclaris sensibus intrinsecus ornata ostendere. Et hoc nimirū spiritale opus apud illum sapiens animæ amicam magnum habet meritum, sicut & ipsa testificans: Et qui, inquit, elucidant me uitam æternam habebunt. Profecto & ipse Apostolus ibidem in superædificandō hoc maxime studium sese intēdere innuit, cum postmodū dicit: Sic nos existimet homo ut ministri Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam quæritur inter dispēatores, ut fidelis quis inueniatur, & cætera. Dicit ergo: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere. ¶ Quod est dices: Mysteria scripturarum quæ tibi datum nosse promptumq; est exponere, signa, claude, id est, signata ut sunt & clausa posteris quærenda relinque, ut non sint uelut merces ultroneæ, de quibus uulgo dicitur, quod soleant putere. Pretiosa illa erunt, quando opus erit ut quærantur, scilicet urgentibus diuersis hæresibus quas necesse erit esse, ut qui probati fuerint manifesti fiant. Tunc & præclara ingenia multorū multipliciter exercentur, & quæ de scripturarū thesauris laborioso fuerint studio conquisita, non uilia uidebuntur. Hoc dicit huic, nihilominus uniuerso dici arbitramur ordini illi primorū discipulorū Christi, quorum unus & præ cæteris dilectus erat hic. Sequitur: Et angelus quem uidi stantem supra mare & supra terram, leuauit manum suam in cælum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum, qui creauit cælum & ea quæ in illo sunt, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt, quia tempus amplius non erit, sed in diebus uocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium dei, sicut euāgelizauit per seruos suos prophetas. ¶ Quod paulo ante dixerat, & clamauit uoce magna quemadmodum cum leo rugit: Hoc ipsum nūc repetit, latius & uehementius exprimens quid clamauerit, uel clamando quid fecerit: Leuauit, inquit, manum suam in cælum. Manus angeli huius illa est magnificentia, & eleuatio maris: us, illa est eleuatio magnificentiæ, quam admirans Palmista loquitur: Domine dominus noster quam

Lucæ ult. Iohan. 16 Cur apostoli scripturas non explanauerunt. Hebr. 5

Galat. 4

Iohan. 19 Exodi. 12 Zacha. 12 Apostoli posuerunt nobis fidem Iudam. 22

Alij superedificant, In uita actiua. In contemplatiua.

Ecci. 14 1. Cor. 4

Mysteria scripturarū non sunt merces ultroneæ sed pretiosæ. 1. Cor. 11

Leuauit manū suā in cœlum. Plal. 8

ster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Quæ autē illa est magnificentia, nisi resurrectio & ascensio dominica? Sequitur enim postmodū, & dicit ad patrem eiusdem domini nostri: Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nimirum hæc ipsa manus eleuatio, id est, magnificentiæ siue omnipotentia: tanti angeli ab illa cœperit exaltatione, de qua ipse dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Eleuatus namque siue exaltatus in altitudinem crucis, iam ipso cruciati mortis in eo leuabat manū suam, quod cōsummabatur autor salutis omnium, primam faciens nobis resurrectionē quæ est animarum, quia uidelicet peccata debebat omnium per sanguinē suum. Eleuatus deinde & resurgens de sepulchro, eadem ipsa resurrectionis eleuatione fiebat primogenitus mortuorum, id est, princeps ex mortuis resurgentium, secundū in semetipso dedicans resurrectionē, quæ est corporum. Deinde cernentibus apostolis suis eleuatus & ascendens in cœlum, eadem ipsa ascensionis eleuatione constitutus est iudex uiuorum & mortuorum, sedens ad dextram patris, hoc modo cōtestantibus angelis: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Sic ueniet quemadmodū uidistis eum euntem in cœlum, Hac omnimoda suæ manus eleuatione in cœlum, iurauit angelus si se per uiuentem in secula seculorum. ¶ Iurauit, inquit, id est, immutabili ueritate firmauit. Neque enim uerbis aut uulgari iuramentorum effusione iurauit, sicut testis est totus euangelicū textus sermonis, in quo nusquam inuenitur, quod uerbo uel uoce iurauerit, imò & constat quod iurare omnino distulserit, ait enim: Audistis quia dictum est antiquis: Non periuurabis, reddes autē domino iuramenta tua, Ego autē dico uobis, id est, uere siue fideliter dico uobis, dum quippiam tale proloquitur, quod huiusce ueritatis interpositione dignum sit. Exempli gratia: Venit hora & nunc est, quādo mortui audient uocem filij dei, & qui audierint uiuent. Venit hora quando omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij. ¶ Ita iurauit per uiuentem in secula seculorum, id est, per semetipsum qui fuit mortuus & nunc uiuit in secula seculorum. Resurgens enim ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: Ne longius queramus cum dicit, sicut iam diximus, amen amen, iurat, id est, affirmat per semetipsum quem cōstat esse ueritatem, testem fidelem, sicut & longe supra testatur spiritus dicens ecclesiis: Hæc dicit amen testis fidelis & uerus. Ipse est per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Seipsum ergo debens recte dicit: Qui creauit cœlum & ea quæ in illo sunt, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt. Quod ipse esset ille uiuens per quem iuraret, quod ita iurando per semetipsum iuraret, ipso eiusdem stantis habitu subintelligi promptum est. Sic namque stabat, ut contingeret tria hæc, ipsum se esse significans qui omnia contineret. Dextrum namque pedem super mare, sinistrum autē super terram posuerat, & in cœlum, quod horum tertium uel primum est, manum suam leuauerat. Qui ergo creauit hæc, qui manu sua & pedibus suis, id est, omnipotentia sua, continet hæc, certū est quia quod iurauit in hæc uerba, quæ dixit adimple re potest. ¶ Quid enim iurat? Quia tempus amplius non erit, sed in diebus uocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium dei. Tempora quippe circa uel intra cœlum & terram, & mare, & ea quæ in eis sunt uariatur, sibi quæ decedendo succedunt, ac perit de qui illa creauit, sine dubio tempora quoque illorum præfixit, eademque finire potens est cum uoluerit. ¶ Quia tempus, inquit, amplius non erit, subauditur poenitentia, quemadmodū fuit hæc uisus, postquam anteriores tubis cecinerunt angeli. Nam & postquam primus angelus tuba cecinit, & descendente igne in pentapoli perierunt impij, euadente iusto Loth, tempus poenitentia super fuit, & postquam secundus angelus tuba cecinit, & transeunte populo dei per mare Rubrum, inimici illorum sunt demersi, tempus poenitentia super fuit residuis, & postquam tertius angelus tuba cecinit, & habitatores terræ per opera odibilia defluerunt, in manu filioꝝ Israël per dere uoluit, tempus poenitentia referuatum fuit, & postquam quartus angelus tuba cecinit, & quasi in solem, id est, in populū dei irafacta est, ut corpora eorum in deserto prosternerentur, tempus poenitentia datum est cæteris, & postquam quintus angelus tuba cecinit, & illi qui introierant in terrā repromissionis, traditi sunt quinque in manus gentium, pro eo quod non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis, tempus poenitentia super fuit, & postquā sextus angelus tuba cecinit, & soluti sunt quatuor angeli, id est, quatuor principalia regna mundi, Babylonium, Persicum, Macedonicum, atque Romanum, ut occiderent & in captiuitatem ludæorum ducerent genus propter peccata eiusdem populi, adhuc poenitentia locus est, ut reliquæ saluæ sint. ¶ Sed tandem quid cum septimus angelus tuba cecinerit, id est, cum uenerit extrema dies iudicij? Nihil omnino tēporis amplius erit, nullus locus, nul-

Iohan. 12
Duplex resurrectio,
prima animæ, secunda corporis.
Roma 8
1. Cor. 15
Actoꝝ 1
Quo iurauit Chꝛs.
Leuit. 19
Matth. 5
Amen amen dico uobis.
Iohan. 5
Per uiuentē in secula seculorum, id est, per seipsum.
Supra 1
Roma 6
Supra 3
Iohan. 1
Tēpus amplius non erit.
Gene. 19
Exodi 14
Iosue 1 & 12
Numer. 16
Iudic. 2 & 3
psal. 105
Supra 9
Roma 11
Post septimam tubā

eus, nullum spatium poenitendi ultra iam erit. Namque illa particularia siue localia iudicia fuerunt, illud iudicium uniuersale erit, neque reseruabitur huic seculo quisquam ut poenitentiam agere possit. Cum ille tuba canere cœperit, quæ tuba nouissima erit, cuius & apostolus Paulus meminuit, omnes, in quiens, resurgemus, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba canet etiam tuba, & mortui resurgent incorrupti: Tunc consummabitur mysterium. Id est, secretum consilium dei, quo hæc uisus est erga peccatores, flagellādo, & inter flagella longa illis spatia præstādo poenitendi. In quo cōsummabitur illud mysteriū dei: In eo nimirum quod ibunt impij in supplicij æternum, iusti autē in uitam æternam. Sicut euangelizauit per seruos suos prophetas: Id est, per apostolos & per euangelistas. Nam istos quoque dñs prophetas appellat: Ecce, inquit, ego mitto ad uos prophetas & sapientes, & scribas. Prophetæ namque ueraciter sunt dicti, qui de summis rebus, de iudicio, seculorum futuro prophetauerunt. Tanta erit illa nouissima tuba, ut qui illam prospiciunt, qui de illa loquuntur, & magnitudinē eius prædicant, recte deus ipse appellat prophetas. Et uox quam audiui de cœlo iterum loquentē mecum, & dice rem: Vade accipe libellum apertum de manu angeli stantis supra mare & super terram. ¶ Vox ista, uox fuit alterius quæ illius angeli fortis, supra mare & supra terram stantis, dixit enim: Vade accipe libellum apertum de manu angeli stantis supra mare & supra terram. Cuius ergo uox ista erat, nisi eius angeli qui hæc & cætera illi ostēdebat, quicquid illi in primordio dixerat, quod uides scribere in libro? Et forte iccirco nunc dicit se iterum audisse uocem eiusmodi, quia quod illic semel significatum est dicendo, quod uides scribere id ipsum nunc iterum significatur dicendo: Vade & libellum accipe. ¶ Veruntamen quoniam postmodum sic dicitur: Et datus est mihi calamus similis uirgæ dicens: Surge & metire templum dei, sic distingui licet, ut quod dictum est huic: Vade & accipe libellum apertum de manu angeli, commune sit ei cum cæteris apostolis, uidelicet scripturas sensu aperto intelligere, & euangelicæ officium subisse prædicationis. Quod autem postmodum dicitur: Et datus est mihi calamus similis uirgæ dicens: Surge & metire templum dei, proprium ei datum significauerit, scilicet ius & facultatem scribendi euangelij, & ponendi terminos euangelicæ fidei, quos nulli transgredi licitū sit, unde postmodum dicendum erit: Et abij ad angelum dicens ei ut daret mihi librum. Et dicit mihi: Accipe librum & deuora illum, & faciet amaricare uentrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accipi librum de manu angeli, & deuorau illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorarem eum, amaricatus est uenter meus. ¶ Quid enim fuit huic Iohanni ceteris quæ apostolis abire ad hunc angelum post clamorem eius tam magnum, & dicere illi ut daret eis libellum, quem in manu tenebat apertum, nisi id quod omnes ex euangelica ueritate notum habemus, quia post eius uictoris ascensionem regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno, ut sederent ibi quousque induerent uirtute ex alto, fierentque fortes & idonei ad prædicandum ea quæ scripta erant in illo libello, imò in magno sanctorum prophetarum, legis quoque & psalmorum libro: Nempe quod, sicut Lucas testatur, omnes erant perseverantes una nimirum in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Hoc erat dicere illum magno angelo, ut daret eis librum ad deuorandum, id est, appateret eis & idoneo faceret ad prædicandum euangelium, dando spiritum sanctum, quo agente posset homo illorum interior deuorare talem librum, id est, & legendo in imis uisceribus recondere, & prædicando ruētare sanctorum sacramenta scripturarum. Quod & factum est. Nam cum cōplerentur dies pentecostes, factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domū ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ lingue tanquam ignis, sedentes supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Ait ergo: Et accipi librum de manu angeli, & deuorau illum. ¶ Ac si dicat: Et accipi dono filij dei & patris eius facultatē intelligēdi scripturas, ac prædicandi uirtutē & ministeriū, & legēdo atque intelligēdo, necnō & loquēdo siue prædicando delectatus, resectus & confortatus sum. Et erat, inquit, in ore meo tanquam mel dulce. Nihil uerius. Nam & de huiusmodi gustu Psalmista loquitur: Quam dulcia fauibus meis eloquia tua, super mel & fauū ori meo. Et ipsa sancta scriptura, uere dei sapientia de semetipsa dicit: Transite ad me omnes qui cōcupiscitis me, & à generationibus meis implemini Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæc edicatis mea super mel & fauū. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edūt me, adhuc esuriunt: & qui bibūt me, adhuc sitient. Hæc & his similia quæ dicuntur in scripturis de dulcedine huiusce libelli, sola melius persentit felix anima, quæ cumque meruit experiri quæ gustauit, quæ gustādo dulcis ipsa efficitur est tanquam fauus mellis, quo delectatus ipse spiritus & dilectus eius dicit ei: Fauus distillas labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Sed uide quid sequitur: Et cū deuorarem, inquit, eum, amaricatus est uenter meus. ¶ Magna uere dulcedo libelli huius quotiescunque deuorat, sed ipsa dulcedo nunc interim, dū in hoc seculo uiuitur, multis amaritudinibus respergitur. Non enim aduersarij defunt, qui tribulationum & mortis interdū inferat abinthiū. Nam hoc est quod de illis, qui in illa sua dulcedine simul

neque locus, neque spatium poenitendi erit.
1. Cor. 15
Matth. 25
Apostolus et euangelista dicunt etiam prophetæ.
Matth. 25
Et audiui uocem.
Vox angeli quæ principio uisus Iohanni apparuit.
Intra 11
Oēs apostoli acciperit libellum apertum in die pentecostes.
Lucæ ult.
Actoꝝ 1
Actoꝝ 2
Libertore tanquam mel dulce.
Psal. 118
Ecc. 24
Cant. 4
Amaricatus est uenter meus.

simul amaritudine eiusdem amaricitatis sunt, scimus & didicimus quia calicem domini biberunt iuxta promissum ipsius dicitis: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum: Et rursum Calicem quidem meum bibetis, & cetera. ¶ Isipse Iohannes quamuis materiali gladio siue alio quomodo non fuerit peremptus, non tamen omnino expertus fuit amaritudinis illius. Nam in feruentis olei dolium fuerat missus, & nunc cum hac uideret, in Pathmos insula exilio relegatus tenebatur. ¶ Igitur accipiat quidem librum, & deuoret illum cuiuscumque hoc datum est, sed illud sciat, qui cum deuorauerit illum, cum uiuere & docere coeperit secundum illum, uenter, id est, anima eius amaricabitur a persequentibus, iuxta quod & uere dicitur pronuntiat Paulus: Omnes qui pie uolunt uiuere, persecutionem patiuntur. Ad reliqua tendamus. ¶ Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetae populis & gentibus, & linguis, & regibus multis. ¶ Quare haec uiderat uel audierat in descensu uel habitu illius angeli, communia sibi cum ceteris fuisse apostolis, quia uidelicet & ipsi libellum apertum de manu angeli acceperunt, & deuorauerunt, & fuit in ore eorum dulce tanquam mel, uenter autem eorum amaricatus est, id est, acceperunt apertum sibi sensu ad intelligendum scripturas per spiritum sanctum, praedicandi officium: & pro bona uoluntate fuit illis dulce hoc facere, pro infidelium autem & impiorum persecutione uentres, id est, animae eorum amaricatae sunt. ¶ Hoc autem quod nunc refert dictum sibi: Oportet te iterum prophetae, erga proprietatem dictum uel actum intelligendum est ipsius personae, ut quod dictum est, oportet te iterum prophetae, hoc fit, oportet te ab hoc exilio absolui, et euangelicam ueritatem calamo & atramento conscribere. Sequitur enim: Et datus est mihi calamus similis uirgae. Ergo oportet te, inquit, iterum prophetae, ac si dicat: iam dudum quidem scio, quod absolui uelis a corpore, ex toto corde desiderans facere meam uidere, & odor meus concupiscentias aeternitatis excitauit in te, & pro hoc multoties rogasti me ut uenires ad me. Dixi tibi quoties rogasti me, & nunc dico tibi, expecta ut populum liberet crediturum mihi. Ob hanc causam oportet te expectare, oportet te iterum prophetae populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis, id est, quod dum ma cum reuerentia legant & audiant populi & gentes, & linguae, & reges multi. Nam ecce dum exulasti, interim Cherintus insanit, Marcion furit, Hebion blasphemare incipit, ceterique bacchantur antichristi contra uerbum fidei, contra maiestatem & antiquam diuinitatem filii dei, dicentes quod ante Mariam non fuerit, & quod tam recens deus sit ut ex illa initium existendi acceperit. ¶ Praeterea futurum est, ut ueniat Arrius per uicax faelles diaboli, diciturus & persuasurus populis & gentibus & regibus multis, quod idem filius dei creatura sit, & in tempore esse coeperit, quod quod fuerit tempus quando idem filius dei creatura sit, & in tempore esse coeperit, & providere populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis, ut ab his pestibus populum Christianum liberet crediturum mihi. Quomodo prophetae? Ait: Et datus est mihi calamus similis uirgae dicens: Surge & metire templum dei & altare, & adorantes in eo: Atrium autem, quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris eum, quonia datum est gentibus. ¶ Calamus similis uirgae facultatem scribendi significat cum magisterij auctoritate. Calamus nanque scriptorum, uirga magistrorum est: Et sunt uel fuerunt aliqui quibus calamus datus est, sed non similis uirgae, id est, similis facultas, sed non cum illa magisterij dignitate, ut de nulla illorum sententia siue dictione liceat cuiquam ecclesiastico dubitare: Hoc namque magisterium tantummodo prophetarum & apostolorum est, & illis solis haec uirga data est. Vnde in psalmo sic determinatum est: Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum quibus fuerunt in ea. ¶ Et principum horum, inquit, qui fuerunt in ea, id est, apostolorum & prophetarum, siue etiam euangelistarum. Vide quid dicat: Qui fuerunt, non, qui sunt, ut exceptis apostolis, quod cumque aliud postea dicitur abscidatur, nec habeat postea auctoritatem. Quamuis ergo sit aliquis sanctus post apostolos, quamuis disertus sit, non habeat auctoritatem, quoniam dominus narrat in scripturis populorum, & principum horum quibus fuerunt in ea. Igitur datus est mihi calamus similis uirgae, id est, data est mihi facultas scribendi cum principatu & omnimoda magisterij auctoritate, ut principatum cathedramque magisterialem haberem in medio ecclesiae, cuius ad pedes sederent, cuius ab ore penderent omnes filii ecclesiae, non dubium habituri, non negligere a uisuri quippiam eorum, quae cumque meo calamo exaratum haberet uolumen meum, uolumen euangelicae ueritatis & gratiae. Talis calamus mihi datus est, & is qui dedit, praecipit ita dicens: Surge & metire templum dei & altare, & adorantes in eo. ¶ Ac si dicat: Ecce congregatio taurorum in uaccis populorum, id est, ecce tumultus haereticorum in ecclesiis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento, ut eijciant a templo dei qui probitate tenent, qui probi & probati sunt, sensumque probatum habent in omni uerbo uel sermone diuino. Insurge in crepemus ferassitas, feras arundinis, tauros cornu petas & ceruicosos, uasfatores scripturarum ueritatis, Surge, inquam, & metire templum dei & altare, id est, Christum dei filium, qui & templum dei est, & altare sanctae ecclesiae: templum uidelicet dei, secundum corpus quod assumpsit ex uirgine: altare uero, secundum dignitatem utriusque naturae, diuinae scilicet & humanae. Corpus

Matth. 20
Iohannes.

2. Timot. 3

Communio
Iohanni cum
ceteris apo-
stolis.

Proprii Ioh-
anni: Opor-
te te iterum
prophetae.

Haeretici con-
tra diuinita-
tem Christi.

Arrius per uic-
ax faelles
diaboli.

CAP. XI.

* Illud.
Calamus si-
milis uirgae

Psal. 66

Post apo-
stolos & eu-
angelistas
nulli data est
similis scri-
bendi aucto-
ritas.

Psal. 67
Congrega-
tio taurorum
in uaccis po-
pulis, haer-
etici sunt in
ecclesia.

Corpus namque quod assumptum est templum dei est, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis cor- poraliter, propterea dixit: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud. hoc autem dicebat de templo corporis sui. ¶ Porro de altare sanctae ecclesiae est eadem substantia iam glorificati corporis, simul cum illa quae habitat in eo plenitudine diuinitatis, iuxta ueridicam auctoritatem sanctae ac mysticae legis, in qua deus dicit: Altare de terra facietis mihi, id est, Christum uerum deum uerumque hominem, terreno corpore incarnatum siue incorporatum confitentes, ueras hostias offeretis mihi. Istud templum dei, istud altare metire. Nam ecce mali menses male & pessime menses sunt, & de terminis eius, quos haeretica infidelitate nimie mutilat, dicendo, Christum non fuisse ante Mariam, grandem tumultum facere incipiunt. ¶ Tu ergo metire, & mensuras eius extende, calamo isto perscribes quantae longitudinis aut latitudinis sit aut debeat esse. Longitudinem eius supra extende, supra, inquam, ante Mariam & ante Abraham, imo & ante Adam, sed & ante coelum & terram usque ad antiquum diuinitatis, usque ad antiquitatem antiqui diuinitatis, & dic: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Ita metire templum hoc, & altare, & tam longe mensuras eius extende. ¶ Metire etiam adorantes in eo, id est, ostende de cuius uel quantae magnitudinis sint qui fideliter credentes bene sentiunt de eo. Verbi gratia sic dicendo: Quotquot autem receperunt eum, de dedit eis potestatem filios dei fieri. Sic metire, & talis uel tanta mensura fore illos ostende, ut filij dei non nimentur & sint. ¶ Atrium autem quod est foris, eijce foras, et ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. ¶ Quod est illud atrium quod iam foris est, nisi quod cumque conuenit uel hereticorum, qui & si sese intus esse contendunt, nihilominus tamen foris sunt, & in illud dei templum, id est, ad Christum nequaquam pertinent aut perueniunt? Illos ergo foras eijce, id est, foras esse, foras exisse conuince. Exempli gratia, ut dicat: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Illud atrium, illos haereticos, qui sicut atrium templo quidem uicini est, sed in templo uel templum non est, ita sunt habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem abnegantes, ne metiaris, id est, nihil ad illos pertinere coterferis mensuram illam, quae data est his qui receperunt eum, qui credunt in nomine eius, scilicet potestatem filios dei fieri. Quare? Quonia, inquit, datum est gentibus, id est, quonia inter gentes reputatur. Dicitur, Christianos esse & non sunt, sed mentiuntur, quia Christiani non sunt, sed cum gentibus eodem malignitatis spiritu debacchantes, Christianos persequuntur. Nam hoc est quod legitur: Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetae uel diebus mille ducatis sexaginta amicti & sacco. ¶ Notum est ex historijs ecclesiasticis, quia ciuitatem sanctam, id est, ecclesiam, haeretici cum gentibus simili furore persecuti sunt, non tantum mensibus quadraginta duobus, sed mensibus & annis multo plurimis. ¶ Cur ergo dixit mensibus quadraginta duobus, qui menses non sunt amplius quam trium annorum & semestris: uidelicet propter intimandum magnitudinem persecutionis Antichristi, quae tanta erit, ut pene sola debeat cognosci uel praenosci, & pro cunctis persecutionibus sola computari, quasi ceterae persecutiones illi comparatae persecutiones non sint aut fuerint. Illam nimirum persecutionem tantam futuram esse temporis. ¶ Daniel quoque hoc modo dictum sibi audiuit. Et putabit quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Item: Quia in tempus & tempora, & dimidium temporis, & cum completa fuerit dispersio manus populi dei, coelebuntur uniuersa haec. Tempus namque & tempora & dimidium temporis, tres & semis annos intelligimus, Nam & supra in eodem propheta legitur, quod septem tempora transferunt super Nabucho donozor, id est, septem anni efferationis eius. Ipse quoque tempus & tempora, & dimidium temporis, annus, & duos annos, et dimidium anni uelut intelligi, manifestius exprimit per numerum dierum postmodum dicendo sic: Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, et posita fuerit abominatio in desolatione, dies mille ducati nonaginta. Etenim si iuxta rationem mensium lunarium, quos solos cum embolismis suis nouerunt Hebraei, dies istos diuidas, uix paucos supra inuenies qui attinet ad tempus, & tempora, & dimidium temporis, id est, ad annum & duos annos, & dimidium anni. ¶ Nunc illud quare dignum est, cur hic Iohannes cum dicere potuisset, & ciuitatem sanctam calcabunt tribus annis & dimidio, dicere maluit mensibus quadraginta duobus. Itemque & prophetae uel, inquit, diebus mille ducentis sexaginta, qui sunt dies eorum de tempore siue annorum trium ac semestris, tricenis diebus per menses singulos distributis. Nunquid enim casu uel absque ratione numeros istos mensium atque dierum taxare maluit? Non utique, sed sicut alias in scripturis per numeros multa significatur sensum utilium dignitas pulchra & delectabilis, ita & hic sub numeris istis pulchrum aliquid et delectabile uult intelligi. Quod ut manifestius fiat, de natura quorundam numerorum ratio postulat aliquid prelibare, quod ostium intelligit citius aperiat. ¶ Numero rum parium, alij sunt superflui, alij diminuti, alij perfecti. ¶ Perfecti dicuntur, qui suis partibus aequi sunt, nec crassantur abundantia, nec egent inopia: ut exempli gratia, fenarius. Namque senarius habet partem mediam, id est, tres, & tertiam, id est, duos, & sextam, id est, unum, quae in una summam si redacta sint, per totum numeri corpus suis partibus inueniuntur, id est, integer ex ipsis se-

Coloss. 2
Iohan. 2
Altare eccle-
siae Christi
est.
Exodi 20

Metire tem-
pli dei & al-
tare.

Iohan. 1

Atrium quod
est foris, con-
uenit uel hereticorum
iunt.
1. Iohan. 2

2. Timot. 3
Iohan. 1

* Saccis.

Mensibus
XLII. id est,
annis tribus
& dimidio.

Daniel. 7
Tempus &
tempora &
dimidium te-
poris.
Daniel. 12
Daniel. 4.

Daniel. 12
Dies 1250.

Mysterium
numerorum.

Numerus
par, triplex
est.
Perfectus uel
fenarius.

diminutus ut octonarius.

Superfluus ut duodenarius.

Partes numeri 42.

Partes numeri 1260.

Per hos numeros superfluos designatur abundantia iniquitatis.

Matth. 24 Psal. 39

Qui sunt illi duofres, qui prophetabunt.

narius restituitur. ¶ Diminutus uero ille numerus dicitur, cuius eodem modo compositae partes pauciores sunt, & eiusdem numeri cuius erant partes multitudine superatur, ut exempli gratia, octonarius: Habet enim octonarius partem mediam, id est, quatuor, habet & quartam, id est, duos, habet & octauam, id est, unum. Quae cumque in unum redactae septem colligunt, minor est scilicet summam quam erat octonarius concludentes. ¶ Porro superflui nominatur illi, quos partes ultra quam satis est sepe porrexerint, ut exempli gratia, duodenarius: Huius enim partes maiore summam colligit, quam erat ipse duodenarius. Est enim duodenarii medietas sex, pars tertia quatuor, pars quarta tres, pars sexta duo, pars duodecima, unum. Omnisque hic cumulus redudat in sedecim, maiorem utique summam quam erant duodecim. ¶ Est autem (inquit philosophi tam seculares quam ecclesiastici) magna in his similitudo uirtutis et uitij. Perfectus namque uirtutum, diminutus atque superfluus similitudinem habent uitioꝝ. ¶ Nimirum de superfluis isti sunt numeri, quos hic scriptura ista nobis obtulit, uidelicet quadraginta duo & mille ducenti sexaginta. ¶ Habet namque hic numerus scilicet quadraginta duo, partem mediam, id est, uiginti unum, tertiam, id est, quatuordecim, sextam, id est, septem, septimam, id est, sex, quartamdecimam, id est, tria, uicesimam primam, id est, duo, quadraginta simam secundam, id est, unum. Quae profecto partes in unum redactae, maiore summam quam erant quadraginta duo simul colligunt. Quinquaginta enim & quatuor faciunt. Ita numerus iste mensuram quadraginta duorum superfluit, & ultra mensuram suae originis partes excreuit, tanquam si quis multis super naturam manibus natus sit, ut Centimanus gigas, uel triplici coniunctus corpore Geryon tergeminus, uel quicquid unquam monstruosum naturae in partium multiplicatione surripuit. ¶ Amplius autem numerus dierum mille ducentos sexaginta in partibus suis excreuit & superfluit, habet namque hic numerus mediam partem, id est, sexcentos triginta, tertiam partem, id est, quadringentos uiginti, quartam, id est, trecentos quindecim, quintam, id est, duoscentos quadraginta duo, sextam, id est, duoscentos decem, septimam, id est, centum octoginta, nonam, id est, centum quadraginta, decimam, id est, centum uiginti sex, duodecimam, id est, centum quinquaginta, tamdecimam, id est, nonaginta, quindecimam, id est, octoginta quatuor, octauamdecimam, id est, septuaginta, uicesimam, id est, sexaginta tres, uicesimam primam, id est, sexaginta, uicesimam octauam, id est, quadraginta quinque, tricesimam, id est, quadraginta duo, tricesimam quintam, id est, triginta sex, tricesimam sextam, id est, triginta quinque, quadraginta simam secundam, id est, triginta, quadraginta simam tertiam, id est, uiginti octo, sexagesimam, id est, uiginti unum, sexagesimam tertiam, id est, uiginti, septuagesimam, id est, octodecim, octoginta simam quartam, id est, quindecim, nonagesimam, id est, quatuordecim, centesimam quintam, id est, duodecim, centesimam uicesimam sextam, id est, decem, centesimam quadraginta simam, id est, nouem, centesimam octoginta simam, id est, septem, ducentos sexaginta decem, id est, sex, ducentos sexaginta quinque, sexagesimam septimam, id est, quinque, trecentos sexaginta quinque decem, id est, quatuor, quadringentesimam uicesimam, id est, tres, sexcentos sexaginta tres, id est, duo, millesimam ducentos sexaginta simam, id est, unum. Omnes istae partes numeri huius, id est, mille ducentos sexaginta in unum redactae triam illam centum & octo faciunt. Intantum numerus iste suis partibus excreuit & effluit. ¶ Cum igitur, ut supra iam dictum est, philosophorum omnium tam secularium quam ecclesiasticorum eadem sententia sit, similitudinem in huiusmodi numeris, qui ita sunt, uel dicuntur superflui, non uirtutis esse sed uitij: Quid scripturae huius auctorem intendere arbitramur, dum mauult dicere, mensures quadraginta duos. Itemque dies, mille ducentos sexaginta, quae tempus & tempora, & dimidium temporis, siue annum & duos annos, & dimidium anni? Quid, inquam, nisi ut significet ex numeris tam superfluis, illam quae tunc temporis futura esse a domino praedicta abundantiam iniquitatis? Ipse enim dixit: Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed & alibi scriptum est: Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Utrumque scriptura ueridica tradit, & quia annuntiante Christo domino, hi qui credentes uel Christiani dicerentur multiplicandi essent super numerum, multis uacuum nominis huius professionem suscipientibus, qui ad electorum non pertinerent numerum, & quia tempore persecutionis abundante iniquitate refrigescere haberet charitas multorum. Bene ergo & numerus mensuram quadraginta duorum satis superfluis, & numerus dierum mille ducentos sexaginta, multo maxime superfluis, hic legentibus offertur, ut utrumque scilicet & multiplicitas credentium siue profitentium, de qua dictum est, annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum, & abundantia iniquitatis de qua item scriptum est: Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum, pulchra & uenerabili significatione ministerium regni dei nosse merentibus significetur. ¶ Qui porro sunt, uel quid sibi uolunt duo testes isti, de quibus dicitur: Et dabo duobus testibus meis & prophetabunt. ¶ Nunquid non plures quam duos homines testes ad prophetandum iste prophetarum dominus & auctor habuit uel habiturus est? Nunquid non testes eius omnes (ut de ceteris nunc confessoribus taceam) apostoli sunt & martyres? Magna uere & grauissima, ponderisq; immensis est haec in ore potentis dictio, ut cum testes habeat tam multos tamque innumerabiles, duos tantum se habere pronuntiet, & hoc legitimo satis testimonio uero

mero contentus sit. Duorum namque ad minus hominum testimonium lex sacra recipit, & si plures non sint, tamen paucis contenta est. Sic enim dicitur: Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum. ¶ Igitur & dabo, inquit, duobus testibus meis, & prophetabunt: Sic intelligi digere poterat, acsi diceret: Cum tu mensus fueris templum dei & altare, id est, cum tu terminos fidei dilataueris & prolongaueris, ut expedit, calamo tuo, id est, autoritate scripturae euangelicae, non patiar deesse aliquos qui te testimonio pro meo uita scripseris, ita sensisse. Quid enim, si ita dixi, & uerum dixi, quia multi uocati, pauci uero electi: Nunquam tam pauci erunt electi, nunquam per abundantiam iniquitatis ita refrigescet charitas, ut minus quam duos testes inuenire queat euangelij ueritas. ¶ Quid uero inquis, si saltem duo testes contra tot aduersarios extiterint? Nimirum in sum ac legitimum damnationis iudicium ad eiciendum foras illud, quod supra dixi, atrium gentibus datum, Nonne & contra tantam multitudinem filioꝝ Israel murmurantium, & terrae reprobationis detrahentium, duo testes uidelicet Iosue filius Nun, & Caleph filius Iephone, suffecerunt ad ipsorum iudicium, ut merito proferretur in deserto corpora eorum? Soli namque duo hi ad omnem multitudinem locuti sunt dicentes: Terra quam lustrauimus ualde bona est, & omnis multitudo, quia testimonium illorum non recepit, in deserto prostrata est. Igitur & nunc etiam si non plures quam duo testes mihi fuerint, qui testimonium perhibeant ueritati, omnis multitudo contradicentium portabit iudicium quantacumque sit. ¶ Si enim & in passione duo falsi testes aduersariis meis contra me sufficere uisi sunt, qui surgentes dixerunt: hic dixit possum destruere templum dei, & in triduo reaedificare illud, cur non & mihi uerba uice contra aduersarios meos duo ueritatis sufficere debeant? ¶ Veruntamen quoniam, ut supra dicere uel quaerere coeperat, innumera bilis nobis sunt multitudines martyrum, id est, testium, etiam si numerare uelimus solos illos qui in testimonio sanguinem suum fuderunt, recte iam dicendum quia testes huius qui haec loquuntur, & uere quam multi sunt, & nihilominus iuxta quandam rationem tam modo duo, id est, duobus ut dinibus distincti sunt, uidelicet, quomodo Enoch & Helias, ambo sancti & deo dilecti & semetipsis differunt: Enoch namque nullas legitur persecutiones pertulisse, sed in pace cum deo ambulauit, & non inueniebatur, quia tulit eum deus. Helias uero notus est quantas persecutiones impissimae Iezabelis pertulit. Secundum duos illos usque hodie & usque in finem seculi testes Christi distincti sunt, ita uidelicet ut alij sint testes qui in pace sanctae ecclesiae fideliter uiuunt, loquendo pariter & scribendo testimonium ueritati perhibuerunt & perhibere non desinunt: alij qui in persecutione pro statu fidei pugnando, supradictas templi dei & altaris, & adorantium in eorum mensuras defenderunt, & in defensione sanguinem suum fuderunt uel furi sunt. Hi duo sanctorum ordines recte dicuntur duo testes. At ergo: Et dabo duobus testibus meis. ¶ Quid dabo eis? Nimirum os & sapientiam, sicut promissus dicens: Ponite ergo in cordibus uestris non praemeditari quem admodum respondeatis: Ego enim dabo uobis os & sapientiam, cui non poterit resistere & contradicere omnes aduersarii uestri. Quo dicto non utique testibus suis sollicitudinem addidit, sed hoc imperat, ut non prophetent de cordibus suis, illa tantummodo scire & dicere contenti que sancta scriptura porrexit, quae sanctus sanctae scripturae conditor spiritus suggererit. ¶ Et prophetabunt, inquit, diebus mille ducentis sexaginta. ¶ Prophetabunt, id est, praedicabunt, non utcumque, sed ita ut intelligant & reuelent ea, quae in uis reposta sunt arcana scripturarum, & hoc diebus mille ducentis sexaginta, id est, etiam in illa non omnes refrigescerent iniquitatis abundantia, quam huius numeri supra scripta superfluitas significat. Diximus quidem pro posse de huius numeri natura superflua. ¶ Sed adhuc restat quod forte quis quaerat, uide licet cum Daniel dies scripserit mille ducentos nonaginta, isti magis placuerit dicere mille ducentos sexaginta. Ad hoc respondere licet, quia paulo quidem maior est numerus mille ducenti nonaginta, quam mille ducenti sexaginta, ueruntamen de partibus minoris huius quam de partibus maioris illius, excreuit multo numerosior quantitas. Huius namque minoris numeri, id est, mille ducentos sexaginta partes coaceruatae, ultra tria milia, sicut iam praemonstratum est, excreuerunt, illius autem maioris partes (quis & ipse superfluis sit, ad duo milia non perueniunt. ¶ Quod etiam hic demonstrare promptum est, habet namque ille Danielis numerus, scilicet mille ducenti nonaginta partem mediam, id est, sexcentos quadraginta quinque, tertiam, id est, quadringentos triginta, quintam, id est, duoscentos quinque, octoginta octo, sextam, id est, duoscentos quindecim, decimam, id est, centum uiginti octo, quintadecimam, id est, octoginta sex, tricesimam, id est, quadraginta tres, quadraginta simam tertiam, id est, triginta, octoginta simam sextam, id est, quindecim, centesimam uicesimam nonam, id est, decem, ducentos sexaginta quinque decem, id est, sex, ducentos sexaginta quinque, octoginta octo, id est, quinque, quadringentesimam tricesimam, id est, tres, sexcentos sexaginta quinque decem, id est, duo, millesimam ducentos sexaginta simam nonagesimam, id est, unum. ¶ Plures uel alias huius numeri partes non facile quis reperiet, quae uidelicet partes simul coaceruatae superfluent quidem ultra quantitates, cuius partis sunt, ueruntamen nec ad duo milia, sicut iam dictum est, excreuerunt, faciunt enim mille octingentos septuaginta octo, cum numeri minoris, id est, mil-

Deut. 19
 Matth. 23
 Duo testes heritatis contra totam multitudinem haereticorum suscipiunt.
 Numer. 13
 Numer. 14
 Matth. 26
 Gene. 5
 3. Reg. 16. 19
 Chrs dat os & sapientiam testibus suis.
 Luc. 21
 Propheta bunt diebus 1260.
 Cur Iohannes ait dies 1260. Daniel uero die 1290.
 Partes numeri 1290.
 Numerus 1260. est magis superfluus in partibus suis, quam nuncius 1290.

est mille ducentos sexaginta, qui presenti loco datus est, in uno redacta partes, ultra tria milia, sicut iam dictum est, protendatur. Igitur et ille Daniel & iste Iohannes, siue is qui Iohanni loquitur, uterque numeris superfluis usus, illam de qua iam supra dictum est, iniquitatis abundantiam significat. Sed iste qui ex ipsius domini ore audierat, quoniam abundantius iniquitas refrigeret charitas multorum, ut eandem iniquitatis abundantiam acris inueneret, et multo magis superfluum numerum accepit uel dedit, & ab eadem temporis quantitate quam Daniel praegrederat, non ualde in locum recessit. ¶ Notandum tandem ualde, quod cum dixisset, & prophetabit diebus mille ducentis sexaginta, ad didit: Lamicti sacco. ¶ Quod est enim amicti sacco, nisi multum humiliati, omnimodo penitentiae studio: Saccus namque duram penitentiae austeritatem significat, quo lugentes operari solent, maximeque penitentes. Sicut de rege Ninive scriptum est, quia ad praedicationem Ionae surrexit de folio suo, & abiicit pallium suum a se, & induit sacco, & sedit in cinere. Sed quis non miretur testes istos tantae dignitatis sacco debere amicti? At tamen ita est: Eorum namque est in sacco & cinere peccata hominum lugere, & tanto magis coram domino humiliari, quanto maior in suo tempore est abundantia iniquitatis. ¶ Sic Helias cum Iezabel & Achab prophetas domini occiderent, & altaria eius suffoderent, non mollibus uestiebatur aut in domibus regum erat, sed in desertis, incultus & hispidus, asperam uitam ducebat. Nam de eiusmodi cultu uel habitu eius sic scriptum est: Cuius figurae & habitus, inquit Ochozias, est uir qui occurrit uobis, & locutus est uerba haec: At illi dixerunt: Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Helias Thesbytes est. ¶ Hoc respiciens & Apostolus cum dixisset: Saeculum ludibria & uerba experti, in super & uincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt, etiam haec intulit: Circueuerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustissimi, afflicti. ¶ Itaque testes isti fideles eo ipso quod fideles sunt uel erunt illa tribulatione, peccata lugentur populo, quomodo tunc Helias & Helisus in desertis, in solitudinibus, in montibus, & in speluncis peccata Israelis lugentur, & filii prophetarum. Nunquid enim absque causa peccati, dies illi tribulationis tales erunt: Non utique sed sicut alibi scriptum est: De humo non egredietur dolor, sic & tunc non pro nihilo, sed pro peccato consurgit illa tribulatio. Cum autem multa sint peccata in populo Christianitatis, non ab re est scire uel querere scripturarum exemplis quomaxime uel quali pro peccato illa talis tribulatio contra ecclesiam consurgere permittenda sit. ¶ Illustrius & notae scientiae uel fidei uir beatus Hieronymus locum illum in Michaa pertractans: Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetas eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebant, dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrum: non uenient super nos mala propter haec, causa uestri, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & muros templi in excessu sylvarum. Haec inter cetera dicit Petrus apostolus: Argentum, inquit, & aurum non habeo. Poterant utique Simoni Mago uendere quod petebat, imo poterat simulare uendentem. Spiritus enim sanctus nec uenundari nec emi potest, sed oblatam pecuniam cum offerente damnauit. Nunc uideas prophetas Hierusalem non habere in ore prophetiam, & in domino requiescere & dicere: Non uenient super nos mala. Quorum causa speculatorum dei hostili aratro diuiditur, & loco cuius quondam pacis ruinis plenus sit, & templum domini in uepres spinasque conuertitur, & est habitaculum bestiarum. Et post aliqua: Propter quod causa nostri qui tales sumus, qui Sion adificamus in sanguine, & Hierusalem in iniquitate, qui uel dicamus in muneribus, qui in mercedibus respondemus, qui in pecunia diuinamus, & super hoc fictam nobis sanctimoniam uendicantes dicimus: Non uenient super nos mala. Audiamus sententiam domini quae se quatur: Sion, & Hierusalem, & mons templi, speculatorum uisio pacis, & templum Christi, in consummatione & in fine, quando refrixerit charitas, & rara fides fuerit, quasi ager arabitur, & redigetur in rumulos, & erit in ecclesia syluarum, ut ubi amplae quondam domus erant, & absque numero acerui frugum, ibi uix parua sit casula seruans speciem ciborum, refectioem animae non habentium. ¶ Cum haec dicit, profecto scire nobis & dicere licet, quia causa futurae tribulationis tam magna, peccatum est maxime graduum ecclesiasticorum, peccatum uenialitatis & auaritia, quod nunc aspiciamus ubique regnare uidemus, ambitione nimia cuncta deastante, auaritia pene uerua reposita intus in ecclesijs deuorante, ubi quia licet uiuere, libet etiam ambire: Vnde tunc merito fiet, ut quia non licebit uiuere, etiam non liberet ambire, multo amplius, multo miserabiliusque tempore persecutionis Neronianae siue Diocletianae, quibus urgentibus nimirum gradus ecclesiasticos nec emere delectabat, nec uendere uacabat. Igitur amicti sacco prophetabit, id est, penitentiam agentes & alij praedicantes & populo te si moniti ueritatis annuntiant, & deo quatenus plagam cessare faciat, siue ut se ne in errore inducantur liberet, tota intentione supplicabunt. Sequitur: Hi sunt duo oliuae & duo candelabra, in conspectu domini stantes. ¶ Quasi quare res, quis ex eo, quod amicti sacco prophetabit, fructus sperari deberet? Hi sunt, inquit, duo oliuae, & duo candelabra. Ac si dicat: Quia sic prophetabunt, iccirco erunt in suo tempore arbores bonae, arbores oliuae, pulchrae & fructiferae, seruaes misericordiae de caelo

Math. 24

Amictus sunt sacco, penitentiae scilicet studio.

Ionae 3

Amictus Heliae

3. Reg. 19

4. Reg. 1 & Accinctus Hebr. 2

Testes illi lugentur peccata populum.

Michae 3

Actos 3 & Actos 8

Peccata sacerdotum

Cetera ambitione & auaritia ecclesiasticorum.

Hi sunt duo oliuae.

caelo impetrata, ut propter eos breuietur dies illi tam mali, tam calamitosi. Ipsi namque sunt electi illi, de quibus ipse in euangelio futura haec praenuntians dicit: Et nisi breuiariis dominus dies, non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiariis dies. Itaque erunt oliuae, id est, causa misericordiae tunc accelerandae. Oliua namque misericordiam domini solet in scripturis significare, non solummodo pro similitudine fructus, cuius suauis & leni uulnere curantur unctione, uerum etiam pro ipso suo nomine quod tractum est a Graeco uerbo, quod Latine dicitur misericordia. ¶ Candelabra uero in quos sunt: In eo uidelicet quod in illis diebus tam nigros, tam tenebrosos, clara propheta siue praedicatione lucebunt, ita ut fieri non possit ut in errore inducatur quisquam electorum. Cuius uidelicet erroris tantum erit periculum, ut dicere curauerit ipse dominus custos electorum: Surgent enim pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errore inducantur (si fieri potest) etiam electi. Itaque & duo oliuae & duo candelabra hi sunt. ¶ Sic in illo tempore, cum Iezabel, nox, & illius antiquae ecclesiae magna obscuritas, caelum obtenebrasset, et per suos satellites prophetas Baal tenebras spargeret, stetit Helias, qui & tanquam candelabrum lucem funderet opportunam, quatenus diceret populo: Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus, & tanquam oliua de caelo imperraret populo misericordiam, ut caelum daret pluuiam, & terra daret fructum suum. Vnde dicitur in laudibus patrum: Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & uerbum illius quasi facula ardebat. Et post pauca: Qui inscriptus es in iudicij tempore lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium & restituere & tribui Iacobi Beati sunt qui te uiderunt, & in amicitia tua decorati sunt. ¶ Helisus tunc temporis oliua altera, & alterum fuit candelabrum, qui pro eiusdem utilitatis intentione, ut misero populo posset prodesse, hoc, optione sibi data, elegit orare, quatenus magistri spiritus duplex fieret in se. De quo ibidem scriptum est: Et in Heliso completus est spiritus eius. Et quidem in omnibus istis, inquit ille, non penituit populus, & non recesserunt a peccatis suis usque dum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. Atram sequitur: Et relicta est gens perpauca, & principum domus Dauid. Et continuo subiungit: Quidam eorum fecerunt quod placeret deo, alij autem multa commiserunt peccata. Ac si dicat: Esti non omnes corruerunt, attamen multis ad correctionem profuerunt. Nimirum ita erit & tecum. ¶ Istis namque oliuis & candelabris, de quibus nunc dicitur, in conspectu domini stantibus, etsi multi scandalizabuntur, fieri tamen non poterit, ut etiam electi in errore inducantur. Sane quod ait de istis in conspectu domini stantibus, eiusdem Heliae siue Helisei quoque professioni consona, quos alter uidelicet Helias dicit ad Achab: Viuit dominus deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia: alter uero, scilicet Helisus ad Ioram regem Israel: Viuit dominus exercituum, inquit, in cuius conspectu sto, quod si non uult Iosaphat regis Iudae erubescerem, ne attendissem quidem te, nec respexissem. Et hic & illic uerbum stantis, habitus significat uirtutis, quod uidelicet testes fideles, testes domini, non cum errantibus & foris eiciendis iacent in peccatis & uitij, sed cum ueritate recti atque expediti stant in exercitio pietatis, in defensione iustitiae, in obsequio dei super thronum sedentis, & orbem terrae in aequitate iudicantis. Sequitur: Et si quis uoluerit nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum. Et si quis eos uoluerit ledere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi caelum ne pluat diebus prophetiae eorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque uoluerint. ¶ Tota haec testium dignitas cum scripturarum maiestate procedit, & pulchrius quam uerbis queat explicari, dum futuris & uel praesentibus intendit, praeterito quoque memores nos esse compellit, si uerum uolumus eorum quae dicitur sensum consequi. ¶ Cum enim dicere sic possit: Si quis eos uoluerit in errore inducere, & praedicationem siue regulam ueritatis haereticae prauitatis turbantibus obruere, iudicium damnationis exiet de ore eorum, ut anathematizent eos, & Satanam in aeternum tradant interitum. Cur sic maluit intelligere, & si quis eos uoluerit nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum? Cur, inquam, nisi quia potestatis eius in illo sepe dicto Helia mysticum praecessit exemplum? Sic enim scriptum est: Misitque ad eum, uidelicet Ochozias, quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo: Quia descendit ad eum, sedentem in uertice montis ait: Homo dei, rex praecipit ut descendas. Respondensque Helias, dixit quinquagenario: Si homo dei sum, descendet ignis de caelo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descenditque ignis de caelo & deuorauit eum, & quinquaginta qui cum eo erant. Misit principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo, & similiter ignis exiit de ore eius, id est, descendit ad imperium oris eius, & deuorauit eos. Vnde constat quod intentione nocendi dixerint: Homo dei, rex praecipit ut descendas: Homo dei, haec dicit rex: Festina, descende, & iccirco dixerit ille: Descendat ignis de caelo & deuoret uos, dictumque effectus consecutus sit. Nimirum quomodo tunc ignis de ore illius uisibilis exiuit, & inimicos eius regia cum tumore mandata perferetes deuorauit, sic de ore istorum ignis exiet inuisibilis, id est, iudicium damnationis, & deuorabit eos qui regibus impijs, regumque impiorum capiti Antichriste

Math. 24 & Eiect.

Et duo candelabra.

Math. 24

Helias olim oliua & candelabrum ecclesiae.

3. Reg. 18 & Eccl. 48

3. Tribus. Helisus altera oliua.

4. Domus.

3. Reg. 17

4. Reg. 8

3. Et. Cur dicit: Ignis exiet de ore ipsorum.

4. Reg. 1

3. Iuxta ignis de ore Helig

Christo adulantes nocere illis siue laedere illos uoluerint. ¶ Item cum dicere posset: Hi habent potestatem ligandi in caelo & in terra, ut non ueniat super inimicos eorum propitiatio uel peccatorum remissio, cunctis diebus ministerij uel officij, id est, usque in finem seculi, siue in sempiternum, cur sic dicere maluit: Hi habent potestatem claudendi caelum ne pluat diebus prophetiae eorum: Cur, inquam, nisi quia talis quoque pluuia siue potestatis ad pluiam huiusmodi cohibendam in eodem Helia claruit mysterium: Ille etenim oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursus orauit, & coelum uel dit pluiam, & terra dedit fructum suum. Quod cum facere dominus iubente intenderet, magna cum potestate dixerat regi Achab: Viuit dominus deus Israel in cuius conspectu sto, si erit annis histos & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba. ¶ Sic profecto testes isti aduersarij suis inimicis Christi hostibus ueritatis claudunt caelum, clausa continent ora sua qui ipsi sunt caelum, ne pluant super eos uerbum, nolentes effundere sermonem, ubi auditus non est, utpote quos secundum Apostolum post primam & secundam ammonitionem de uitare debent, quia subuersi & proprio iudicio condemnati sunt. Talem ob causam primum Iudaeis subuersis, & proprio iudicio condemnatis, clausum est huiusmodi caelum deum sequentes autorem, qui de illis uel contra illos in propheta culpam ipsorum prauidens, & nubibus meis, inquit, mandabo ne pluant super eos imbrem. ¶ Item cum dicere posset: Et potestatem habent super doctrinas nequam condemnandi eas, & anathematis dare sententiam, ut quicumque ceperit eas similem fortiaur damnationem, cur sic maluit dicere: Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, nisi ut ad mysticam nos mitteret historia, ubi testes Moses & Aaron aquas Aegypti uertunt in sanguinem: Denique quomodo illis potestatem habentibus, materiales Aegyptiorum aquae uersae sunt in sanguinem, sic istis iudicij diuini potestate utentibus, haereticorum prauam doctrinam effundentium, & omnium illis contentientium conscientiae, hic audiunt horridam & sanguineam quam sunt bibituri mortis aeternae damnationem. ¶ Addidit hic, & percutere terram omni plaga quoriscumque uoluerint habent potestatem, subaudiendum est, quomodo illi iam dicti Moses & Aaron terram Aegypti uisibiliter torpulis percusserunt. Sic enim sententias multiplicibus terram, id est, terrenos homines inuisibiliter percutiunt, donec deficiant rebelles, & ultima damnatione inuoluantur, quomodo illi terram Aegypti uisibiliter tam diu contriuerunt, donec ultima plaga percussit Aegyptij cum rege suo deuolueretur in maris profundum. Sequitur: Et cum finierint testimonium suum, bestia quae ascendet de abyssu faciet aduersus illos bellum, & uincet illos & occidet eos. Et iacebunt corpora eorum in plateis ciuitatis magne, quae uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus eorum crucifixus est. ¶ Cum, inquit, finierint testimonium suum. Nimirum cuius testimonium fidelium suum praefinitum est tempus suusque numerus, uidelicet quousque testificandi officio fungatur, uel quam usque ad mensuram meritorum illorum cumulus sit perficiendus. Hoc ignorantes ipsi dum adhuc in corpore uiuentes a domino peregrinantur festinater nonnunquam, cupiunt dissolui & esse cum Christo, non attendentes praefestatione desiderij rursus ad deum anhelantes, utrum perfecterint testimonium suum an non. Ille autem sciens & prauidens quid uel quantum adhuc super sit, ad ipsorum profectum differt complere desiderium, quem admodum & iste Iohannes, sicut in gestis eius legimus, cum multoties rogaret, quatenus hinc exire & ad Christum sibi uenire consideretur, refert responsum fuisse sibi, expecta ut populum liberes crediderit mihi. ¶ Item persecutores impij, uerbi dei profectum & gloria testimonij eius odietes, testes sanctos auferre de terra festinant, deus autem seruat illos, & insidiantium conatus praenit & cassat, donec illi testimonium suum finiant. Sic & ipsum teste fidelem, testimonijque fidelium principem Christum festinabat Herodes occidere, & permissus non est, donec ille testimonium suum finiret, quod ita Lucas refert: Accesserunt quidam pharisaeorum dicentes illi: Exi, uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illi: Iste & dicit uulpis: Ecce officio de monia, & fanitates perficio hodie & cras, & tertia die consumor. Veruntamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare: Quia non capit propheta perire extra Hierusalem. ¶ Igitur cum finierint testimonium suum, id est, non antequam finiant testimonium suum, bestia scilicet Antichristus, qui iam dudum, ut ait Apostolus, operatus est & operatur ministerium iniquitatis, faciet aduersus illos bellum: Quale bellum? Nimirum quale solet esse inter ueritatem & mendacium. Isti namque testes contra quos ille facit uel faciet bellum, non ferro materiali, sed tantum uerbo ueritatis pugnare consueuerunt. Bellum ergo faciet aduersus illos, id est, ueritatem fortiter erecto impugnabit mendacio. ¶ Et uincet illos. Id est, uenit usque ad uictoriae de praeteritum illos, sicut illud quod alibi dictum est: Et impleuerunt ambas nauiculas ita ut mergerentur, id est, oportet ad submersionem premerentur. Exurgent enim, inquit Christus, pseudochristi & pseudoprophetae, & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Tunc itaque plus martyr inter tormenta signa non faciet, bestia autem illa mendacia faciet signa per prophetas suos, & in hoc uidebitur superior. Quid tandem? Ecce occidet illos, inquit. Quis occidet nisi is qui occidere solet? Nam ipse quidem in persona sua nondum uenit, qui proprie Antichristus

Helig potestas.

Reg. 17 Iacobi 5 Reg. 9 Duo regum potestas.

Tit. 3

Esaia 5 Et potestatem habet, conuertendi aquas in sanguinem. Exodi 7

Et percutere terram omni plaga.

a. Cor. 5 Philip. 1

Non conceditur persecutoribus, occidere testes, nisi finito iam testimonio. Lucae 13

Bestia, id est, Antichristus faciet contra illos bellum. a. Thess. 2

Lucae 5 Matth. 24

christus dicitur, & constat quia uenturus est, sed in spiritu eius iam uenit Nero, & post eum caeteri, in quibus ille filius perditionis, qui in suo tempore reuelandus est, ministerium iniquitatis iam diu multum operatus. ¶ Et faciet corpora eorum in platea ciuitatis magne. ¶ Bestia quae ascendet de abyssu, id est, de occulto nobis incognito malitiae & tenebrae profundum, ubi nunc est diabolus deo contrarius, aut equam perditum illum hominem ingressus, proprie dicitur & sit Antichristus, cum occiderit corpus, post haec amplius non habebit quid faciat, sed hoc tantum faciet, ut corpora quae occiderit insepulta iacere faciat in plateis. Hoc quae saepe iam factum sit non ignorat qui martyrum gesta uel passiones legit. ¶ Porro ciuitas magna cuius in plateis iacuerunt uel iacebunt testium istorum corpora, ciuitas est sanctae ciuitati contraria, ciuitas diaboli contraria ciuitati uel ecclesiae dei, cuius primus ciuis & opifex fuit fratricida Cain, & exinde omnes filij superbiae, cuius uel quorum rex ipse diabolus est. Ipse enim, inquit dicit ad beatum Iob, rex est super omnes filios superbiae. Eiusmodi ciuitatis aedificia sunt uitia omnia, maximeque libido & superbia. Ideo non dicitur. ¶ Quae uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus. ¶ Sodoma uidelicet propter libidinem, maxime illam quae est contra naturam, cuius Sodoma illa localis in sua poena horrendum fuit exemplum. Aegyptus propter superbia, cuius quod inuocabilis sit praefatio, Aegyptij cum rege suo in mare mersi cum curribus & equis, magnam salutem uniuerso mundo praebuere documentum. Recte ergo talibus denotatur uocabulis illa ciuitas. ¶ Vbi, inquit, & dominus eorum crucifixus est. ¶ Dominus testimonium istorum Iesus Christus uel testis fidelis, & hic Hierosolymis extra portam ciuitatis crucifixus est. Ergo ne Hierosalem ciuitas illa, in qua reges olim iusti regnauerunt, in qua singulare fuit unius dei templum, Sodoma uocatur & Aegyptus: Ita plane si ad prophetica respicias ueritatem, qua suggerente Esaias ita locutus est: Audite uerbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei mei populus Gomorrae. Praemiserat autem in titulo dicens: Visio Esaias filij Amos quam uidit super Iudam & Hierusalem. Igitur qui carnaliter erat Iuda & Hierusalem, spiritualiter illic Sodoma & Gomorra dicti sunt. ¶ Alius quoque propheta cum dicit eidem populo, pater tuus Amorrae, & mater tua Cetha, nomini huic alteri locum & causam dat, ut Aegyptus dicatur eadem ciuitas, quia uidelicet sicut Amorrae & Cetha, sic & Aegyptij de posteritate maledicti Cham fuere exorti. Ferat proinde opprobrium suum ciuitas illa, ubi dominus istorum crucifixus est, ut uocetur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, id est, pars computetur magne ciuitatis diaboli, quae istis nominibus denotatur. Et sicut super Sodoma pluit dominus ignem & sulphur, sicut in Aegypto aquae uirgae Moysi percussae in sanguinem uersae sunt, sic illi qui dominum crucifixerunt, dignum cum caeteris, imo pro caeteris ubique gentium homicidis atque immundis habeant aeternum ignem & sanguinis iudicium. ¶ Et uidebunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorum tribus diebus & dimidio, & non sinent ea poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur, & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetae cruciauerunt eos qui inhabitant super terram. ¶ Peccatum peccatorum omnium deterrimum est, impios laetari cum malefecerint, & exultare in rebus pessimis, & merito talibus multis & inextinguibilibus repositus est thesaurus irae dei uiuentis. Hoc peccatum in illos occisores testimonium sanctorum grauissime denotat enuntiatio haec, qua nunc dicitur: Et uidebunt & gaudebunt, & iocundabuntur, & munera mittent inuicem. Quid enim uidebunt? Vtique magni scelus suum, scilicet corpora sanctorum quos occiderunt non posita in monumentis, & suae potestatis esse, ut non ponantur in monumentis. Et quam ob rem super hoc tantopere gaudebunt & iocundabuntur, & munera mittent inuicem? Quonia, inquit, hi duo prophetae cruciauerunt eos, & subaudiendum est, quia occidit illos magno, ut ipsi putant, cruciatu liberauerunt semetipsos. In praedictu esset de gestis uel praesentibus sanctorum proferre exempla, & demonstrare ubi uel quando truces homicidae prostratis legionibus martyrum gaudij & iocundati fuerint, imo & in medio funerum discumbentes, profusus conuiujs epulati fuerint, tanquam de maximis hostibus ingentes triumphos cosecuti. ¶ Sed unum de domino ipso qui crucifixus est exemplum sufficit. Cum enim crucifixissent illum ita gaudij sunt & iocundati, ut mouentes capita sua dicerent: Vah qui destruit templum dei, & in triduo illud reaedificat. Propterea quasi munus sibi miserum inuicem, ducentes illum ad Annam primum, deinde ad Caipha, deinde ad Pilatum, deinde ad Herodem, deinde rursus ad Pilatum. Ita quasi spectaculi munus miserum inuicem, & huic muneri suo gratiam impiam habuerunt. Denique Annas honoris sibi fieri arbitratus est, quod ad se duceret primum quia erat sacer Caiphae. Pilatus autem & Herodes amici facti sunt in ipsa die, nam antea inimici erant ad inuicem. A deo gaudebant & iocundabantur, tanquam immenso liberati cruciatu: quia uidelicet sicut nunc dicitur est, quonia hi duo prophetae cruciauerunt eos qui inhabitant super terram, sic & multo uehementius ipse dominus prophetarum cruciauerat eos, adeo ut grauis esset illis etiam ad uidentium. ¶ Pro eo quod ipsi erant inhabitantes terram, id est, non minus corde quam corpore terrene siue terrenis cupiditatibus inharebant, iste autem ecclesia loquebatur, & terram illorum reprehendebat auaritiam. Veruntamen quod de testibus istis dicitur, & corpora eorum non

a. Thess. 2

Bestia de abyssu ascendens.

Lucae 12

Ciuitas magna, diabolus & impietum. Gene. 4 Iob 41

Gene. 19

Exodi 14

Hierosalem dicitur Sodoma.

Esaia 1

Dicitur etiam Aegyptus. Ezech. 16

Gene. 9

Exodi 7

Prouer. 2 Peccatum grauissimum laetari in rebus pessimis.

Illud iudicium in Christi in cruce pendente. Match. 27

Iohan. 69 Lucae 22

finent poni in monumentis, hoc in illum dominum ipsorum qui crucifixus est illi facere non sunt permitti. Prouiderat enim illi spiritus sanctus sacræ ac mysticæ legis per præceptum huiusmodi: Quando peccauerit homo quod morte plectendū est, & adiudicatus mortis appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus à deo est qui pendet in ligno. In qua sententia norandū quod maledictū non pena facit sed culpa, cum sic præmittit & diligenter determinat, quādo peccauerit homo quod morte plectendū est, demumq; subiungit, & adiudicatus mortis appensus fuerit in patibulo. At illi eum qui non habebat culpā arbitrato quidē suo maledictū esse uoluerunt propter penā. ¶ Veruntamen sicut iam dictum est, autoritate legis suffragante, nō licuit eis prohibere sepulcrum, atq; ita etiam in hoc nescientes salutē nostræ deseruerunt, ut cuius anima descenderat ad inferos, cunctas per potentiam insitæ sibi diuinitatis liberatura electorum animas, eius corpus non prohibita sibi sepultura poneretur in terra, daturum corporibus mortuorum, ut de sepulchris suis exiliant in resurrectione futura. ¶ Notandum tandem, quod sic tempora circum scribit ut dicat, tribus diebus & dimidio uidebūt corpora eorum, rursumq; L. & post tres dies & dimidiū spiritus uitæ à deo intrauit in eos, & steterunt super pedes suos. ¶ Quantum enim temporis supra significauerat dicendū: Et ciuitatem sanctam calcabūt mensibus quadraginta duobus. Itemq; Et prophetabūt diebus mille ducentis sexaginta, tantumdem significat dicendo, nunc tribus diebus & dimidio. Itemq; & post dies tres & dimidiū. Tempus ergo & tempora, & dimidiū temporis, id est, annos tres ac semissem, tres dies ac dimidiū hic appellat. ¶ Cur hoc? Cur dum prophetarent testes isti, tempus prophetiæ illorum diebus mille ducentis sexaginta, id est, tribus annis & dimidio præfinitū est, postquam autem prophetauerunt, postquam bestia occidit corpora, post hæc non habitura, quid faciat, pro tribus annis & dimidio, tres dies & dimidiū dicere uel scribere complacitū est: Nimirum quia sanctis dei testibus in agone permolesto pro ueritate certantibus, dum insit, dum præsens est angustie tempus, dum quonolunt ducuntur sensui fragilissimæ carnis longum uidetur, postquam autē abierit tempus illud, ut iam ultra nō sit mors, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor, quæ prima abierit, tūc demum positus in æternitate beata, respicientibus post tergum, breue uidebitur fuisse quod pertulerunt, & tunc perpendicularē quam uere A postolus dixerit, quia non sunt condignæ passionis huius temporis ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ait ergo: Et post dies tres & dimidiū spiritus uitæ à deo intrauit in eos, id est, post breue tempus, quamuis multum uideatur, futurum est ut reduces spiritus in iussu omnipotentis reuertantur in artus proprios, & resurgāt qui mortui in sepulchris iacuerant, uel etiā in sepulchris proiecti fuerant. ¶ Mutata sunt tempora uerborum, cum hæcenus de futuro fieret enuntiatio, & ciuitatem sanctam calcabunt, & dabo duobus testibus meis, & prophetabūt, & iacebunt in plateis corpora eorum, & uidebunt de populis & gaudebunt, nunc autē præterito tempore sic dicitur, spiritus uitæ à deo intrauit in eos & steterunt. Nimirum hoc indicio mutata esse persona significatur, quia uidelicet ab eo quod supra dictum est, atrium autē quod est foras, & ne metiaris, quoniam datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt, hæc & cætera usque ad hunc locum uerba sunt eius personæ quæ calamum dedit, hic autem persona Iohānis rursum loqui incipit, eodem tempore uerborū, scilicet præterito, quo loquebatur superius, quod nō inusitatum constat esse sermonibus prophetiæ. Sæpius namq; dum futura prænuntiant, uerbis utuntur præteriti temporis. L. Et steterunt, inquit, super pedes suos. ¶ Subauditur in magna constantia. Hoc enim innuit illud quod additū est, super pedes suos. Tunc etenim, ut sapientia dicit, stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum. Videntes turbabuntur timore horribili. De quo tunc malox, simulq; de illo statu sanctorum hic protinus subditur: L. Et timor magnus cecidit super eos qui uiderunt eos. Et audierunt uocem magnam de celo dicentem illis: Ascendite huc. Et ascenderunt in celum in nube, & uiderunt illos inimici illorum. ¶ Hoc nimirum uiderunt, imō uisuri sunt inimici eorum, quia uocem audient magnam, dicentis: Ascendite huc, dicentis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Tunc, inquit, Apostolus, rapiemur in nubibus obuiam domino in aëra, & sic semper cum domino erimus. Hoc est quod uidentes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperata salutis, gementesq; præ angustia spiritus, dicentes intra se poenitentia agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudine impropertū. Nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo ergo cōpōtati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? L. Et in illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisi sunt in terræ motu nomina hominum septem milia. Et reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam deo cæli. ¶ Nichil uerius quàm quod in illa hora quando resurgunt mortui fiet terræ motus magnus, ut euigilent omnes, cum tali tamq; profundo somno sopiani tur. ¶ Porro quod supra ciuitatē magnam dixit, quam & spiritaliter Sodomam & Aegyptum uocari

uocari asseruit, id nūc non ciuitatem, sed de ciuitate appellat partem ciuitatis, quam & cecidisse uel casuram esse dixit. Et reuera quæ dicitur ciuitas diaboli, non ciuitas est sed ruinæ sunt, magnæ & sanctæ ciuitatis Hierusalem cælestis, cuius nouem sunt ordines angelorum, & iccirco qui inde ceciderunt, & homines qui de illorum forte sunt, recte dicuntur decima pars, ruinosam partem eiusdem ciuitatis. Vtrig; ceciderunt, id est, cadent, uidelicet in infernū cum diabolo, & angeli eius, & homines sequaces eius. Iccirco non fuit contentus dixisset decima pars ciuitatis cecidit, sed addidit: L. Et occisi sunt in terræ motu nomina hominū septem milia. ¶ Nam septem milia hominū idem est ac si diceret, uniuersitas hominū impiorum. ¶ Maluit tamen dicere nomina hominū, quàm simpliciter homines, per quod intelligimus nominatos in hoc seculo & inclytos homines uidelicet de qualibus in psalmo scriptū est: Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerunt nomina sua in terris suis. Et in Elia: Propter hoc dilatauit infernus animā suam, & aperuit os suum absq; ullo termino, & descendent fortes eius, & populus eius & sublimis eius, gloriofusq; eius ad eum. Quomodo cecidit uel casura est illa decima pars ciuitatis, & hominū nomina quomodo occidenda sunt in illa hora terræ motus tam magni? Nimirum eodem, qui dicit restibus suis, ascendite huc, id uenite benedicti patris mei, possidete regnum, eodem, inquam, domino dicente, cadite illuc, id est, discedite maledicti in ignem æternum, cadent & ibunt in supplicium æternum. L. Et reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam deo cæli. ¶ Qui sunt uel erunt reliqui, nisi omnes electi qui stabunt à dextris? Nunquid autē isti timebunt uel in timorē mittentur, quando diabolus uidentibus cunctis præcipitabitur? Timebūt plane, quia sic ad beatum Iob domino loquente audiuius uel legimus: Cum sublatu fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. Tanto quippe pondere terroris excutietur, ut sanctos; etiam prædicatos; quos angelos scriptura nominare consueuit, fortitudo turbetur. Erit autē in eis aliquo modo tremor lætus, & timor securus, quia & cælesti regno se remunerari certent, & pro carnis infirmitate contremiscent per tanti turbinis metum. L. Et dederunt, inquit, gloriam deo cæli. ¶ Videlicet admirantes uirtutē fortissimi, qui tam fortem tamq; superbum tam fortiter præcipitabit. Tali modo decima pars supernæ ciuitatis quæ dudum de celo cecidit, remanentibus nouem, ut iam dictum est, angelorum ordinibus, tunc de terra quoq; & de aëre isto (in quo hæcenus nequiter uagantur illi magni spiritus) ceciderunt & præcipitabitur, quam uidelicet partem Apostolus uocat spiritalia nequitie in cælestibus, & homines impij simul mittentur. L. Væ secundū abijt, ecce uæ tertium ueniet cito. ¶ Hoc illi loco superiori iungitur, ubi præmissio, uæ unum abijt, & ecce ueniunt adhuc duo uæ, continuo sequitur, quia sextus angelus tuba cecinit, Et plaga magna subscribit, solutus quatuor angelis, a quibus occisa est tertia pars hominū tribus plagis, scilicet plaga ignis, plaga fumis, & plaga sulphuris. ¶ Siquidem ea quæ hoc sequenti libello tractata sunt, ab eo loco quo sic cepit: Et uidi alium angelū fortem descendente de celo, usq; ad præsentē locum quo nūc dicit, uæ secundū abijt, & ecce uæ tertium ueniet cito, neq; ad illud secundū, neq; ad istud tertium uæ, sed ad laudē pertinet Christi, & magnificentiā gloriæ eius & misericordiæ, qui illud ultimū uæ ne electis eius imparatis ex improouiso superueniret, per semetipsum ueniret, & illud prænuntiare dignatus est. ¶ Hoc anima dueretes quicunq; credimus quia Christus Iesus in hūc mundum peccatores saluos facere uenit, & quicunq; legimus quia per semetipsum ore proprio in euangelio suo illud ultimū uæ, id est, iudicium damnationis impiorum futurum esse prædixit, dicamus cum isto qui hæc dicit uel scribit, quia secundū uæ abijt, & ecce uæ tertium ueniet cito. L. Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt uoces magnæ in celo dicentes: Factum est regnū huius mundi dñi nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Et uigintiquatuor seniores qui in cōspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum dicentes: Gratias agimus tibi dñe deus omnipotēs, qui es, & qui eras, & qui accepisti uirtutem tuam magnā & regnasti, & iratæ sunt gentes. Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedē seruis tuis, & prophetis, & sanctis, & timentibus nōc tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruerunt terram. ¶ Tuba hæc septima, illa, ut iam supra memorauimus, tuba nouissima est, cuius & Apostolus meminit ubi ad Corinthios scribens ita dicit: Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Itemq; ad Thessalonicenses: Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de celo, ¶ Quis autē dubitet ad cantū tubæ illius septimæ sue nouissime, resurrectionem mortuorum pertinere uel futuram esse, de qua & illic Apostolus dicit, mortui resurgent incorrupti, & hic iste iam præmisit, quia spiritus uitæ à deo intrauit in eos, & steterunt super pedes suos? Quare ergo sic iste anticipauit, ut prius diceret, spiritus uitæ à deo intrauit in eos, qd est mortuos resurgere, & deinde scriberet, uæ secundū abijt, & ecce uæ tertium ueniet cito, ad uenit continuo, & septimus angelus tuba cecinit? Quare, inquam, nisi quia resurgere à mortuis & stare super pedes, non est uæ sed gaudium magnum testibus illis, de quibus uel pro quibus il-

Deut. 21
Lex de pendente in ligno.

Sepultura Christi.

Cur hic dies p annis ponitur.

Iohan. 21

Infra 21

Roma. 8

Cur hic primū in futuro postea i præterito loquitur.

Stabant iusti in magna constantia, &c. Sapient. 5

Gloria iustorum. Matth. 25
& Thess. 4
Sapient. 5

Decima

para ciuitatis, est ruina angelorum & impiorum hominum.

septē milia hominū, id est, omnes impij. Psal. 48
Elaiz;

Matth. 25

Iusti quoq; tunc timebunt tantus erit terror. Iob 41

Ephes. 6
Supra 9

Bonitas Christi nos præmonentis. Supra 10
& Timot. 1

* Et qui uerturus es, qd

Tuba VII. nouissimi iudicij est. 1. Cor. 15
& Thessa. 4

Ratio ordinis p anticipationem.

bus illam prophetiam contexuit? Deniq; quod dixit, quia facta terræ motu decima pars civitatis cecidit, quoniam pro gloria testium eorum dixit, magis in gaudium sanctorum debuit enuntiari, & iccirco tandem ad illud ueritatem respiciens septimæ tubæ cantum intulit, cuius canentis hæc summa uox est, qua ipsum ueritatem ita concludit: Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & exterminandi eos qui corruerunt terram. Hoc nimirum est ultimum ueritatem, & iste cantus tubæ septimæ, de quo ueraciter iurauit iste angelus fortis, quia tempus amplius non erit, sed in diebus uocis septimi angeli cum coeperit tuba canere, consummabitur mysterium dei. Canente ergo septimo angelo, factæ sunt uoces, inquit, magnæ in cælo dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. ¶ Voces istæ magnæ beatorum angelorum, & sanctorum omnium non conticeſcēt in sempiternum. ¶ Cum autē dicunt factum est regnum huius mundi domini nostri & Christi eius, subintelligendū est nobis, ita ut impletum sit iam ex illa nouissima tuba id quod domino filio dixit pater dominus: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos sca bellum pedum tuorum. Nam nunc quidē regnat dominus, & iam Christus eius qui dicit in psalmo: Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, in gloria regni sui est, ex quo resurrexit à mortuis, & in cælum ascendit, iuxta propheticum eiusdem Psalmistę præconiū: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, ¶ Sed adhuc rebellis ex magna parte recalcitrat mundus, & sanctos eius ministrum persequitur, Proinde Apostolus cum huius testimonij meminisset, dicens: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius, continuo subiunxit futurū de quo loquimur: Nūc autem non dum uidemus omnia illi esse subiecta. Itaq; sicut iam dictum est, iam quidē regnat dominus, & Christus eius, & præsens quoq; ecclesia regnum eius dicitur & est, sed sunt adhuc multa in regno eius scandala, quæ canente nouissima tuba colligentur. Quod cum factum fuerit, tunc demum pleno ore rite cantabitur Factum est regnum huius mundi domini nostri & Christi eius, quia uinctis in carcere inferni cunctis hostibus, pacatum regnum, & in pace regnabunt in secula seculorum. ¶ Et uiginti quatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas & adorauerunt deum dicentes: Gratias agimus tibi domine deus omnipotens, quies, & qui eras, quia accepisti uirtutē tuam magnam & regnasti, & iratæ sunt gentes: Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruerunt terram. ¶ Multis & bonis dei operibus, magnis & æternis beneficijs eius, magnæ & sempiternæ gratiarum actiones debentur. Quid autē isto eiusdem domini dei omnipotentis beneficio maius & pulchrius, quod commemorantes dicunt, quia accepisti uirtutē tuam, & regnasti? Quid enim magnificentius quam quod uirtutē suam dominus accepit & regnauit? Regnabat quippe peccatorum, regnabat mors ab Adam, regnabat diabolus mundi huius obtinens principatum, & hic erat fortis armatus qui in pace sua possidebat & custodiebat atriū suum. Super hoc generi humano condolens accepit uirtutem suam, & regnauit, superuenit fortiori, uicit illum, & uasa eius diripuit. Hæc est illa acceptio uirtutis & regni, de qua & Psalmista præ dixit: Dominus regnauit decorem induit, & indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se uirtute. ¶ Quomodo uel quando illam uirtutem suam accepit? Imò quæ est illa uirtus dei, nisi spiritus dei, digitus dei, dicente ipso qui regnauit, si in digito dei enjcio dæmonia, profecto peruenit in uos regnū dei? Nam quod spiritus dei uirtus eius recte dicatur & sit, Gabriel quoq; archangelus ad Mariam testatur cum dicit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. ¶ Vnde notandum, quod non dixerint tantum quia accepisti uirtutem, sed accepisti, inquit, uirtutem tuam. Etenim homo factus dei filius, siue cum fieret homo, in ipsa quidem conceptione sui uirtutē istam accepit, sed antequam fieret homo, uirtus eadem sua erat, quia suus & patris unus spūs erat. Itaq; non sine magno pondere dictū est, accepisti uirtutē tuam, quia quod fideliter credimus uirtutem siue spiritū quem in natura humanitatis dono accepit, eandem uirtutem, eundem spiritum, prius quam mundus fieret, unus idemq; dei filius in natura diuinitatis consummabitur sibi habuit. ¶ Recte igitur ubi tale tantumq; regnātis domini beneficium consummabitur, cadentes in facies suas uiginti quatuor seniores, id est, uniuersi ecclesiarum patres, magistri siue rectores, adorāt & dicūt: Gratias agimus tibi domine deus omnipotens, & cætera. Illa gratiarum actio cadentium in facies suas, id est, ordinata reuerentia subijcientium animas suas, finem nullum habitura est. ¶ Quod dicit, qui es, & qui eras, malam damnatorum aduersarioꝝ uoluntatem percutit, & sine fine diuerberat, qui hoc agere nitebantur ut non esset, ut non subsisteret, sicut & Psalmista ex persona ipsius aduersum illos cōtestatur: Inimici mei dixerunt mala mihi. Quando morietur & peribit nomen eius? Præmissio namque, quia accepisti uirtutem tuam, & regnasti, id est, incarnatus de tuo spiritu sancto, & principem mundi foras eiecisti, continuo subnectunt: Et iratæ sunt gentes. Ad quid enim iratæ sunt

Supra 10

Factū est regnū huius mundi. Psal. 109 Psal. 2

Psal. 8 In regno christi, id est, ecclesia, sunt adhuc multa scādala. Hebr. 2

Accepti uirtutē tuā et regnasti.

Roma. 5. 6 Iohan. 12 Matth. 11 Lucæ 11 Psal. 92

Virtus illa, spūs dei est. Matth. 12 Lucæ 11 Lucæ 1 Cur dicit uirtutē tuā

Viginti quatuor seniores, oēs ecclesiarū patres.

Psal. 40

Iratæ sunt

sunt gentes, uel quid irascendo efficere uoluerunt gentes, nisi hoc ut non esset? Sane hic à nomine gentium Iudæi non excipiuntur, quia primi irati sunt & maxime inuiderunt, iradentes illum gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum, dicentes (sicut iam meminimus) quando morietur & peribit nomen eius. Vnde item in psalmo uehementer insultabunt illis impropere spiritus sanctus: Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt in inania? Vere inania meditati sunt, quia tu domine & antequam homo fieres deus eras, & nunc postquam gentes iratæ sunt & fremuerunt te occidentes, resurrexisti & es. Hinc est quod iterum in David dicit ad patrem: Exurrexi & adhuc sum tecum. Iratæ sunt igitur gentes, id est, te occiderunt, & (sicut iam dictum est) te occidendo fremuerunt. Sed quid deinde? L. Et aduenit, inquit, ira tua. Recte & ordinate, quia gentes prius iratæ sunt, post aduenit ira tua. Hic est ordo iustitię legitimus, ut nulli deus irascatur, nisi illi qui prior fuerit iratus in tumescendo, resistendo, suumq; reatum in similitudine preuaricatoris Ad defendendo. Vbi quis irascitur & resistit, ibi demum deus irascitur & resistit, & contra fortem utitur sua ui, quæ non potest portari. Hinc Psalmista deus dixisset: Tu terribilis es, & quis resistit tibi, continuo subiunxit, extunc ira tua. Ac si dicat: Non ex quo quis peccat, sed ex quo peccatum suum defendendo, tuęq; iustitię resistendo multiplicat, extunc ira tua, cui non est qui resistere ualeat, sicut alibi scriptum est: Deus cuius iræ nemo resistere potest. Hic & particulariter in singulis hominibus, & uniuersaliter in omni genere humano iudicij ordo seruatur. Dicunt ergo: Iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua. Ac si dicant: Quia gentes poenitentiam te prædicante recipere noluerunt, sed contra magis iratæ sunt & fremuerunt & inania meditati sunt, & astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius, iuste nunc demum aduenit ira tua, sicut ibidem de te subscriptū est: Tunc loquetur ad eos ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Nam exponentes quid dixerint, & aduenit ira tua, subsequuntur & dicunt: L. Et tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruerunt terram. Ira eius quæ aduenit effectus est, exterminare eos qui corruerunt terram. Nam reddere mercedem sanctis, non ira sed gratia pro gratia est, gratia beatitudinis pro gratia uocationis, uel fidei beatitudinem promerentis. ¶ Et recte sic sermo contextus uel ordinatus est, ut prius dictum sit, reddere mercedem seruis suis, ac deinde: & exterminandi eos qui corruerunt terram. Nam & secundum ueridicum ordinem siue ordinatam ueritatem euangelij, prius merces reddetur dextris seruis dei, deinde exterminabuntur sinistri. Prius enim dicit rex ille his qui à dextris erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum: ac deinde his qui à sinistris erunt: Ite maledicti in ignem æternum. Talinamq; modo & seruis dei merces reddetur, & corruptores terræ exterminabuntur. ¶ Qui autem sunt corruptores terræ, nisi corruptores corporum & animarum, seruitentes omnimodæ cupiditati suæ? Neq; enim in iudicio dei causa exigitur corruptionis, nisi eius qua corrumpitur creatura rationalis, quæ cum terra deesse deberet, & afferre fructū fidei, sanctimonię & pacis, siue dilectionis, ita corrupta est in semetipsa, ut amaras incredulitatis omniumq; libidinum spinas afferret, ac perinde maledictioni deputata sit. ¶ Ita in diebus uocis septimi angeli cum coeperit tuba canere, consummabitur mysterium dei, & sicut iurauit angelus ille fortis qui stetit supra mare & supra terram, manumq; suam in cælum leuauit, tempus amplius non erit, tempus poenitentię non dabitur ultra peccatoribus, per tantos tubarum præcedentium (quas enumerauimus) cantus terrificos sufficienter præmonitis. Non partim, sicut in cæterarum cantibus tubarum, sed simul omnes corruptores terræ peribunt, & exterminabuntur in iussu regnantis domini, in uoce archangeli, in tuba dei, ut nullum ultra regno dei faciant scandalum.

gētes & Iudæi contra Christum. Matth. 20 Lucæ 18 Psal. 2

Psal. 118

Ira dei post iram peccatoris.

Psal. 75

Iob 9

Psal. 2

Prius datur merces bonis, deinde exterminatur impij. Matth. 25

Non erit ultra tempus scilicet poenitentię. Supra 10

1. Thessa. 4

LIBRI SEXTI FINIS.



RVPER.

R V P E R T I A B B A

TIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN-
NIS APOSTOLI COMMENTARIO.
RVM LIBER VII.



CAP. XII.

Supra 8

Ordo narra-
tionis.

Spūs Forti-
tudinis hic
prædicat.

Quādo ap-
ertum est tē-
plum dñi.
Daniel. 10
Supra lib. 5
in pncipio.
Arca testa-
mēti est in
carnario
Christi.

Exod. 17

Tonitrua
& terrēmo-
tus in dati-
one tum le-
gis tū euan-
gelij.

Supra 8
Actoꝝ 2
Exodi 19
Actoꝝ 7
Psal. 67

Mulier ec-
clesia dici-
tur.

Amicta so-
le.

Luna sub

APERTVM EST TEMPLVM DOMINI IN
cælo, & uisa est arca testamenti eius in templo eius. Et facta sunt fulgu-
ra, & uoces, & terræ motus, & grando magna. Et signum magnum ap-
paruit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capi-
te eius corona stellarū duodecim, & in utero habens, & clamabat par-
turiens, & cruciatur ut pariat. Meminisse hic oportet loci superioris,
ubi septem angelis stantibus in conspectu dei, datae sunt septem tube,
qui & parauerunt se ut tuba canerent, quorū per cantus singulos quid
acciderit, quid actum sit scriptura hæc per ordinem hæcenus digessit.
Nam illic antequam dicatur, & septem angeli parauerūt se ut tuba canerēt, introductio fit al-
terius angeli, qui uenit & stetit ante altare habens thuribulū aureum, & data sunt illi incensa
multa, ut daret de orationibus sanctorū omnium super altare aureū quod est ante thronū. Ita
dispositis hinc septem angelis quibus tubæ datae sunt, inde alio angelo qui habebat thuribu-
lum aureum, & insignes declamantur uictoriae martyrum, cantantiū tandem post labores præliorum
quasi canticiū nouum. Hic manifeste spiritus fortitudinis opera prædicantur, qui in ordine
septem spirituum quartus inuenitur, spiritui consilij coniunctus, cuius in septem tubis canenti-
bus providentiam supra memorauimus. Ait ergo: Et aperit templū domini in cælo. Coniunctione ista
qua dicit, & apertū est, nos ad superiora reducit ubi dixerat: Et alius angelus uenit & stetit ante
altare, & cætera. Simul namque actum est, ut & templū domini aperiretur, & iuxta altare staret
angelus. Tūc etenim templū domini apertū est, quando fidem domini promissionis Christi in
cordibus suis receperūt sancti homines, & tūc iuxta altare stetit angelus, quando propter eandem
fidem genti iustorum Michael est princeps deputatus, sicut in suo loco plenius cum scripturarū
autoritate monstrauimus. Apertum est ergo templū domini in cælo, id est, credendo in Christi
uenturum, templum domini facti sunt sancti patres, Abraham, Isaac & Iacob. Et uisa est arca
testamenti eius in templo eius. Id est, prospecta & à longe salutata est incarnatio Christi filij
dei, quæ nunc in templo suo, id est, in ecclesia sua, auro mundissimo, id est, diuinitatis
sue magna claritate radians conspicitur. Ictus autem per arcam testamenti recte incarnatio
intelligitur filij dei, quia uidelicet in typū eius domino iubente fecit Moyses in eremo
arcam scæderis simul & propitiatorii. Arcanāque eundem dei filium in carnandū,
propitiatorii uero eūdem significabat pro peccatis hominū passurum. Et facta sunt fulgura,
& uoces, & terræ motus, & grando magna. Subauditur ubi accepit angelus thuribulū,
& impleuit illud de igne altaris, & misit in terrā. Sic etenim illic continuo subiunctū est:
Et facta sunt tonitrua, & uoces, & terræ motus. Quod licet recte intelligatur de spiritu
sancto quem dominus in apostolos suos misit, qui & sedit super eos tanquam ignis, nihilominus
tamen & de eo recte intelligi diximus, quod genti illi lex data est in monte Synai in
dispositione angelos, ut ait Stephanus protomartyr. Siquidem fulgura & uoces, quæ per
apostolos spiritaliter micuerūt uel audire sunt, realiter in monte Synai, quando data est lex,
nō defuerūt, ut recte de utraq; scilicet legis & euangelij cōmōtione intelligere liceat illud
Psalmistæ: Deus cum egredieris in conspectu populi tui, cum pertransieris in deserto, terra
mota est, & cætera. Itaque ad illa reducta tempora, quibus beata sanctos progenies Christi uenit
in fidem in promissione concepit, & cætera gentes uias suas permissæ sunt ingredi, sicut in
septem tubis, totidem notas & insignes spectauimus uindictas peccatorū, sic nūc iam in his
quæ sequuntur, usque ad agnū stantem supra montem Sion bella spectemus uictoriasque sanctorū.
Hoc ita incipit. Et signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius,
& in capite eius corona stellarū duodecim, & in utero habens, & clamabat parturiens, &
cruciatur ut pariat. Vere magnū & magnæ rei fuit hoc signū. Significabat namque mulier illa
sanctam ecclesiam, quam & in multis prophetarū locis scripturarū inuenimus appellari mulierē,
& peccatis idololatriæ seruientium redargui uelut adulteram. Hæc mulier extitit recte
dicitur amicta sole, ex quo Christū uerum iustitiæ solem accepit in re promissione. Luna sub

dibus eius, id est, temporalium bonorum claritas sub administratione eius. Luna namque pro sui
mutabilitate recte mundi huius bona mutabilia significat, quibus stultus seruit, sapiens impe-
rat. Hoc ergo laudi est sanctis patribus, quod diuites quidem fuerunt, sicut sacre historie tra-
dunt, sed ipsas diuitias non passi sunt suis affectibus dominari, sed ipsi dominati sunt diuitijs,
dispensando ut poscebat usus priuatus aut publicus, atque ita laudabiliter eiusmodi diuites ex-
culantur, quia non est census in crimine sed affectus. At contra quisquis credit quidem in
Christum, sed affectu inhæret & seruit lucris rerum temporalium, seruus est, non dominus illarū,
neque dici recte potest de anima eius, quod sit mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, sed
nimis peruerse amicitia luna, solemque nititur habere sub pedibus. Sequitur: Et in capite eius
corona stellarum duodecim. In capite huius mulieris corona stellarum duodecim conspicitur,
quia in initio nascentis ecclesie duodecim patriarchæ, itemque in initio renascētis eiusdem
duodecim apostoli notissimi ac splendidi diuumerantur. Nunc interim ordinem mirabilium
coelestium secuturi, coronam duodecim stellarū, numerum intelligimus duodecim filiorū
sive tribuum Israël. Nam & Ioseph somniū narrans, uidebam, inquit, solem & lunam, & stellas
undecim adorare me. Etenim pater ipse propter Christū quem in promissione habebat, qua
si sol erat mater aut quæcūque illi optima erat (quonia naturalis mater obierat) luna erat, pro
eiusdem Christi fide lucidauit undecim autem fratres quibus somniū narrabat, undecim stelle fu-
turæ erant: Ioseph ipse stella erat duodecima. Igitur in capite mulieris corona stellarū duode-
cim, in initio ecclesie chorus filiorū uel tribuum Israël duodecim. Et in utero habens, &
clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Quid erat habere in utero, nisi promissionis fidē ser-
uare in cordis secreto: Etenim quādo primū ad Abraham locutus est deus dicens: Et in semi-
ne tuo benedicentur omnes gentes (quod profecto semē Christus est) ille promittenti credidit,
in eandē fidem sperantibus eius posteris, extitit mulier in utero habere cepit. Erat autē deus
qui promiserat eiusdem mulieris uir, paterque & autor illius cōceptionis, id est, fidei, per quam
Christus qui uenturus erat, iam in patris credentium cordibus habitabat. Proficiente autē per
tempora credentium multitudine, successerūt Moyses & prophetae, qui fidem quam susceperāt,
loquendo pariter & scribendo non sine magna desiderij intentione significabāt. Sequitur ergo:
Et clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Quod dixit & clamabat parturiens, hoc
repetiuit imō compleuit addendo & cruciatur ut pariat. Parum quippe fuisse dixisse hoc tan-
tum, & clamabat parturiens: Videretur enim nihil amplius intelligi uelle quā ac si dixisset
cum pareret cepit clamare. At illa priusquam pareret, priusquam partum effunderet, partu-
riuit & clamauit. Parturire namque est ante partum cruciari: quia uidelicet parturite meditati-
uum, parere autem perfectum uerbum est. Igitur quomodo mulier carnaliter grauida, infra
re hora partū diuina est in meditatione partus sui, tandiu in illa expectatione occupata est, tan-
diu cruciatur sustinet donec pariat, ita & illa talis mulier spiritaliter prægnans: Clamabat, in-
quit, parturiens, & cruciatur ut pariat. Clamores eius multos ad medium proferrere possemus,
sed exempli gratia uisus hic in Elia propheta sufficit locus: Domine quis credidit auditui no-
stro, & brachium domini cui reuelatum est: Et ascendit sicut uirgultum coram eo, & sicut ra-
dix de terra sitienti. Non est species ei neque decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus: & de-
siderauimus eum despectum & nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem infirmita-
tem: Et quasi absconditus uultus eius & despectus, unde nec reputauimus eum. Vere languo-
res nostros imple tulit, & dolores nostros ipse portauit. Hæc & his similia dicentes sancti pro-
phetæ cum clamarent & dolerent, nunquid eiusdem clamoris uel doloris sui causam eueni-
re, certam uel esse nolebant: Imō maxime cupiebant, ipso arte stante domino cum dicit: Beati
oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, & multi prophetae & reges uoluerunt ui-
dere quæ uos uidetis, & non uiderunt & audire quæ auditis, & non audierunt. Nonne in hoc
quoque uera est similitudo mulieris parturiētis & parturiendo clamantis? Illa namque parturiendo
quidem clamat, quia dolet: sed nimis sic mauult dolere, quā sano utero sterilis permanere.
Sequitur: Et uisum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus & rufus, habens capita
septem, et cornua decem, et in capitibus suis septem diademata, et cauda eius trahebat tertiam
partem stellarum cæli, & misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem quæ erat partura,
ut cum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculinum, qui recturus erat omnes
gentes in uirga ferrea. Et raptus est filius eius ad deū, & ad thronū eius. Vere aliud, id est, al-
terius rei fuit hoc signū. Fuit enim signum diaboli, qui semper aduersus mulierē illam inimici-
tias exercuit, & exercere non desinit, malas sibi, bonas autē mulieri. Deus namque bonus, eisdē
pro bono mulieris inimicitias posuit, quemadmodum in initio loquens ad serpētem dicit: Inimici-
tias ponam inter te & mulierē, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum,
& tu insidiaberis calcaneo eius. Denique serpentis illius, id est, diaboli qui in serpente locutus
est, draco iste signū fuit: sicut e contra mulier illa solē amicta, signum erat ecclesie totius, cuius
beata uirga Maria portio maxima, portio est optima pro felicitate uteri proprii. Visum est er-
go, in-

pedibus
eius.

XII. stellæ,
xii. tribus
Israël.

Gene. 37

In utero hæ-
bes scilicet,
promissio-
nis fidem.
Gene. 22
Galat. 3

Clamabat
partur. eius,
scilicet per
prophetas.

Esaiæ 55

Desiderij
prophetarū
Lucæ 10

Inimicitie
inter mulie-
rem & ser-
pentem.
Gene. 3

Draco magnus & rufus.

Corpus diaboli generatio Cain. Pfall. 23

VII. capita draconis, sunt VII. regna contra fidem ecclesie.

Exodi 15 & Reg. 19

I. Pharaonis & Aegyptiorum. Exodi 15 II. Iezabelis & Ios. 3. Reg. 19 a. Paral. 24

III. Babyloniurum. Daniel. 5

III. Persarum & Medorum. Hester 3 1. Reg. 15

V. Macedonum. 2. Machab. 15

1. Machab. 8. Machab. 6 ibidem.

VI. Romanorum.

Math. 20

Iohan. 19

go, inquit, signū aliud: ecce draco magnus & rufus. Vnde magnus & unde rufus? Magnus uidelicet, quia habet capita septem, & cornua decem rufus autem ex eo maxime, quia cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli, & rufum sanguinem sitiens, stetit ante mulierem quae erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret. In de magnus, in de rufus. Quid porro significabant illa septem capita? Hoc nimirum ut compendiosius clarescat, primo sciendum est, draconem sic magnum, sic rufum, ita significasse diabolum, ut simul etiam significaret corpus eius uniuersum, scilicet omnem generationem nequam, generationem Cain, aduersantem ab initio generationi sanctae, generationi Abel, generationi quærentium dominum, quærentium faciem dei Iacob: cuius, ut iam dictum est, mulier talis signum fuit. His ita perspectis, iam intelligi promptum est, capita draconis illos recte dici qui principales extiterunt in opere siue intentione diaboli, uidelicet in obfisione iam dictae mulieris, in intentione occidendi puerperium ecclesiae dei, praefocandi uerbum dei, destruendi fidem seminis Abraham, id est, Christi. Huiusmodi capita ueraciter septem sunt: quia nimirum ex quo pater Abraham & posterius eius fidem feminis (in quo benedicetur omnes gentes) suscepit, septem sunt mundi huius regna ex traditione sanctarum scripturarum, quae aduersus eandem fidem dimicauerunt, sed nondum uenerit regnum septimum. Primum namque ex quo credidit Abraham, regnum fuit Pharaonis & Aegyptiorum: filios Israel odientium, secundum regnum fuit Iezabelis, & filiorum uel posterorum eius impiorum, regnum Israel & Iuda, qui prophetas occiderunt: tertium Babylonium, quartum Persicum siue Medicum, quintum Macedonicum, sextum Romanum, septimum quod futurum est Antichristi regnum. Praeter haec regna septem nullum aliud memorat sancta scriptura stetit uel stare ante illam mulierem ad deuorandum filium eius, contra sanctam ecclesiam, ex qua credidit Abraham, ad destruendam fidem feminis eius. Singulorum huiusmodi capitum sanguineos rictus paulisper exempli gratia contingamus. Primo Aegyptiorum rex Pharaon, populo suo dicitur: Quicquid masculini sexus natum fuerit in flumen proficite: quicquid foemine, referuate. Item: Vacatis otio, & iccirco dicitis: Eamus & sacrificemus domino. Et multa his similia. Post hunc Iezabel captiuato uiro suo rege Achab, ut abiret & seruiret Baal & adoraret eum, prophetas domini occidit, quemadmodum & Helias Thesbytes gemebundus dicit: Domine altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, quæruunt animam meam ut auferat eam. In Iuda quoque semen eiusdem Iezabelis, rex Iosias Zachariam prophetam occidit, atque extunc etiam in Hierusalem draco ille mulieris huius sanguinem bibere cepit, prophetas occidendo per prophetarent, uel quia prophetabant in nomine domini: ne ante defecit, donec pariter aditum filium eius crucifigendo deuorare se credit. Sed de hoc postmodum planius dicendum erit. Tertio loco Nabuchodonosor rex Babylonia, traductus in captiuitatem cum reliquis Iudæis prophetis domini, statum erexit, & eo usque abolere uoluit nomen domini, ut diceret tribus pueris: Si non adoraueritis, mittentini in fornacem ignis ardētis. Et quis est deus qui eripiat uos de manu mea? Et cetera. Quarto deinde loco regnum Persarum atque Medorum, genus uniuersum Iudæorum, in quo tantum eatenus notus erat deus, delere uoluit agente Aman hoste Iudæorum, quierat de stirpe Agag quæ occidit, & in frustra coccidit Samuel coram domino. Cum enim illum exaltasset rex Assuerus, & posuisset solium eius super omnes principes quos habebat, cum illi seruiret regis qui in foribus palatii morabantur, flecterent genu & adorarent Aman: solus autem Mardocheus non flecteret genu, neque adoraret eum, iratus est ualde, & pronihilo ducēs in unum Mardocheum mittere manus suas, magis uoluit omnem Iudæorum qui erant in regno Assueri perdere nationem. Vnde Hester: Hostis, inquit, & inimicus noster pessimus iste est Aman. Item: Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. Quintum caput draconis huius, regnum Macedonicum. Qualiter regnante Antiocho, qui appellatus est Epiphanes, id est, nobilis siue illustris, mulierem istam infestauerit, compellendo Iudæos ut se transferrent a patriis & dei legibus. De quo etiam uidelicet Antiocho scriptum est: quia misit contaminare quod in Hierosolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympi, & in Garizim prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis, Machabæorum passionibus & praesentantur. Nam illud quod maxime ad nequissimam draconis intentionem pertinet sic incipit: Dux mulieres delatæ sunt natos suos circuncidisse: Quas infantibus ad ubera suspensis cum publice per ciuitatem circumduxissent, per muros praecipitauerunt. Quid enim intendebat per hoc & per cetera quæ sequuntur, nisi hoc ut conceptus mulieris, id est, seminis Abraham fides, cuius testimonium illis erat signaculum circuncisionis, funditus extingueretur? De sexto capite, id est, regno Romanorum, quis nesciat quantum saeuierit ad deuorandum filium huius mulieris? Nemo istud est quod cum capite illo secundo scilicet Iudaico regno concordia rictu ferociter nimis haurit, in primis ut filium illum in persona propria deuoraret, quando traditus est filius hominis gentibus ad illum uendit, & flagellandus & crucifigendus, capite illo scilicet Iudaico populo dicitur ministro huius alterius magni capitis: Si hunc dimittis non es amicus Cesaris. Deinde, quod paulo-

paulo post dicemus, bellum maximum quod fecit draco repugnante Michaeli & angelis eius. Item quod adiecit, facere praesulum cum reliquis de semine mulieris huius, quo capite factum est nisi Romano imperio, quod per orbem uniuersum missis edictis & legibus publicis totum illa martyrum interfecit? De septimo tandem capite cum se exerit, id est, de homine peccati filio perditionis Antichristo cum reuelatus fuerit, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, quis nesciat quia mulierem istam siue reliquias feminis eius ita persequetur, ut quemadmodum dominus dicit, talis tunc tribulatio sit, qualis non fuit ab initio, nec erit, nec erit: Ipse namque erit de quo Danieli angelus dicit: Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, & cetera. De istis septem capitibus alio postmodum loco cum dixisset huic Iohanni angelus, septem capita bestiarum septem montes & reges septem sunt, continuo subiunxit: Quinq; ceciderunt, unus est, & alius nondum uenit. Et cum uenerit oportet illum breue tempus manere. Quod hic tacitum est, illic suppletur, uidelicet quod super bestiam (quæ non est alia nisi draco iste) mulier sederit, mulier alia, mulier ista quam draco impugnat semper opposita, id est, ciuitas diaboli, ciuitas dei semper contraria. Quid autem est quod ait, quinq; ceciderunt, unus est, & alius nondum uenit? Videlicet quia cum hæc uiderentur uel scriberentur, quinq; regnorum iam dictorum reges, qui mulierem saepe dictam persecuti sunt, iam dudum transierant, regis autem regni Romani, regis siue imperatoris Neronis decreta contra Christi ecclesiam sequebantur, & à successoribus eius seruabantur. Alius autem scilicet Antichristus nondum uenerat, sed necdum uenit. Sed de his aliis. Nunc praesentia persequamur. Cum dixisset habens capita septem, addidit: Et cornua decem. In Daniele quoque scriptum est de bestia quarta, quæ significabat regnum Romanorum, quod habet cornua decem. Et omnes fere scriptores ecclesiastici tradiderunt in consummatione mundi, quando regnum destrudum est Romanorum, decem futuros reges qui orbem Romanum inter se diuidat, & undecimum surrecturum esse paruulum regem, qui tres reges de decem regibus superaturus sit, regem Aegyptiorum, regem Africae, regem Aethiopiae, atque hoc esse quod illic scriptum est: Et ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt de facie eius, quod uidelicet cornu erit Antichristus. Verum hic ubi non quarta bestia, ut illic, solum significans regnum Romanorum, sed draco, id est, diabolus conspicitur, & septem eius capita describuntur, nullaque fit mentio de tribus euulsis cornibus, aliud dicere licet, quod conceptio sensum scripturarum auctoritate coniungatur. Septem quidem tantummodo draconis capita, sed decem uidentur cornua. Quia uidelicet unum ex regnis supra dictis regnum Macedonicum in reges quatuor diuisum fuit. Mortuo namque Alexandro Magno surrexerunt pro eo quatuor duces eius qui sibi imperium diuiserunt. Aegyptum enim Ptolemaeus Lagi filius tenuit, Macedonas Philippus qui & Arideus, frater Alexandri, Syriam & Babyloniam, & omnia regna orientis Seleucus Nicanor, Asia regnauit Antigonus. Hoc est quod in Daniele legitur: Hircus autem caprarum factus est magnus nimis. Cumque creuisset fractum est cornu magnum, & orta sunt cornua quatuor subter illud per quatuor uentos caeli. Quod exponens angelus dicit: Porro hircus caprarum rex Grecorum est: Et cornu grande erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo, quatuor reges de gente eius surgent: Continuoque addit: Sed non in fortitudine eius. Nullus enim illorum fortitudini siue magnitudini Alexandri potuit æquare. Itaque septem, ut iam dictum est, capita, sed decem cornua, id est, septem regna, sed decem fuerunt reges, quibus draco ille sese armauerat. Sed sequitur adhuc: Et in capitibus suis septem diademata. Si decem cornua decem reges sunt, quomodo non totidem sunt diademata quot cornua? Nonne omnes illi quoque reges quatuor, in quos regnum illud unum diuisum est, habuerunt diademata? Scriptum est enim in libro Machabæorum primo: Et obtinuerunt pueri eius uidelicet Alexandri regnum, unusquisque in loco suo, & imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius. Quo modo ergo non dictum est decem, sed septem diademata, cum fuerint decem cornua? Nimirum quia quamuis unius capitibus quatuor cornua, id est, unius regni Macedonicus reges quatuor fuerint, uno tantum ex illis aduersus mulierem draco usus est, scilicet posteritate Seleuci, cuius in partem Syria, in qua continebatur Iudæa, obuenerit. Ex illis namque qui regnauerunt in Syria, exiit radix peccatrix Antiochus Epiphanes, id est, illustris. Hoc unum diadema ex illis quatuor draco rufus in sua causa contra mulierem induit, & illud sanguine sanctorum saeuus homicida cruentauit. Denique licet & cetera regni diuisi partes Iudæam interdum lacerauerint, tamen hoc uere constat, quia partis unius rex qui Syriam & cum illa Iudæam obtinebat, causam draconis contra mulierem egit, intentionem diaboli contra dei legem exercuit. Hic ut iam dictum est, erat Antiochus illustris, de quo Daniel prauidens dicit: De uno autem ex eis egresum est cornu unum modicum, & factum est grande contra Meridie, & contra Orientem & contra fortitudinem, & magnificatum est usque ad fortitudinem caeli: Et deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, & usque ad principem fortitudinis magnificatum est, & ab eo rulit

Septimum Antichristi. 2. Thess. 2. Math. 24. Daniel. 2

Infra 19

Cornua decem, sunt decem reges Romanorum eo die tempore. Daniel. 7

Cornu patulum in medio.

Regni Macedonici post mortem Alexandri

Daniel 8

Cur ait VII. diademata cum dicit cornua decem. 1. Machab. 1. Responso.

Antiochus Epiphanes id est, illustris. Daniel. 8

in iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est cōtra iuge sacrificium propter peccata, & prosterneretur ueritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Quod itidem exponens angelus qui supra: Post regnum, inquit, eorum cum creuerint iniquitates, cōsurgat rex impudens facie, intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed nō in uiribus suis. Et supra q̄ credi potest uniuersa uastabit, & prosperabitur & faciet, & interficiet robustos, & populum sanctos: secundum uoluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius, & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnū occidet plurimos, & contra principem principū confurget. ¶ Iste namq; rex ille iam dictus Antiochus extitit, qui usq; ad fortitudinem cœli, id est, filios Israël, qui angelos uallabatur auxilio, erexit magnificentiā suam, ita ut de sanctis plurimos idololatriæ subijceret, & uelut stellas cœli cōculcarer pedibus suis. Atq; ita factum est, ut Meridiem & Oriētem, id est, Aegyptum & Persidem suo teneret imperio. Quodq; ait, & usq; ad principem fortitudinis magnificatus est: Hoc significat quod erectus sit contra deum, & sanctos illius persecutus, ab eo ualerit iuge sacrificium, quod mane & uespere offerebatur, & polluerit atq; deiecerit locum sanctificationis eius: & hoc non sua uirtute, sed propter peccata populi. Atq; ita factum est ut ueritas prosterneretur in terram, et cultu idolos florete, dei religio (quæ istius sæpe dictæ mulieris erat ornatus) cōspiceret. Nunc cetera prosequamur: Et cauda eius trahebat tertiā partem stellarū cœli, & misit eas in terram. ¶ Stellas cœli filios Israël significare iam supra diximus, & duodecim stellarū coronā, quam in capite suo mulier habebat, duodecim fuisse patriarchas, per q̄s ecclesia in initio propagata est, iuxta illud somniū Ioseph dicentis: Videbam solem & lunā, & stellas undecim adorare me: Ipse namq; Ioseph stella erat duodecima. Ad omnē quoq; multitudinem filios Israël Moses dicit: Dixi uobis illo in tempore, nō possum solus sustinere uos, quia dñs deus uester multiplicauit uos, & estis hodie sicut stellæ cœli plurimi. ¶ Quis autē nesciat in illa oppugnatione mulieris, ubicunq; draco illam impugnavit, pleroseq; ex illa gente fouisse atq; adiuuuisse dolosam nequitia draconis? Nam exēpli gratia: Vbi in Antiocho iam dicto draco iste sæ uire cœpit, sic scriptū est: In diebus illis exierūt ex Israël filij iniqui, & uasuerūt multo dicentes: Eamus & disponamus testamentū cum gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex q̄ recessimus ab eis, inuenerūt nos mala multa. Et bon⁹ uisus est sermo in oculis eorū. Et desinuerūt aliqui de populo, & abierūt ad regē, & dedit illis potestātē ut facerent iniustitiā gentiū. Et ædificauerūt gymnasium in hierosolymis secundū leges nationū, & fecerūt sibi præputia, & recesserūt à testamēto sancto, & iuncti sunt nationibus, & uenūdati sunt ut facerēt malū. Plura omittimus quæ pro ferri possent in exemplū stellarū eiusmodi cadentiū de altitudine cœli, de dignitate testamēti dei, ita ut etiā adiuuarent partes diaboli, impugnant do illos qui perseuerare uolebant in religione paternæ fidei. Cauda ergo draconis palām est quia trahebat tertiā partem stellarū cœli. Et misit eas, inquit, in terram. ¶ Ut uidelicet terræ incumbere qui celo intendere debuerant, terrena tantū cuperent, qui beatam cœlestiū spem expectare iussi fuerant. Sequitur: Et draco stetit ante mulierē quæ erat paritura, ut cum peperisset, filiū eius deuoraret. ¶ Hęc erat intentio draconis tot capita subrigentis, tot cornua uibrantis: Hęc, inquam, erat nequissima cupiditas diaboli, tot regna cōmouentis, tot reges inflammantis in odium diuinæ religionis, ut cum peperisset mulier quæ erat paritura, cum Christū æ didisset ecclesia, pariente uirgine Maria, filium eius deuoraret, id est, nomen eius de hominū memoria tolleret, ut partus huiusmodi nulla utilitas, nullus fructus existeret. Sed sequitur: Et peperit filium masculū, qui restitutus erat gentes in uirga ferrea. ¶ Ac si dicat: Ille quidē draco funestus mulieris parturientis excitatus clamoribus, stabat ante illam attentus ut deuoraret filium eius, maximeq; in Herode insaniebat sanguineū caput, quādo prophético cōmotus ille oraculo quod audierat, & tu Bethleem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda, ex te em̄ exiet dux qui regat populū meum Israël, quæ fuit puerum ad perdendū eum, misitq; in Bethleem, & occidit oēs pueros qui erant in ea, & in omnibus finibus eius, quasi impossibile foret non simul occidi & illum. Sed sic fatuus draco, qui in illo sæ uiebat, quomodo cōsiliū siue propositū dei euacuarē se posse putabat? ¶ Ille namq; restitutus erat gentes in uirga ferrea, & hoc in scripturis ueritate præfixū fuerat, exempli gratia, ipso dicente in Psalmista: Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me & dabo tibi gentes hereditatē tuam, & possessionē tuam terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea, quomodo ergo illum tam cito malitiosa draconis fatuitas, deuorare se posse sperabat, cum scriptū fuisset de illo, quod restitutus esset gentes in uirga ferrea? Sane uirga ferrea, id est, inflexibilis iustitia. ¶ Item quod ait filium masculū, idem est ac si diceret, fortissimū: Masculus em̄, id est, fortis filius tunc natus est nobis, quem admodum propheta prædixerat: Et uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis. Egit tamen draco ille quantum potuit, non desistens filium illum persequi, ut deuoraret, id est, ut memoriā eius deleteret, dicens illud quod in psalmo audimus: Quando morietur & peribit nomen eius? Hęc dicendo impatienter effecit ut crucifigeretur: & hoc agendo, deuorari

rari illum, & perire putauit nomen eius. Sed uide quid sequitur: Et raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius. ¶ Quām uere hoc factum sit quis nescit? Quis non audiuit? Cum enim deuoratus esse putaretur, utpote in terra sepultus, & signato lapide in terra cōclusus, tūc solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, resurrexit & in cœlum ascendit & sedet à dextris dei, triumphante ueritate scripturæ dicētis in Dauid: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Raptus est igitur filius mulieris, ecclesiæ filius, mulieris uirginis Mariæ ad deum & ad thronum eius, atq; illinc despiciens uniuersa capita draconis irridet, sicut iridē in psalmo spiritus sanctus locutus est: Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subfannabit eos: Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo cōturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo, & cetera. Sequitur: Et mulier fugit in solitudinē ubi habet locum paratum à deo, ut ibi pascant illam diebus mille ducētis sexaginta. ¶ Rapto filio suo ad deum & ad thronum eius, mulier in solitudinem fugit, id est, sedente iam Christo domino ad dexteram patris, & dato spiritu sancto ecclesia illius temporis uitam solitariam elegit. Sic em̄ in Actibus Apostolorū legimus: Multitudinis credentiū erat cor unum, & anima una. Nec quisquam aliqui dū suum esse dicebat, sed erat illis omnia cōmunia. Diuidetur autē finibus prout cuiq; opus erat. Nimirum hoc erat, mulierem fugisse in solitudinē, quia uidelicet nihil possidere uel concupiscere in hoc mundo, fida & tranquilla mentis solitudo est. Contra, possidere uel cupere uel ambire, non solitudo, sed magna sollicitudo & inquietudo est. Itaq; in solitudinem mulier fugit, quando ecclesia nil in hoc mundo possidere proposuit, prouocans filios suos ad imitandū se. Exempli gratia: Cum in Apostolo dicit: Præterit enim figura huius mundi. Volo autē uos sine sollicitudine esse: Qui sine uxore est, sollicitus est quæ sunt domini, quomodo placeat deo. Inter hęc & huiusmodi dicit: Vellem autem omnes homines esse sicut me ipsum. ¶ In huiusmodi solitudine habet, inquit, mulier locum paratum à deo. Quis est locus mulieris in hac solitudine, nisi deus ipse. Deniq; & Psalmista orans dicit: Esio mihi in deū protectorem, & in locum refugij. Et in lob de peccatore pereunte scriptum est: Sicut cōsumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos, non ascendit, nec reuertetur ultra in domum suam, neq; cognoscer eum amplius locus eius. Nam quod ait, neq; cognoscer eum amplius locus eius, idem est ac si diceret: Non requirit eum amplius deus, qui omnium beatorū locus est, extra quem nullus est beatus, in quo etiam nunc dum ab ipso peregrinamur, per animā, id est, Christiana spes figurat. Hunc locum paratum habet à deo, à nullo enim parati nobis potest deus nisi ab ipso deo, & hoc in illa tali solitudine, ubi contemplationi uacando possit hunc locum suum cognoscere, semperq; casum suum cauere, dicēdo: Non ueniat mihi pes superbiq; & manus peccatoris nō moueat me. ¶ Præterea & in hoc paratus est illi locus à deo in illa solitudine, ut ibi pascant illam. Hanc enim legem dominus præscripsit filiis maris, ecclesiæ filijs, qui nondum peruenerūt ad apicem perfectionis maternæ, ut nihil in hoc mundo uelint possidere, & hoc illis iussit, ut pascant illam matrem suam, id est, euangelizantem sibi charitatem maternam, perfectionem apostolicam. Dixit enim: Dignus est operarius cibo suo. Et alibi: In eadem autē domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Huius dignitatis siue debiti memor apostolus ad Corinthios dicit: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: Et qui altari deseruiūt, cum altari participantur. Itaq; dominus ordinauit ijs qui euangelium annūntiant, de euangelio uiuere. Item: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus: ¶ Pascunt ergo illam diebus mille ducentis sexaginta, id est, quām dñs peregrinando in hoc seculo persecutiones tolerat. Nam quia tanto tēpore agitanda est persecutio summa dracōe isto, in illo perditionis filio scilicet Antichristo, totas effundente inimicitias, recte tot diebus uniuersa persecutionū omnium tempora subintelligimus, de quo uidelicet tempore siue dierū numero iam loco alio plenius tractatū est. Sequitur: Et factum est prælium magnum in cœlis: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. Et draco pugnat & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cœlo. ¶ Magnum & mirabile in conspectu animæ Iohannis talium imaginū spectaculum, mirabilis sensus siue animi habitus, quem concipere poterat spectando talia uel tanta tamq; horrida signa mirabiliū secretorum. Vix summam admirationis formiare uel meditando nobismet ipsi imaginare possumus, uidelicet admirabili eum horrore illud pensasse. ¶ Quām inuitus draco ille diabolus de templis & aris uel simulacris gentium pelleretur: quod fieri cœperum est, ubi raptus est filius ille ad deum & ad thronum eius, Dixit enim mox ascensurus: Euntes in mundum uniuersum prædicate euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod idem erat ac si diceret: Euntes fortē illum armatum à me iam uictum de atrio suo propellite, draconem illum diaboli à me fune ligatum, imd & quasi hamo captum, & in sudibus nares perforatum, circulo in naribus, & armilla in maxilla perforata constricium, de templis & aris extrahite, ut uasa eius trahā ad me sicut prædixi. Quia si exaltatus fuero à terra, omnia

Ille Antiochus maxime impius fuit.

Tertia pars stellarū, id est, filiorū Israël. Gene. 37 Deut. 1 Multi Iudæorū ad idololatriæ cōuersi.

Ut filiū eius deuoraret.

Matth. 2 Michæ 5

Qui relictus erat genēs in uirga ferrea. Psal. 3

Et peperit filiū masculū. Esaiæ 9 Psal. 40

Matth. 2 Act. 10 Psal. 109

Psal. 2 Christianiū solitudine, id est, nihil propriū possidentes. Act. 10 4

1. Cor. 7

Locus ecclesiæ paratus à deo est ipse deus. Psal. 30 Job 7

Psal. 35 Ut ibi pascant illā.

Matth. 18 Luca 10 1. Cor. 9

diebus 1200

Præliū quo draco à templis & aris pulsus est. Marti. ult. Matth. 12 Luca 11

Iohan. 18

traham ad meipsum. Inde terrifici sonitus persecutionum per orbem uniuersum, quarum erat signum hoc praelium imaginarium, praelium magnum. Factum est, inquit, praelium magnum, Vbi in caelo. Per quod significabatur ecclesia, terra longe altior, terrenis hominibus & terra sapientibus longe superior, cuius est in caelis conuersatio. Non enim iam ecclesia, postquam raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius, pugnare dignaretur in terra, quod tam ante licito facere solebat, quando propter terram, propter terram bona, sancti reges & prophetae armis materialibus multa gesserunt praelia. Nunc alius erat causae status, & alius perfectae intentionis affectus, contemnere terram & appetere caelum, cohibere manus & librare linguam eruditam, offerre gladijs carnem & uerbo defendere fidem. Pugnabat itaque in caelo. Quomodo autem draco erat uel pugnabat in caelo? In caelo nimirum erat arbitrato suo, uidebaturque sibi similis altissimo, cum exhiberet ei quasi diuina religio, & a miseris gentibus (quas seduxerat) colebatur pro deo. Itaque & ipse pugnabat quasi in caelo, dum contenderet haberi pro caelesti deo. Propterea nemo fere qui nesciat draconem istum in aere uagari, & permittam usque ad tempus iudicij exercere potestatem, ipsumque aërem usitato in scripturis more caelum dici, ut illic Volucres caeli & pisces maris. In isto caelo, id est, in aere nos quoque usque hodie contra illum pugnam habemus & sanguinem, sed aduersus principatus et potestates et retores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiae in caelestibus. Sunt ergo spiritualia ista nequitiae scilicet draco iste & angeli eius in caelestibus, non ubi sidera disposita essent & sancti angeli commorantur, sed in huius aeris infimi caliginoso habitaculo, ubi & nebula globatur. Et tamen scriptum est quod cooperit caelum nubibus, ubi & aues non uolitant, & tamen dicitur uolatilia caeli. In his ergo caelestibus, non in illa superiore tranquillitate caelestium habitant isti nequissimi spiritus, contra quos nobis colluctatio spiritalis in dicitur, ut de uicis angelis malis, illo praemio perfruamur, quo angelis bonis incorrupta et remota sociemur. Vnde alio loco idem Apostolus, cum significaret tenebrosam diaboli principatum, secundum spiritum, inquit, mundi huius, secundum principem potestatis aeris, qui nunc operatur in filiis in fidelitatis. Quod ait hic, principem potestatis aeris, hoc illic dixit, spiritualia nequitiae in caelestibus. Igitur & iuxta literam sic recte intelligitur, quod praelium imaginarium in isto caelo, id est, aere Iohannes fieri uiderit, in significationem eius praelij, quod de templis & aris imò & de cordibus hominum diabolus iam coeperat ei, cuius uidelicet praelij finis erit, ut mittatur in ignem eternum draco iste cum angelis suis, atque ita fiat quod subiunctum est: Et non ualuerit, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. In caelo, inquam, non tantum quod est spiritalis uel caelestis fidelium hic peregrinantiu conuersatio, sed nec in aere isto in quem detrusus est, detruendus iterum in tartarum illo iudicij die magno & tremendo. Sed iam ipsa uerba ordine persequamur. L. Michael, inquit, & angeli eius praeliantur cum dracone: Et draco pugnabat & angeli eius. Nusquam in tota serie scripturarum ante illum saepedictae mulieris partum Michael archangelus pugnasse cum dracone, eumque uicisse legitur, quia uidelicet nondum draconis eiusdem caput, ut uinci posset ab angelis, conuerterat ille mulieris filius, quod nunc fecit, & faciendo raptus est ad deum & ad thronum eius, unde & illi in psalmo canitur: Tu contribulasti capita draconum in aquis: Tu confregisti capita draconis. Et quidem plura leguntur in scripturis antea facta pro hominibus in signa angelicae fortitudinis. Exempli gratia, ut illic: Factum est igitur in nocte illa uenit angelus domini, & percussit castra Assyriorum centum octoginta quinque milia. Verum hoc & caetera huic familia fieri non erat pugnare angelos bonos aduersus angelos malos pro hominibus impijs ad pietatem conuertendis, sed erat angelos bonos ad impij hominum perditionem malorum angelorum seruituti, restante psalmo cum dicit: Misit in eos iram indignationis suae, indignationem & iram & tribulationem, immisiones per angelos malos. Hic non ita est. Mali angeli non immittuntur ut homines impij occidantur, sed contra malos angelos a bonis angelis praelium committitur, ut homines ab impietatis errore liberentur. Quomodo praelium hoc gestum est aut geritur? Quibus uel qualibus armis acies ille utuntur? Et quidem in illa uisione Iohannis huius armorum materialium quaedam similitudines uideri potuisse non dubitamus, sed angeli siue boni siue mali, cum sint spiritus, corporali siue materiali armatura non induuntur: Attamen draco ille quod natura non habuit arte maligna sibi assumpsit, scilicet omnia omnino genera tormentorum. Primus quem Romae inuasis siue arripuit, Neronis gladius extitit, & in illo pugnauit. Et uero Michael & angeli eius contra praeliantes, nihil de huiusmodi genere armorum habuerunt aut quaerunt, sed ut sunt ministratorum spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, commilitonibus suae partis hominibus Christianis, qui sunt uel erant de semine illius magnae mulieris, signa miraculorum ab Iesu Christo per spiritum sanctum data ministrauerunt, praesentes illis & cooperantes ad curandos infirmos, ad suscitandos mortuos, assistentes praesentibus martyribus in tormentis & aculeis colloquentes illis, & colloquio suo consolantes & refouentes illos, in carceribus & uinculis, religantes etiam angelos draconis, & extrahentes de antiquis templorum simulacris, quae omnia sic esse facta non ignorat quisquis sancto martyrum siue apostolorum gesta legit. Exempli gratia: Vbi agonizanti in aculeo martyri miles adhuc gentilis dicit: Video ante te iuuenem pulcherrimum stantem cum linteo & extergentem membra tua. De qua re adiuoro te per Christum qui te misit angelum suum, ne me derelinquas. Numquid illic tantum ubi uisibiliter apparuerunt sancti angeli praesentibus praesentes fuisse credendi sunt? Imò & ubi uisibiliter non apparuerunt praesentes, semper assuerunt, copatientes patientibus, adhaerentes laborantibus, uulnera dinumerantes, sanguinem profluentem metientes, responsa singulos conscribentes, & inter haec omnia preces gemitusque morientium aureo thuribulo uelut in cenfa multa concremans ante oculos domini dei, & illius qui raptus fuerat ad thronum eius filij uictoriosi, perferebat Michael. Hoc modo cum dracone praeliabat Michael & angeli eius. Caeteris armis materialibus ad defensionem sui pars ista nihil agere moliebat, cum tota inter diu legiones martyrum prosterneretur arma tenentes militaria, quibus ad defensionem reipublicae fideliter sese ac fortiter accinxerunt, quae tam in causa fidei Christianae ulla tenus atretate despiciebant. Vnde uerissime propheta cum dixisset Iugum enim oneris eius & uirgam humeri eius, & sceptrum & exactoris eius superasti, addidit sicut in die Madian, uidelicet quado mirabili genere pugnandi Gedeon cum trecentis uiris Madian superauit. Quomodo? Intra lagenas missae sunt lampades, contra factis uero lagenis ostenduntur lampades, quarum choruscante luce hostes territi in fugam uersi sunt. Designatus est in tubis clamor praedicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum, quorum despecta salute martyres hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios non armis & gladijs, sed patientia superarent. Nimirum huiusmodi praesentibus coplices esse, imò duces & principes Michaelis & angelos eius iure dicebat. Draco & angeli eius materialibus quoque, ut iam dictum est, armis pugnabant, & illius sexti capitis scilicet Romani regni diadema cruentum cae de Christianorum, & abundantia sanguinis in butum, quoties se in pugnam excutiebat, toties orbem terrarum sanguine compluebat. Et non ualuerunt, inquit, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Quid non ualuerunt? Nimirum contra fortioris Michaelis & angelorum eius fortitudinem diutius stare, quin foras eicerentur cum illo suo principe raso dracone, sicut ille filius mulieris praedixerat: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ita nanque foras eiectus est, ut in locis, in quibus fordes eius coputruerant, religio Christiana floreret, in templis in quibus idolum cuiusque turpitudinis steterat, crux Christi splenderet, ut per ora, quae Iouem aduulterae cantare solita fuerat, nomen Christi, & laus sanctae trinitatis cum gloria per sonaret: Hoc est quod ait: Neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Quod idem est ac si diceretur: Neque relictus est illi locus in quo exhiberetur ei caelestis uel diuina religio. Futurum autem est, ut, sicut iam supra dictum est, nec in isto illi uacet comparare caelo aërio. Eoque praesentibus protenditur, donec in profundum inferni, uidentibus cunctis precipitetur, non ultra, saltem ad hoc caelum ascensurus. Vnde adhuc sequitur: Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanus, qui seducit uniuersum orbem, proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Nam proiectus est in terram, id est, perditam grandae stimatatione qua caelum sibi obtinere uidebatur dum coleretur ut deus, amisso electorum populo, in quo caelo suo iam inhabitat deus, eos tantum nunc possidet, qui pertinaciter terram diligendo, ipsi terra sunt, tandemque cum illis & angelis suis mittetur in ignem aeternum. Nimirum quando sic praecipitatur, tunc melius cognoscitur ab eis quorum de cordibus eijciatur, uel quibus uidentibus praecipitatur. Recte ergo nunc tandem nominibus & proprietatibus suis idem draco describitur cum dicitur: Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanus, qui seducit uniuersum orbem. Nam quasi quaereres, quis est ille draco magnus, addidit dicens: serpens antiquus, ac si diceretur: Draco tam magnus ipse est ille serpens, qui in tempore antiquo quando factus est primus homo, serpentem animam in ingressus, per eos eius locutus est, & inde serpens dici meret, quia per serpentem, quae ingressus est, opus iniquitatis & malitiae operatus est, decipiendo plasma dei, in eo quod ait: Comedite & eritis sicut dii. Item quasi quaereres, quod est nomen eius, addidit: qui uocatur diabolus & Satanus. Diabolus deorsum fluens, Satanus aduersarius interpretatur, utrorumque uocabulorum causae nota sunt. Diabolus nanque, id est, deorsum fluens idcirco dicitur, quia de caelo per superbiu cadens deorsum fluxit, perijtque peccator à facie dei, sicut fuit cera à facie ignis. Satanus, id est, aduersarius idcirco dicitur, quia sic quoque de caelo lapsus, deo creatori aduersari non desinit. Adhuc enim tanquam parum fit aut fuerit quod dixit: Similis ero altissimo, altius per tumorem extollitur, testante Apostolo cum de illo perditionis filio in quo iste diabolus erit, ita loquitur: homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus,

Praelium in caelo, id est, in ecclesia.

Quomodo draco in caelo.

Esaiæ 14 Coeli pro acre.

Psal. 8 Ephe. 6

Spiritualia nequitiae in caelestibus.

Ephe. 2

Praelium imaginarium in caelo.

Phillip. 3

Psal. 73 Adiutorium angelorum.

4. Reg. 19 Esaiæ 37

Psal. 77

Arma draconis.

Arma Michael & sociorum eius. Hebr.

praesentes illis & cooperantes ad curandos infirmos, ad suscitandos mortuos, assistentes praesentibus martyribus in tormentis & aculeis colloquentes illis, & colloquio suo consolantes & refouentes illos, in carceribus & uinculis, religantes etiam angelos draconis, & extrahentes de antiquis templorum simulacris, quae omnia sic esse facta non ignorat quisquis sancto martyrum siue apostolorum gesta legit. Exempli gratia: Vbi agonizanti in aculeo martyri miles adhuc gentilis dicit: Video ante te iuuenem pulcherrimum stantem cum linteo & extergentem membra tua. De qua re adiuoro te per Christum qui te misit angelum suum, ne me derelinquas. Numquid illic tantum ubi uisibiliter apparuerunt sancti angeli praesentibus praesentes fuisse credendi sunt? Imò & ubi uisibiliter non apparuerunt praesentes, semper assuerunt, copatientes patientibus, adhaerentes laborantibus, uulnera dinumerantes, sanguinem profluentem metientes, responsa singulos conscribentes, & inter haec omnia preces gemitusque morientium aureo thuribulo uelut in cenfa multa concremans ante oculos domini dei, & illius qui raptus fuerat ad thronum eius filij uictoriosi, perferebat Michael. Hoc modo cum dracone praeliabat Michael & angeli eius. Caeteris armis materialibus ad defensionem sui pars ista nihil agere moliebat, cum tota inter diu legiones martyrum prosterneretur arma tenentes militaria, quibus ad defensionem reipublicae fideliter sese ac fortiter accinxerunt, quae tam in causa fidei Christianae ulla tenus atretate despiciebant. Vnde uerissime propheta cum dixisset Iugum enim oneris eius & uirgam humeri eius, & sceptrum & exactoris eius superasti, addidit sicut in die Madian, uidelicet quado mirabili genere pugnandi Gedeon cum trecentis uiris Madian superauit. Quomodo? Intra lagenas missae sunt lampades, contra factis uero lagenis ostenduntur lampades, quarum choruscante luce hostes territi in fugam uersi sunt. Designatus est in tubis clamor praedicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum, quorum despecta salute martyres hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios non armis & gladijs, sed patientia superarent. Nimirum huiusmodi praesentibus coplices esse, imò duces & principes Michaelis & angelos eius iure dicebat. Draco & angeli eius materialibus quoque, ut iam dictum est, armis pugnabant, & illius sexti capitis scilicet Romani regni diadema cruentum cae de Christianorum, & abundantia sanguinis in butum, quoties se in pugnam excutiebat, toties orbem terrarum sanguine compluebat. Et non ualuerunt, inquit, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Quid non ualuerunt? Nimirum contra fortioris Michaelis & angelorum eius fortitudinem diutius stare, quin foras eicerentur cum illo suo principe raso dracone, sicut ille filius mulieris praedixerat: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ita nanque foras eiectus est, ut in locis, in quibus fordes eius coputruerant, religio Christiana floreret, in templis in quibus idolum cuiusque turpitudinis steterat, crux Christi splenderet, ut per ora, quae Iouem aduulterae cantare solita fuerat, nomen Christi, & laus sanctae trinitatis cum gloria per sonaret: Hoc est quod ait: Neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Quod idem est ac si diceretur: Neque relictus est illi locus in quo exhiberetur ei caelestis uel diuina religio. Futurum autem est, ut, sicut iam supra dictum est, nec in isto illi uacet comparare caelo aërio. Eoque praesentibus protenditur, donec in profundum inferni, uidentibus cunctis precipitetur, non ultra, saltem ad hoc caelum ascensurus. Vnde adhuc sequitur: Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanus, qui seducit uniuersum orbem, proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Nam proiectus est in terram, id est, perditam grandae stimatatione qua caelum sibi obtinere uidebatur dum coleretur ut deus, amisso electorum populo, in quo caelo suo iam inhabitat deus, eos tantum nunc possidet, qui pertinaciter terram diligendo, ipsi terra sunt, tandemque cum illis & angelis suis mittetur in ignem aeternum. Nimirum quando sic praecipitatur, tunc melius cognoscitur ab eis quorum de cordibus eijciatur, uel quibus uidentibus praecipitatur. Recte ergo nunc tandem nominibus & proprietatibus suis idem draco describitur cum dicitur: Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanus, qui seducit uniuersum orbem. Nam quasi quaereres, quis est ille draco magnus, addidit dicens: serpens antiquus, ac si diceretur: Draco tam magnus ipse est ille serpens, qui in tempore antiquo quando factus est primus homo, serpentem animam in ingressus, per eos eius locutus est, & inde serpens dici meret, quia per serpentem, quae ingressus est, opus iniquitatis & malitiae operatus est, decipiendo plasma dei, in eo quod ait: Comedite & eritis sicut dii. Item quasi quaereres, quod est nomen eius, addidit: qui uocatur diabolus & Satanus. Diabolus deorsum fluens, Satanus aduersarius interpretatur, utrorumque uocabulorum causae nota sunt. Diabolus nanque, id est, deorsum fluens idcirco dicitur, quia de caelo per superbiu cadens deorsum fluxit, perijtque peccator à facie dei, sicut fuit cera à facie ignis. Satanus, id est, aduersarius idcirco dicitur, quia sic quoque de caelo lapsus, deo creatori aduersari non desinit. Adhuc enim tanquam parum fit aut fuerit quod dixit: Similis ero altissimo, altius per tumorem extollitur, testante Apostolo cum de illo perditionis filio in quo iste diabolus erit, ita loquitur: homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus,

Assistentia angelorum supplicia martyrum.

Angeli & martyres corporaliu armis non pugnant. Esaiæ 9 Iudic. 7

Iohan. 15 Draco eiectus est foras, scilicet à templis & aris.

Proiectus est in terram.

Serpens antiquus. Genes. 3

Esaiæ 14 Psal. 67 Esaiæ 14 Superbia diaboli. 1. Thess. 4

aut quod colitur. In quo Satanas iste aduersatur? In eo uidelicet quod loquitur mendacium, ut decipiat creaturam, ad faciendū secundum adulterium, ostēdens se tanquam sit deus, atq; ita diabolus ipse pro deo, tāquam adulter pro uiro legitimo suscipiatur. Sequitur ergo: Qui seducit uniuersum orbem. Quo enim uel unde seducit uel abducit orbem uniuersum, nisi à cultu dei debito ad cultum suum in debitum. Hic talis proiectus est in terram, ut uidelicet solus deus suum cœlum, id est, mentes intimas & religionem publicam possideat electorum omnium, ille autē solam possideat terram, id est, perditos hominum uitam omni modo terram, de qualibus ad eum in initio seductionis locutus est deus: Terram comedes cunctis diebus. Terræ eius modi portio præcipua sunt Iudæi, qui quasi æmulando terram crucifixi erunt deum cœli, loquentes cum astutia maligni huius serpentis, quemadmodum in persona eiusdem Christi psalmus dicit: Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. Nempe quasi iustæ iracundia causam pergrandem sibi finerunt, quando uelut pauitantes & tremebundi dixerunt: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & ueniet Romani & tollent nostrum locum & gentem. Itaq; et istos terram suam serpens comedit, completa prophetia cantici Deuteronomij quæ dicit: Dentes bestiarum im mittant in eos cum furore trahentium super terram atq; serpentium. Sequitur: Et audiui uocem magnam de cœlo dicentem: Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni, & propter uerbum testimonij sui, & non dilexerunt animam suam usq; ad mortem. Propterea lætamini cœli & qui habitatis in eis. Vox illa magna quam iste in spiritu audiuit, concentus iste publicus, quo cœlum dei, id est, ecclesia per totum orbem hodie laudat, concinentibus imò præcipientibus angelis gloriam deo in excelsis, secundū prophetiam concessionem psalmi dicentis deo altissimo: Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Et subinde: Benedicite gentes deum nostrum, & audiam facite uocem laudi eius. Vis igitur audire & scire quis fructus quæ ue utilitas, ex eo prouenerit, qd ille draco magnus, id est, serpens antiquus diabolus & Satanas proiectus est in terrā cum angelis suis: Dicunt magna uoce cantores gratiæ dei, laudatores operum Christi filij dei: Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum dei nostri, & potestas Christi eius. Vnde constat ita factum esse: Quia proiectus est, inquit, accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Ergo ne ante quam ille proijceretur in terram non erat salus, & nō erat uirtus? Non erat regnum, non erat potestas dei nostri & Christi eius? Non utiq; salus erat sed perditio, & mors: non erat uirtus, sed in firmitas & corruptio: non erat in hominibus regnum dei nostri, sed regnum peccati & mortis: non erat potestas Christi eius, sed potestas principis tenebrarū: qui in hoc mundo principabatur. Non erant hæc omnia facta, sed futura, uel facienda promittebatur, & paucos in lege ueteri spes ita consolabatur. Quando autem raptus ad deum & ad thronum eius ipsa passione & resurrectione qua rapiebatur, & transibat ex hoc mūdo ad patrem, perditionem & mortem, corporū quoq; mortalium corruptionem destruxit. Tunc facta est salus & uirtus. Salus, id est, remissio peccatorū nostrorum, quæ est resurrectio animarum. Et uirtus, id est, reformatio resurgentium corporū nostrorum. Tunc, inquam, & extunc factum est regnum, imò facti sumus nos regnū dei nostri, & facta est potestas Christi eius in cœlo & in terra, quæ admodum non ante, sed postquam resurrexit ipse astruens, data est, inquit, mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Recte igitur quia proiectus est ille Satanas, ita cantatum est. Quare autem uel unde ille Satanas accusator fratrum dicitur est aut dici debet? Videlicet quia tenebat chirographum decreti aduersum nos, quod nobis contrarium erat, in quo peccatū Adæ scriptum erat, cuius nos recitatione semper accusabat, confidens & iactabundus, quod illo chirographo teste genus humanum iure esse possessio sua. Verum ubi proiectus est, ibi chirographum illud perdidit, quemadmodū Apostolus dicit: Conuiciuificauit nos deus cum Christo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Quo factū irruerūt super eum uidelicet draconem magnum uulneratum, sicut in psalmo canitur: Tu humiliasti uulneratum superbum. Irruerunt, inquam, sancti apostoli & martyres (sicut præfens quoq; prælium testatur) adiuantibus Michaële & angelis eius, magnū concidentes aduersarium, & de uictoria Christi in suo pariter & eius sanguine triumpharunt, hoc est quod nūc cantant res illi celestes dicunt: Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni, & propter uerbum testimonij sui, & non dilexerunt animam suam usq; ad mortem. Qui ipsi uicerunt illum? Nimirum illi qui accusabantur ab accusatore illo, in ipsa accusatione siue accusationis causa, cōstanti certamine, legitima sui defensione illum uicerunt, & obmutescere fecerunt: Et hoc nō propter se, non propter uirtutem iustitiæ siue conditionis propriæ, sed propter sanguinem agni quo

Terram, id est, terrenos seducit & comedit serpens.

Gene. 3 Iudæi sunt terra diaboli.

Psalm. 34 Iohan. 11 Deut. 32

Vox magna de cœlo ecclesiæ canticus est. Luc. 2 Psalm. 65

Quanta bona per mortem Christi per Satanae projectionem.

Roma. 8 aphe. 2 Iohan. 13

Matth. ult. Accusator fratrum.

Delecti in cruce chirographi. Coloss. 2

Psalm. 69

quo redempti sunt, & propter uerbum testimonij sui, id est, propter fidem per quam testimonium reddit illis spiritus quod sint filij dei. Adde quod pro eodem uerbo testimonij sui, propter confessionem fidei suas animas expenderunt uictores siue præliatores isti. Nam hoc est quod nunc dicitur: Et non dilexerunt animam suam usq; ad mortem. Non dilexerunt, id est, odio habuerunt odio perfecto, de quo dominus ipsoz dicit in euangelio: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam quod dicit. Sic non diligendo, imò odendo animam suam, ipsi uicerunt illum. Propterea lætamini cœli & qui habitatis in eis. Vox cœli, uos beatæ patriæ sinus lucidi, propterea lætamini & uos qui habitatis in eis, & fratres nostri, qui prius accusabamini quod terra essetis, & ab illo magno & antiquo serpente comedi iure deberetis, nūc autē in cœlis habitatis, imò & cœli estis, de quibus ille proiectus & foras missus est. Sequitur: Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad uos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Lætamini cœlis & his qui habitant in eis, quasi à dextris reductio occulo, sinistros respicientes, uæ, inquit, terræ & mari. Meminisse namq; debemus quod ante dictum est: Et proiectus est draco ille magnus in terram: scire, terram illam in quam de cœlo proiectus est, impiorum & non credentium esse molem durissimam atq; grauissimam, sola terræ uana quæ reuoluit. Vnde & redarguunt uocē spiritus sancti in psalmo dicentis: Filij hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem & queritis mendacium? Dicuntur etiam mare, propter inquietas quas pauuntur & amant omnium uitioz curarum quæ in utilium amaritudines, imò & fluctus feri maris dicuntur in scripturis, iuxta illud Iudæ apostoli: Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à uentis circūferuntur, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones. Et ut altius cum diuina scripturæ antiquæ autoritate, hanc terram & hoc mare à cœlo illo distinguiamus, de quo proiectus est draco ille terra & mare omnes illi sunt, qui ultra benedictionem quæ data fuerat antequam peccaret Adam, creuerunt & multiplicati sunt, dicēte ad mulierem domino deo: Multiplicabo germen tuas & conceptus tuos. Nam illi cœli sunt quos ante peccatum nasci iussit benedicens illis duobus primis, & dicendo: Crescite & multiplicamini. Et de isto cœlo sic proiectus est, ut omnes secundum propositum uocati sancti, imò præfati & prædestinati, iustificati & magnificati constituantur à dextris, dicaturq; eis secundum propositū, quo in illis primis parentibus fuerant benedicti: Venite benedicti patris mei, possidete præparatū uobis regnum, sintq; ipsi patentes cœlum siue regnum cœlorū. Væ igitur, inquit, terræ & mari, uidelicet omnibus qui cœlum non merentur esse uel dici. Quare? Quia descendit diabolus ad uos habens iram magnam. Apostropham fecit ad illam terrā & illud mare, quasi requisissent dicentes: Quare uel unde nobis uæ? Diabolus, inquit, descendit ad uos, subauditur de cœlo proiectus. Sed nunquid antequam de illo cœlo, de illis qui nunc dicuntur cœlum siue regnum cœlorū, proijceretur, terram illam & mare illud nō possidebat? Imò & securior possidebat, & multo magis hæc illi possident in pace erāt, pace sua, pace maligna. Quomodo ergo ad hæc descendit? Nimirum maiorem ebullēdo iram in illis: Nam hoc est quod addidit, habēs iram magnam. Perfecto & antea cum ira possidebat terram illam & mare illud, quia uidelicet quæ si naturale semper habuit odium aduersum humanū genus. Cur ergo nunc dicit, habēs iram, addens etiā, magnam nisi quia extunc nequiores fecit eos qui terra & mare dicuntur. Nam exempli gratia, de Iudæis utiq; terrenis, id est, terrā diligentibus, ita dñs mystice loquit: Cum immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida & iniqua, quærēs requiē & nō inueniens, dicit: Reuertar in domū meam un de exiui. Et cum uenerit, inuenit scopis mundantibus: tūc uadit & assumit septē alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hęc namq; dicēdo uehementi inuectione proloquitur, quod postq; draco ille de cœlo proiectus est in illam terrā, multiplicata iniquitate descendit, id est, postq; Christo passo princeps huius mundi foras missus est, maiore cum nequitia Iudæos possidet q̄ possederit olim in terra Aegypti, à quibus, tūc exiuit dum susciperent cultū unius ueri dei. Porro de gentibus, quæ per mare hic, ut alibi iam dictum est, recte significantur, de gentibus, inquam, quæcunq; non receperunt euangeliū Christi similiter constat quod nequius eos nunc possidet q̄ antea possidebat, cum Christus nondū illis annuntiatu fuisset, quod nūc factum est. Vnde Apostolus: Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnē terram exiuit sonus eoz, & in fines orbis terræ uerba eoz. Et de illis quicunq; adhuc gētes sunt, quicunq; post illum auditū gentiliter uiuūt, quid scriptura dicit, unde colligere possumus, quod ad illos licet iam possessos diabolus de cœlo descenderit: Cum dixisset Psalmista: Exurge domine non confortetur homo, continuo subiunxit, iudicentur gentes in conspectu tuo. Et addidit adhuc: Constitue domine legislatores super eos, sciant gentes quoniam homines sunt, subauditur & non dñi, ut quidem ipsorum principes haberi uolunt aut uoluerunt. Quem legislatorem super eos constitui concedit nisi diabolus latorem legis suæ non dei, nō legis iustitiæ, sed peccati: Descendit ergo ad uos & mare diabolus qui uos antea legnis

Non dilexerunt animam suā usq; ad mortem. Iohan. 12

Impij dicitur terra.

Psalm. 4 Dicuntur & mare. Iudæi

Gene. 3 Cœli sunt, qui sunt prædestinati. Gene. 1 Roma. 8 Matth. 25

Iudæi, terra, Matth. 12

Iohan. 12

Gentiles, mare.

Roma. 10 Psalm. 10

Psalm. 9 Legi. lator gentium, diabolus.

In quo nunc maior est ira diaboli infideles prius fuit. Iohan. 15

Applicatio huius textus ad heresim Arrij.

Arrius ab ecclesia in synagoga fideles adducit.

Misit ex ore suo aquam tanquam flumen

Cant. 4 Iohan. 7

Nicenum concilium.

gnus possidebat. Qualis ad uos descendit? Habens, inquit, iram magnam. In quo iram eius quam nunc habet sic descendens, sic profectus, discernere possumus, quod uere magna sit comparatione eius iram quam prius habuit? In eo uidelicet quod prius uos faciebat errare per ignorantiam, nunc autem facit uos blasphemare per inuidiam. Hec est ira magna, inuidia maligna uobis inspirata. Nunc enim, quia Christi euangelium audistis, exultationem de peccato uestro non habetis: & claret quia non ignorantes, id est, irati, sed inuidentes estis. Tales uos ille multiplicatis secundum spiritibus nunc agit, sciens quia modicum tempus habet. Scit enim quia dies iudicii prope est, ultra quod sibi mulierem illam persequi non uacet. Sequitur: Et postquam uidit draco quod profectus est in terram, persecutus est mulierem que peperit mascululum. Et datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae, ut uolaret in desertum in locum suum, ubi aliter per tempus & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. Hoc illud est propter quod exclamauerat dicens: Vae terrae & mari, & caetera. Haec illa est ira magna proieci in terram draconis, qui uocatur diabolus & Satanas, quam uidelicet iram mirabiliter haec uisio mirabilis insinuat in eo quod dictum est: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. Reuocemus ad memoriam de gestis ecclesiasticis, quomodo postquam draco ille profectus est in terram, postquam proficiente Christiana fide, desertis ac destructis idolis, amissis usurpatam quasi diuinam culturam gloriam. Iam Romani fastigio imperij filium adorante mulieris huius, qui raptus est ad deum & ad thronum eius, Christiano imperatore Constantino in nomine Christiano in blasphemiam Christi filij dei procaciter nimis erupit, loquacitate intolerabilis & cognoscemus quam uere, quam congrue secundum rei gerendae proprietatem istud in uisione demonstratum & taliter dictum aut scriptum sit. Quid enim uerius quam quod nunc ait, quia postquam uidit draco, quod profectus est in terram, persecutus est mulierem, mittens post illam ex ore suo aquam tanquam flumen? Vidit enim diabolus non posse ulterius ueterem idololatriam, summis principibus inclinatis ad suscipiendam Christiani nominis professionem, totamque conuertit suam malignitatis abundantiam ad scripturarum ueritatem corrumpendam, atque hoc modo cepit persequi mulierem quae peperit mascululum. Vide quid dicat, quia non ait, persecutus est mascululum filium, sed persecutus est, inquit, mulierem quae peperit mascululum. Non enim per os Arrij, caeterorumque eiusmodi haereticorum doctrinam profundens impiam, hoc aperte exigebat a quolibet, ut negaret Christum siue nomen Christianum, sed ut Christum quisque confitens, aliam, quam apostolica ueritas tradiderat, reciperet confessionis aut fidei regulam, hoc intendens, imo contendens, persequeretur mulierem illam, ut de Christi ecclesia suam Satanam faceret synagogam, Nimia loquacitate & clamorosa hoc agens contentione, mittebat ex ore suo serpens ille aquam tanquam flumen. Nota quod non dixit, misit ex ore suo flumen, sed misit aquam tanquam flumen. Aqua denique quam serpens ille de ore suo mittit, misit aquam tanquam flumen, sed uere flumen esse non potest. Nam flumen uerum, flumen aquae uiuae, sancta scriptura, ueraciter catholica doctrina est, quam ecclesia quae est mulier ista, mittere consuevit de fonte ueritatis, quam habens in semetipsa hortus est domini, sicut dicitur in Canticis: Hortus conclusus foror mea spona hortus conclusus, fons signatus. Item in euangelio: Qui in me crederit, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Serpens autem de ore suo, quod erat Arrius, aquas mortuas, aquas putidas doctrinae nequam emittebat: sed quia de scripturis eiusdem disputabat, testimonio sibi usurpabat, quas recipit & habet mulier ista, aquam suam flumen aquae uiuae, flumen sanguinis doctrinae uideri uolebat. Ut quid hoc? Ut eam, inquit, trahi faceret a flumine. Nimirum a fide in perfidiam, a ueritate in mendacium, a luce in tenebras, a uita in mortem, ab altitudine in profundum, a caelo in infernum. Sic enim & tam in diuersa immoderata trahuntur, quicunque profluentem ex ore blasphemantium haereticorum loquacitate mirantes sequuntur. Et audiuit terra mulierem, & aperuit os suum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo. Tunc utique quando illud famosissimum in Nicea concilium seruot Christiani principis Constantini excitauit, publicis alinis atque multis, & curracibus equis, episcopos qui cum eis erant ad synodum uenire praecipiens, tunc, inquam, adiuuit terra mulierem, quia de tota pene terra, de toto orbe terrarum conuenientes uiri illustres, ex omnibus gentibus uiri religiosi, uiri famosi, disputare scientes, omni elocutionis arte exercitati, ad defendendam catholicam ueritatem ecclesiam confederunt, inter quos eminentissimi erant magnus Eustachius Antiochenae ecclesiae praefatus, & Eusebius cognomine Pamphili alijque quam plures, quorum meritis & uiui curati & mortui ferebantur sulcitati, inter quos erant etiam nonnulli ferro ignito superioribus persecutionibus ambo, siue dextros oculos effossi, aut certe dexteras suas abscissi. Vnus horum erat Paphnutius Aegyptius. Illic nimirum uidebatur populus athletarum & martyrum Christi in uno loco congregatorum. Aderant simul Syri, Cilices, Phoenices Ara-

nices, Arabes, Palaestini, Aegyptij, Thebaei, Libyes, Mesopotamij, Persae, Scythae, Pontici, Asiani, Phryges, Thracae, Macedones, Achiui & Epirotae. Cunctarum omnino ecclesiarumque totam Europam Libyamque & Asiam replebant, simul erant ministrorum dei congesta caecumina, unaque orationis domus, tanquam a deo dilatata intrinsecus ferebat omnes in idem. Illic terra, id est, conuentus congregatus de uniuersa terra, aperuit os suum scilicet ad loquendum, ad disputandum, & ad proferenda testimonia scripturarum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo, id est, ad nihil lauit atque damnauit sanctam doctrinam nequam, quae coepta fuerat spiritu diabolico. Illic namque Arrij dogma destructum est. Nihilominus & tunc quando Constantinopolitanum, quo Eunomij & Macedonij error conuincitur. Et tunc quoad E phesinum, in quo Nestorij impietas iudicatur. Et tunc quando Chalcedonense, in quo Eutychis Dioscorij prauitas probatur, celebratum est concilium, terra aperuit os suum, & absorbit eiusmodi flumen, euadente muliere, & duabus aliis uolante, sicut hic praedictum est. Quia datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae, ut uolaret in desertum in locum suum, ubi aliter per tempus & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis. Magna namque aquila, sicut alio iam loco superius diximus, sancta est scriptura, & huius duae alae duo sunt testamenta, quae huic mulieri data, id est, intelligibilia sunt facta, ut habeat quo subleuet in caelum cor suum, & non incidat flumen quod fluit per terram, flumen diabolicum, flumen hereticum loquacitatis laqueosum & sophisticis retibus plenum. Quis enim modicum habens alas in desertum uolat in locum suum, id est, sanctum seclat ut otium, ut uacet illi meditationi inseruire scripturarum, iuxta illud Sapientis: Scribe sapientiam in tempore otij, & qui minoratur actu, percipiet eam. Qui minoratur actu, id est, qui corporali exercitatione minus exercetur, quemadmodum Iacob, qui simplex domi habitabat, non tantum agens quantum Esau, qui utpote uenator corporaliter exercebatur. Iccirco namque Iacob sapientiam percipit, illi autem exercitatio qua exercebatur ad modicum profecit. Proinde Apostolus strenuum in struis discipulum, exerce autem, inquit, te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est & futurae. Illic ergo mulier haec euolans in illud desertum, in illum talem locum suum, & sanctum otium, ad pietatis exercitium, aliter, inquit, subauditur contemplatione ueritatis, & lectionibus sacris, imo & corporalibus, ut iam alibi dictum est, ex munificencia filiorum suorum stipendij. Aliter, inquam, a facie serpentis, id est, ita ut non timeat serpentem: Per tempus & tempora, & dimidium temporis. Id est, tribus annis & dimidio, quanto tempore Antichristus persecutione sua mundum uexabit, atque iccirco recte per hunc terminum omne intelligitur tempus, quo persecutionem patitur ecclesia, pro eo quod in Christo pie uiuit. Absorptum est itaque flumen siue phantasma fluminis serpentini, quando concilium sanctum, concilium Nicenum nefarium Arrij dogma damnauit. Sed uide quid sequitur: Et iratus est draco in muliere, & adiecit facere primum cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandatum dei, & habent testimonium Iesu. Iratus est draco in muliere, quia uidelicet iam extincto Arrio, rursus per quendam presbyterum dogma illius pullulauit. Hinc rursus priuatum & publicas disputationes, disceptationes, iniurias, inimicitias & plurima quae de talibus saepius solent euenire. Nec longa mora interfuit, & de imperatoris Constantij leuitate praesertim haeretici, bellum commouerunt Christianis, nec minora fecerunt quae fecerant dudum persequentes tyranni gentiles & sacrilegi. Ait ergo de dracone mulierem persequente: Et adiecit facere primum cum reliquis de semine eius. Videlicet quia parum proficiebat solo flumine, quod miserat de ore suo: Quia trahere non poterat mulierem illo doctrinae suae profluuium, bellum exterius adiecit, gladium lingue suae uis haeretica crudeliter addidit. Et primum quidem catholici suis expellebantur ecclesijs, deinde de tormetis etiam communicare cogebatur haereticis, ita ut plurimum plagarum immanitate deficeret. Alij substitutis, alij humana ciuilitate priuabatur, alij in fratribus characteres ponebantur, ut essent huiusmodi signo notati. Haec agebantur per uniuersas urbes Orientis, praecipue tamen in regia urbe Constantinopoli. Accesserat namque tandem in auxilium diaboli Valens imperator, alioquin seductus haereticae coniugis, quae primitus Arrianae fallaciae captiuius irretita, uirum quosque cor uere secum in blasphemiam foueam peruasit autore seductionis Eudoxio, qui tunc temporis Constantinopolitanam gubernacula tenens ecclesiam, nauim suam mergebat, non regebat. Hac fiducia freti Arriani amplius effrenati, uexabant uehementer orthodoxos, caedentes, contumelios agentes, carceribus recludentes, damnificantes sepe pecunijs, & omnia contra eos facientes importabiliter. Sed cur parua de magnis loquor? Denique quantum crudelia haeretici in catholicos commiserunt, cum sparsim immoderatae prolixae ecclesiasticis contineantur historijs. Pro documento breuiore uel sola sufficiunt literae mirabilis Petri Alexandrini, in quibus ille tragedias illorum temporum deplorans, haec inter caetera dicit: Lucius quasi successor mihi expulso directus, lupi nequitiam & actus habere festinas, magnus impietatis diabolicae socius inuisus, armiger amarissimus & minister eius, collecta multitudine populorum, presbyteros atque diaconos decem & nouem numero comprehendens,

Illic abso- buit terra draco is flum- men.

Aquila illa, sacra scri- ptura est.

Sapientia in otio & soli- tudine. ecci. 38 Gen. 25

1. Timot. 4

Tempora persecutio- nis ecclesie

Abijt. Ira draconis in muliere per Constantium Augustum.

Valens imperator Arrianus.

Epistola Petri Alexandrini de illa persecutione.

hendens, quorum quidam octogefimum trāscenderant annum, tanquam captos in quodam scelere, & Romanorū inimicos legibus coartabat. Hæc etiam principem Valentem grata habere pronuntians sic dicitur, inquit, miserimi, & Arrianorū concordate dogmatibus, flectimini, ignoscet enim vobis diuinitas. Et post aliqua: Omnia inhumanitas iudicatis magisq; preiudicantis, qui enim propter pietatem decertati sunt, nec homicidii comparari possunt. Quorum utiq; corpora insepulta relicta sunt, & pie laborantes ecclesie bestiarum uolatiliumq; proieci sunt. Quæ lex Romanorū, quæ Barbarorū sententia, quoslibet patribus cōdolentes puniunt: Quando quispiam ueterum huiusmodi gessit iniquitatem: His atq; huiusmodi crudelibus gestis perspicuum est, quādo uel quomodo draco ille cum flumine loquacitatis male dogmatizantis quod emisit de ore suo, bellum quoq; facere adiecit cum reliquis de semine mulieris, qui super fuerant funestis persecutorū gentilium gladijs. ¶ Sed isti reliqui quales erant uel quomodo possent uinci: Ait enim ille. Qui custodiunt mādata dei, & habent testimonium Iesu. Idem enim est ac si dicat: Qui uigilantes sunt in bonis operibus, & sancto cōfirmati spiritu. Ipse namq; spiritus testimonium est Iesu, reddēdo, ut Apostolus ait, testimonium spiritui nostro quod sumus filij dei. Isti ergo tam flumine quā bello persecutionis circumuenti, dicebant fortes, dicebant insuperabiles cuiuscunque Ariarū impietatis defensoris. Quiesce, iam quiesce his nos terrere sermonibus, cessa uerba uana proferre. Nos neq; nouum neq; recētem colimus deum. Et licet inaniter furias teq; cōcutias sicut uehementis uentus, in dogmatibus pietatis usque ad mortem confisistimus, non impotentem, non insipientem, non sine ueritate aliquando fatentes deum, non aliquando quidem existentem, sicut impietas Arrii temporalem prædicat filium, & his similia.

Bellum draconis cui reliquis de semine mulieris. Roma. 3

LIBRI SEPTIMI FINIS.

RVPERTI ABBA

TIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO. RVM LIBER VIII.

CAP. XIII.



STETI SVPER ARENAM MARIS, ET VIDI de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiarū. Quæ huc usq; uisa uel scripta tractauimus de dracone magno & rufo tot capitum, tam multorū cornuum, qui deuorare intendat illius beatæ mulieris filium masculi, & illo rapto ad deum & ad thronum eius, tam grande commisit prælium, cum his qui habent testimonium eius, hæc tamen & ante nostram ætatem rebus adimpleta esse luce clarius est. ¶ Adhuc una tribulatio in nouissimo futura est, quæ te

Maxima tribulatio sub Antichristo erit. 3. Thess. 2

Matth. 24

Infida statio super arenam maris Matth. 7

re complebuntur, dura & omnium pessima tribulationum, quando, ut Apostolus ait, reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus, cuius est aduentus secundū operationem Satanæ, in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacis, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quod charitatem ueritatis non receperunt salui fierent. Ideo, inquit, mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Illa, inquam, una tribulatio nunc superest, quæ quod uere magna futura sit, dominus ipse grauissime testatus est, ita ut diceret: Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit deus usq; nunc, neq; fient. Item: Surgent, inquit, pseudochristi & pseudopropheta, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest etiam, electi. ¶ De illo homine peccati filio perditionis, de extollentia & aduersatione eius, de uirtute & signis atq; prodigijs eius mendacibus, de tribulatione magna qua electos tribulabit, ut decipere possit, nūc uisio hæc cœlestis agere incipit, dum hic spectator mirabilem dicit: Et steti super arenam maris. ¶ Dignum spectaculo est quod dicitur Steti super arenam maris. Nam super arenam non fida statio, sed ruina siue propinquitas ruine spectari solet. Exempli gratia, ut in euangelio: Et omnis qui audit uerba mea hæc & non facit ea, similis est uiro stulto, qui ædificat domum suam super arenam, Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uent,

uenti & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Cum ergo super arenam ruina contingere solet, hic autē se super arenam stetit dicit, quid per hoc innuit nisi temporis illius difficultas, & tribulationis nimietas, quæ tanta erit, ut quemadmodum dicitur nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, quando & talia totq; fient prodigia mēdaci, ut in errorem inducatur, si fieri potest, etiam electi: Steti igitur, inquit, super arenam maris, dubium & periculosum ualde significans tunc temporis statum, quādo electi & stantes uacillabunt, & uacillantes stabunt, quia cum ipsa tribulatione signa uidentes, etiam ipsi qui dem mirabuntur, sed fieri nō poterit ut in errorem inducatur. Itaq; stans super arenam maris: Vidi, ait, de mari bestiam ascendentem. ¶ De quo mari: De illo nimirū cui uæ, cui ira & sempiternus ardor gehennæ, quia diabolus, uidelicet, bestia, quæ nūc ascendere dicitur, ad illud descendit, sicut supra dictum est, ubi draco ille de cœlo proiectus fuerat: Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnā. ¶ Ille draco, ille diabolus nunc alio quidē sed uicino nomine bestia dicitur, nō ab re, sed pro noue rei magnitudine, quia, uidelicet, qui prius erat diabolus & draco dicebatur, in homine erit, & homine armabitur, qui & homo peccati, homo, ut paulo ante meminimus, erit filius perditionis. Iccirco pulchre appellatio quoq; mutata est, ut bestia dicitur: erit enim homo ille secundū operationem eiusdē Satanæ deo & omni creaturæ infestus, secundū proprietatem siue etymologiā appellationis: quia bestia quasi bestia dicitur, per antiphrasin, eo q; infesta sit. ¶ De mari, id est, de seculo presenti nequam, de fluxu generis humani nascēdo bestia talis ascendit, de multitudine impiorū, de uicinia populosa rate malignantiū. Tradunt nōnulli, q; ille locus maris, unde nasci debeat, Babylonia sit. Nam sicut, inquit, dñs & redemptor noster Bethleem sibi præuidit ubi pro nobis humanitatē assumere dignaretur, sic diabolus illi homini, perditio, qui Antichristus dicitur, locū nouit aptū, in quo radix omnium malorū oriri debeat, scilicet, ciuitatē Babyloniæ. ¶ Verum quoniam hoc certam autoritatē de scripturis nō habet autenticis, unde cunq; ascendat, ubicunq; nascatur, sciēdum quoniam in ipso cōceptionis eius initio diabolus simul introibit in uterum matris eius, & ex uirtute diaboli confouebitur, & conturabitur in uentre matris eius, & uirtus diaboli semper cum illo erit. Et sicut in matre dñi nostri spiritus sanctus uenit, & eam sua uirtute obumbravit & diuinitate repleuit, ut de spiritu sancto conciperet, & quod nasceretur diuinitas esset, ita quoq; diabolus in matre Antichristi descendit, & totam eam replebit, totam circumdabit, totam tenebit, totam interiori & exteriori possidebit, ut diabolo cooperante per hominē concipiat, & quod natum fuerit totum sit iniquum, totum malum. ¶ Vnde & ille talis, taliter conceptus, homo peccati recte dicitur, & est propria appellatio eius. Nullus enim usquam in omnibus scripturis tali appellatione censetur. Serui quidem peccati dicitur & dici possunt omnes qui faciūt peccatū, quemadmodum dñs dicit: Omnis qui facit peccatū, seruus est peccati: Sed hic singularis peccator, ut aliqui d plus q; peccati seruitus in illo esse significetur, homo peccati recte dici debuit: quia, uidelicet, quemadmodū Christus, qui, ut ait Apostolus, factus est non his iustitia, homo inustus & deus iustitiæ dicitur, sic eōtra ille Christo cōtrarius, homo peccator, & homo peccati recte nuncupatur. ¶ Notandū deinde q; non dixit: Vidi de mari bestiam illam progredientē, sed uidi, inquit, ascendentē: Quid enim est illam uideri uel dici ascendentē? Aut quo ascendere siue ascensurā esse putamus bestiam talem? Nunquid in cœlum unde cecidit, iuxta ueritatem dicentē: Videbam Satanā sicut fulgur de cœlo cadentē? Non utiq; qui cecidit ille ascendit, sed qui descendit ipse solus ascendit, de quo & Apostolus dicit: Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit, primū in inferiores partes terræ: Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Quo ergo ascendit iste, qui non descendit, sed cecidit? Nusq; ascendit, sed in semetipso magis ac magis tumuit: Omnino sic intelligi oportet: Vidi bestiam ascendentē, ac si diceretur: Vidi bestiam in semetipsa se extollentē. Totus namq; ascensus eius, tanta extollentia est, quantā Apostolus per hæc uerba in timare intendit: Et extollitur super omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanq; sit deus. Melius igitur atq; uehementius dictū est, ut dicit debuit: Vidi bestiam ascendentē, q; si diceretur: Vidi bestiam de mari exeuntem: quia sic & per nomen bestie stultitiæ ferocitatis eius, & per uerbū ascendētis, nimio tumori eiusdem cōpetenter exprobratur. ¶ Habētem, inquit, capita septē, & cornua decē. ¶ Hoc & de dracone illo magno & rufo si pra dixit, q; haberet capita septē & cornua decē. Nimirū quia & bestia hæc & draco ille unus idemq; diabolus est, cū corpore suo, id est, cū uniuerso impiorū populo. Nam sicut illic iam dictum est, capita septē, regna sunt septē, quorū persecutiones bene ex scripturis cognitæ: eo ten debant, ut in mūdō extinguerent sanctū uerē diuinitatis nomē. ¶ Et quidē hæc tunc sparm atq; successum capita illa frenduerūt, unumquodq; uice sua cōtra deum faciēs bellum. Primo regnum Aegyptiorū filijs Israël illudentiū Pharaone dicente: Vacatis orio, & iccirco dicitis, eamus & sacrificemus dño. Secūdo regnum carnalis Israël, Iezabel et posteris eius prophetas dñi occidentibus. Tertio regnū Babyloniōrū, Nabuchodonozor cōpellente captiuatū dei populum.

Matth. 24

Supra 12 Antichristus cur bestia dicitur.

De mari ascendens.

Matth. 2 Michæ 2 Cōceptio Antichristi.

Lucæ 1

Cur dicitur homo peccati.

Roma 6 Iohan. 3. 2. Thess. 1 Cor. 1 cur ait ascēdentem.

Lucæ 16 Iohan. 8 Ephe. 4

2. Thess. 2

Septē capita, sicut septē regna contra deū & dei populum.

Exodi 19
Daniel 1
Hester 3
1 Macha 1
2 Macha 5
Matth 24
Persecutio
sub Anti-
christo.

Cur bestia
decē diade-
mata tribu-
untur, dra-
coni uero
soli septē.
Supra 12
Responso.

Noia bla-
phemie, id
est, diuini-
tatis usur-
pata.

Exodi 5
Pharao,
Ezech 31

Iezabel
9 Reg 16

1 Reg 19
Nabucho-
donosor.
Daniel 3
Iudith 3

Aman,
Hester 3
Hester 13

3 Reg 1

Antiochus
Epiphancs
1 Macha 1
Daniel 1

pulum aureā quam fecerit statuā adorare. Quarto regnū Persarū atq; Medorū, nolite Aman ludæorū genus uniuersum perimere. Quinto regnum Græcorū Antiocho Epiphane crudelia nimis & impia gerente, ut in libro Machabæorū legimus. Sexto regnū Romanorū, Nerone & postea eius Christianos persecuentibus. Septimū quod futurū est regnum Antichristi, eodem filio perditionis tantā persecutionem agere, quā ab initio creaturæ nō fuit nec erit. Ita, inquam, hæc tenus sparsim atq; successim singula debacchata sunt capita draconis. ¶ Cum autem tunc uenerit quod nūc tractamus, quum bestia hæc de mari ascēderit, habens capita septem, cuncta simul capita rictibus proprijs habuit atq; stendit super Christianos dentibus suis, se eundū intentionē septimi & maximi capitis quod Antichristus erit. Nam ille per uniuersum orbem nuntios mittet, & prædicatores suos. Prædicatio autē eius & potestas pertinet ad mari usq; ad mare, ab Oriente usq; ad Occidentem, ab Aquilone usq; ad Septentrionem. Reges & principes primo ad se conuertet, ac deinde per illos persecutionē sub omni cælo excitabit super omnes populos Christi confitentis. ¶ Proinde notandū quod cum dixisset, habentē capita septem & cornua decem, ad didit & super cornua eius decem diademata. Hoc loco quot cornua totidē scribuntur diademata. Non ita autē supra, sed decem quidē scripta sunt draconis illius cornua, septem uero diademata. ¶ Meminisse ergo debemus regnoꝝ eorūdem quæ iam numerauimus, quia cum regna fuerint septem, reges illoꝝ fuere decem, quoniā regnum Græcorū, quod unum erat mortuo Alexandro Magno in quatuor eius successores diuisum est, Ptolemum Lagi filium, Philippū cognomento Arideum, Seleucū qui & Nicanor, & Antigonum. In partem Seleuci (sicut illo iam loco diximus ubi de dracone & capitibus atq; cornibus eius tractauimus) Syria cum Iudæis cessit, & huius tantū posteri, quos deterrimus ille Antiochus Epiphane extitit, impugnauerunt nomen dñi, sicut habemus ex memorabilibus Machabæorū gestis. Quapropter quoniā septem regnoꝝ decem quidē reges fuerunt, sed tres diuisiones regni, Græcorū reges cōtra dei cultum nihil egerunt, bene illis decem quidē cornua, septem capitū draconis, sed septem tantū diademata numerata sunt. At uero cum uenerit ille filius perditionis, nō ita erit. Nullum quippe regnum, nulla pars cuiusq; regni à persecutione in Christianos uacabit. Bene igitur quot cornua tot diademata, quia, uidelicet, quot erūt reges, tot erūt huiusce impietatis ministeria. ¶ Et super capita eius nomina blasphemiarū. ¶ Noia blasphemiarū, id est, nomina diuinitatis usurpata uel affectata similitudinis diuinæ. Et quidem de primo istorū capitum, id est, de regno Aegyptiorū certum est quia blasphemauit, non tantū in eo qd cōtra deum stetit, filios Israël premēdo ut nullā haberent recordationē nominis dñi, uerum etiā in eo qd ipsam affectauit similitudinē dei. Vnde & typū tenet diaboli, diciturq; propheta in ore dñi: Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua? Et post aliqua: Cui assimilatus es in inclyte atq; sublimis inter ligna uoluptatis? Ecce deducis es cum lignis uoluptatis ad terrā ultimam, in medio incircuncisorū dormies, cum his qui inter te stant gladio. Ipse est Pharaō & omnis multitudo eius, dicit dñs deus. ¶ De regno Israelitarū certū est quia Iezabel blasphemauit, non tantummodo cogens Baal pro deo colī, uerum etiā peruertendo iurationē nominis dñi tunc temporis usitatam, ut quia solitum erat sic iurari: Hęc mihi faciat deus, & hæc addat, ipsa sic iuraret, exempli gratia, cōtra Heliam: Hęc mihi faciant dñs & hæc addant, nisi cras hac hora posuero animā tuam, sicut animā unius ex illis, subauditur prophetis Baal quos occidisti. De regno Babylonicorū notum est quia magnifice gloriatū est, maxime quando statuā erexit auream, cōpellens ut adoraret eam, blasphemauit & dixit: Et quis est deus qui eripiat uos de manu mea? Itemq; in libro Iudith scriptū est: Præceperat enim Holoferni Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terrę exterminaret, uel dicitur, ut ipse solus diceretur deus, ab his nationibus quæ potuissent eius potentie subiugari. ¶ De regno Persarū atq; Medorū item nouimus, quia superbia nomē illi Aman superbissimum inscripsit, quia comperto qd Mardocheus nō se adoraret, ualde iratus est. Mardocheus autē orans hæc ad deum inter cætera dicit: Libenter pro salute Israël etiā uestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui, ne honorem dei mei trāferrem ad hominē, & ne quem adorare excepto deo meo. ¶ Quod cum dicit satis exprimit, quia superbus ille nō qualemcumq; adorationē, sed illam exigebat sibi, quę soli deo debita est. Nam est adoratio qua saluo honore dei liceat adorare & adorari, quā Mardocheus nō tantopere refugisset, cum & propheta sanctus regem hominē adorauerit, sicut scriptum est: Et nuntiauerunt regi dicentes: Adest Nathan propheta; Cumq; introisset & stetit in conspectu regis, & adorasset pronus in terram, & cætera. ¶ De regno Græcorum ferre nemo qui nesciat quia blasphemauit, & blasphemiarū notam sibi inussit, uidelicet, quando Antiochus hæc dicitus ascendens Hierosolymis multitudinē graui, intrauit in sanctificationem cum superbia, & locutus est superbiam magnam. De cuius superba blasphemia Daniel præuidens: Et magnificatus est, inquit, usque ad fortitudinem cæli, & deiecit de fortitudine & de stellis, & cōculcauit eas, & usq; ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo tulit iuge sacrifi-

sacrificium & cætera. ¶ De regno Romanorū quis nesciat qd blasphemiarū nomen sibi alius inscripserit, dando regibus suis, rapinam diuini nominis. Nam (ut de cæteris taceam, qui post mortui fuerūt inter deos relati sunt) Octavianus Augustus adhuc uiuens & in corpore præfens, deus dicitur est, templum quoq; atq; simulacrum, necnon & sacrificioꝝ ritus sibi met exhibito & fatuus nimumq; stultis adulatūm populorum turbis nimius præfator admittit. ¶ De regno Antichristi quod caput septimū erit, non longius exempla petantur siue testimoia blasphemiarū, quæ caput illud impurum notandū siue coronadum sit. Nam hic postmodum de illo scriptura ista dicit: Et datum est ei os loquens magna & blasphemiam, & aperuit os suum in blasphemias ad deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculū eius. Igitur super capita bestiarū nomina blasphemiarū, quia singula regna regibus suis nomen, quod est deus, ascripserunt, uel ipsi reges ultro præpauerunt, quod nimirū est blasphemare. ¶ Et bestia quam uidi similis erat pardō, & pedes eius sicut urfi, & os eius sicut os leonis. ¶ Pardus in uisione Danielis, ubi quatuor bestiarū grandes ascendebant de mari diuersa inter se, regnum significat Macedonum. Est autem bestia uelocissima quæ præceps fertur ad sanguinem, & saltu in mortem ruit. Comparatur ergo illi regnum Macedonum, regnum Alexandri, cuius uictorij uelocius nihil fuit, quippe qui ab Illyrico & Adriaco mari usq; ad Indicum oceanum & Gangem fluuium, nō tam prælijs uictorij percurrat, & sex annis Europæ partem, & omnē sibi Asiam subiugauit. ¶ Illi regno eiusmodi pardō similis erat, inquit, bestia, quam uidi: uidelicet, secundum malignitatē supradicti Antiochi, qui, ut idem Daniel prædixit, magnificatus est usq; ad fortitudinem cæli, siue usq; ad principē fortitudinis, & ab eo iuge sacrificiū tulit. Deniq; hoc pleriq; doctos uita ad Antichristi referunt, ut quod sub illo Antiocho in typo factum est, sub Antichristo in ueritate dicant esse cōplendum. Igitur similis erat pardō, id est, complebit Antichristus illud quod per Antiochum præfiguratum est de illo. ¶ Et pedes, inquit, eius sicut urfi. ¶ Vrsus in eadem Danielis uisione regnum Persarum atq; Medorū significat, uidelicet propter eundem regni duritiam atq; ferocitatem. Illius urfi pedibus, pedes huius bestiarū comparantur. ¶ Qui porro erunt huius pedes, nisi nequitia eius satellites, pessimarum eius legationum per totum mundum ad effundendum sanguinem portitores? Et qui illius urfi, scilicet, illius regni Persarum atq; Medorum pedes fuerunt, nisi complices Aman Agagitæ, hostis Iudæorum, qui susceptas imō impetratas à rege crudeles epistolas de occidendis Iudæis, sæua mandata continentes, portare festinauerit. Quod ergo dicit, & pedes eius similes urfi, id est, ac si diceret: & ministri eius sicut Aman ad effundendum sanguinem erunt festini. ¶ Et os eius sicut os leonis. ¶ In eadem uisione Danielis non leo, sed quod sciuus est, legna regnum Babylonicum significat, uidelicet, propter sæuitiam eius & crudelitatem, siue propter luxuriam & uitam libidini seruierit. Igitur os eius sicut os leonis, uidelicet, cum superba loquitur atq; crudelia, uelut ille rex Babylonicus cum diceret: Et quis est deus qui eripiat uos de manu mea? ¶ Et nota qd illic in uisione Danielis, prima ponitur legna, deinde alia similis urfo, deinde alia quasi pardus, deinde bestia quarta sine nomine terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis, hic autē ordine reciprocatō regnum Antichristi primum, bestia dicitur nomine generali absq; nomine specialit; deinde in ea similitudo pardī, deinde in pedib; eius similitudo urfi, deinde in ore eius similitudo leonis. Per quod mystice apostasia diabolici spiritus, qui in homine illo totus redū dabit, significatur, quā pertinax sit, mala sua recipiando, seq; in sua uestigia reuoluendo, Sequitur adhuc: Et dedit illi draco uirtutem suam, & potestatem magnam. ¶ Mirabiliter & illuc reducti in eadem uisione Danielis detinemur, ut cum dicit: Dedit illi draco uirtutem suam, hoc esse uideamus contrarium ei quod filio hominis dedit ille antiquus dierum, uirtutem & potestatem suam magnam. ¶ Sicut illic post ascensum bestiarum illarum grandium legnæ, urfi, pardī & quartæ cuius nomen tacuit, continuo sequitur: Et aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Et subinde: Aspiciebam ego in uisione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in cōspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruieni ei. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Hic e contra postquam se tam illam communi siue generali uocabulo bestiam appellauit, eamq; similem pardō, & pedes eius sicut urfi, & os sicut leonis habere dixit, & hoc innuit, quia ille homo peccati usq; ad antiquum draconem peruenit, dicendo: Et dedit illi draco uirtutē suam, & potestatem magnā: ac postmodū repetendo: Et data est ei potestas in omnē tribum, & populū, & linguam, & gentē. Porro quod illic dictū est, potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur, & regnū eius quod nō corrumpetur: Hic in isto cōtrario nulla tenus salte adulteratū, ut cætera sunt inuenimus. Nec em̄ potestas illa quam dedit iste huic filio perditionis, æterna siue incorruptibilis potest esse uel dici. ¶ Quid igitur sibi uult iste uulniferus peccati tyrānus, iste mortis propositor? Quomodo altissimum hic imitatur: Num istud est illud quod olim promittebat sibi dicens in corde suo, similis ero altissimo? ¶ O ueternusum pa-

Octavianus Augustus.

Regnū Alexandri simile pardō propter uelocitatem.

Regnū Antichristi simile regno Antiochi, propter malignitatem.

Daniel 8 Daniel 7

Pedes bestiarū, pessimi eius legati.

Daniel 3 Daniel 7 Duplex ordo in quatuor bestiarū uisione.

Daniel 7

Christū imitabitur Antichristus? Quia contrario modo.

Quid Antichristus. Esaiæ 14

rem mendacii, quomodo in eo quo maxime mendax est, ueracem se esse uult gloriari? Quid enim hac similitudine dissimilius, quid hac imitatione separatius? huc oculos suos mirantes ad tale spectaculum, conuertat omne caelum, cunctus orbis terrarum, uniuersae generationes seculorum. ¶ Altissimus de corde suo ueritatem, uerum & bonum uerbum genuit, ipsumque incarnari uoluit, atque illi homini propter perfectam humilitatis obedientiam, potestatem suam uere magnam in caelo & in terra dedit: hic autem imitator eius, memor quod dixerat, ero similis altissimo, quasi similiter uolens facere, mendacium de corde suo genuit, ipsumque in homine illo quia uertur, totum cogregabit atque fundabit. ¶ Illi quoque omnem potestatem suam dabit, uidelicet, omnia regna mundi: Veruntamen nec illud de suo, sed de rapina dabit. Nam quod in euangelio saluatori tentando ostendens omnia regna mundi & gloriam eorum, dicensque: Hec omnia dabo tibi si cadens adoraueris me, addidit etiam: Haec omnia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa, mittitur: quia non omnino aut uere tradita sunt illi, sed ipse rapuit, cuius, uidelicet, rapinae principium deceptio fuit, qua primum hominem decepit. Denique iuxta ueritatem domini est terra & plenitudo eius, nihilque est omnino quod illius esse debeat, praeter solum rationalem creaturam uitium. Ergo quod dicendo potestatem siue uirtutem, addidit magnam non pro uero, sed pro aetimatione eius dictum intellige. Videamus adhuc quod sequitur. LEt uidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. ¶ Unus idemque homo peccati Antichristus, & paulo ante bestia caput septem, & hic unum de capitibus bestiae dicitur, uidelicet, bestia tot caput, pro corpore suo quod est omnis generatio impiorum, unum autem caput pro sua persona, & pro illius temporis sui quo reuelandus est, principatu, rex omnium superbiae filiorum. ¶ Sane quod hic dicit, caput istud de bestia quasi occisum in mortem, & plagam mortis eius curatam: hoc idem post aliqua reperit, caput ipsum bestiae appellans, cum dicitur faciant imaginem bestiae quae habet plagam gladii, & uixit. Vbi quae so caput istud occisum fuit? Vbi plagam gladii accepit? Quomodo plaga mortis eius curata est? Quomodo uixit? Imo quomodo istud ad nomen spectat Antichristi, id est, Christo contrarii? Vere modo mirabili, modo execrabili. Verus nanque Christus plagas clauorum, & plagam lanceae accepit, & peccato mortuus fuit: nunc autem mors eius curata est, & ipse deo uiuit. ¶ Hic autem o res mira in caelo coram patre & filio & spiritu sancto, iudicio subactis coram omni caelorum curia, beatorumque angelorum sancto senatu, pro superbiae crimine sententiam capitalem accepit, & gladio percussus est aeternae damnationis, atque ita deo mortuus peccato uixit, & adhuc uiuit. Uixit, certe uiuit, quia semetipsum nimis pertinaciter defendit, neque se pro mortuo, sed pro deo uult haberi, imo supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, se extollit. Nunquid ergo uere plaga mortis eius curata est? Non curata est, sed ipse rebellis gladii, rebellis sententiae dei, nihil sibi plagam illam nocuisse contendit. Quid enim? Et antequam in illum ingre diatur diabolus, proprium uas filius perditionis, quamuis in caelo percussus fuerit, templa sibi atque aras atque faceret dotes, & sacrificia quasi deo uiuo conquisiuit: & postquam hominem illum ingressus fuerit, regna mundi obtinebit, & in templo dei sedebit, ostendens se tanquam sit deus. Quomodo iste conceder, uel propriae saltem conscientiae consentiens, quod occisus, quod uulneratus unquam fuerit, aut uulnerari aut occidi unquam debuerit? ¶ O tyranne, tyranne, miramur unde tam fatua duritia, tam dura fatuitas, quomodo uel unde tibi, et tamen in genere nostro multos tibi conformes a te praedictos legimus, uidemus secundum exemplum tuum indurari & infatuari. Nam quisquis in crimine conuictus, iudicio addictus, contra conscientiam propriam facit, consciusque criminis semetipsum defendens, sententiam relidit. Exempli gratia: Potens quisquam adulteri sui homicidii reus atque rebellis dum gladium anathematis quo iuste percussus, uis sua relidit, recte atque uere de isto iudicamus, quia habet plagam gladii & uiuit, id est, quia in conscientia proprio iudicio condemnatus est, & tamen per contumaciam sese defendit tanquam uiuus sit. Sequitur: LEt admirata est uniuersa terra post bestiam, & adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiae, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestiae, & quis poterit pugnare cum ea? ¶ Hic illa generatio maxime culpatur quae talem illum hominem susceptura est, secundum grauem & ueridicam conuestionem illius hominis, qui benedictus uenit in nomine domini, qua dicit: Ego ueni in nomine patris mei, & non susceperunt me: alius ueniet in nomine suo, illum suscipiet. Illi namque terra sunt, & terrena sapiunt, & illa susceptio, qua suscipient illum, admiratio ista est de qua nunc dicit: Et admirata est uniuersa terra post bestiam. In hoc ergo culpantur, in hoc illis exprobratur, quia nisi terra essent, si quid eorum quae sursum sunt saperent, non admirarentur, non magnipederent terrenam eius altitudinem, terrenam potentiam, terrenam gloriam, quam uerus Christus ad eum nihil pendit, ut eo tempore quando primum salutauerit ex Israel a turribus dicentibus: Benedictus qui uenit in nomine domini, a seculo sedere uoluerit, in contemptum omnis terrenae celsitudinis. Amplius autem eos percussit in eo quod subiungitur. LEt adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiae, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestiae

Regna mundi, non uere sed per rapinam sunt in potestate diaboli. Matth. 4. Lucae 22. Psal. 22.

Caput quasi occisum.

Diabolus deo mortuus, uiuit peccato.

a. Thess. 2

Potentes, qui anathema continentur, facite sicut diabolus: quia in morte percussus uiuit.

Reprehensio terreno rum, quod Antichristi recipiunt. Iohan. 15

Matth. 21

bestiae, & quis poterit pugnare cum ea? ¶ Dicitur, & adorauerunt bestiam, praemissis & adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiae. Quare? Videlicet quia ut adorarent bestiam, causa illa praecedens efficit, quod adorauerunt draconem talis bestiae parentem. Et enim quomodo Apostolus dicit, eo quod charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierent, ideo mittet illis operationem erroris ut credant mendacio. Item eodem modo recte dicat: Eo quod adorauerunt draconem, id est, diabolum, iccirco errare permittitur ut adorarent bestiam, id est, Antichristum. ¶ Sed dicitur: Quomodo saltem impij dicantur adorasse diabolum, qui etiam saepe maledicunt diabolum? Ad haec, inquam: Certe (ut de ceteris modo taceam) saltem in eo diabolus adorauerunt, quod mammonae serui erunt. Nam & Apostolus de auaritia dicit, quod simulacrorum seruitus sit. Ergo quia mammonae iam dudum serui fuerant, & mammonae seruiendo adorabant diabolum, quid miraris quod deinde bestiam adorauerunt habentem diuitias, ualentes dare aurum & argentum, utpote cui dedit draco potestatem omnium quae sua sunt? ¶ Itaque admirantes & adorantes dicent: Quis similis bestiae? Ita percontabuntur, sibi respondebunt: Nullus. Dicent adhuc: Et quis poterit pugnare cum ea? Sic fatui fatua loquentes, non recordabuntur quod quondam Pharaon cum curribus & equitibus suis, pugnante deo pro Israele, in maremersus sit, quod canes comederunt Iezabel: quod Nabuchodonozor rex hominibus eiectus est, & per septem tempora scenum comeditur bos: quod Aman in patibulo appensus est: quod Antiochus uiuens intrinsecus comperuit, & sicut Daniel praedixerat sine manu cotritus est: quod Nero minister diaboli ut dedecorose uixit, ita & turpius perijt. Horum non recordabuntur, imo nec si quis commemoret haec, audire patienter. Nam de ipsis maxime uerum erit quod dicit Apostolus: Et ut ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. ¶ Tam stultae admirationis exemplum in illis quoque mirari possumus, de quibus in Actibus Apostolorum scriptum est: Statuto autem die Herodes uesitus ueste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem clamabat, dei uoces, & non hominis. Denique quis similis bestiae, & quis poterit pugnare cum ea, uoces dei sunt & non hominis, id est, uoces quae soli deo liceat appellare & non homini. Exempli gratia, in psalmo iustus dicit: Oia ossa mea dicent, domine quis similis tui? Isti autem dicunt: Quis similis bestiae, id est, quis similis Christo? Nam ex persona Iohannis bestia dicitur, a se ductis autem ille homo Christus dicitur. Item iustus deo dicit: Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Isti autem econtra dicunt de bestia: Et quis poterit pugnare cum ea? Hoc est quod nunc diximus exemplum eius Herodis quoque fuisse, cui uulgus nimis prona adulatione acclamauit, uoces dei & non hominis. Et quantum fuit propter quod illi uidelicet Herodi uoces acclamauerunt eiusmodi? Exiguam sane longaque minus quam futura est magnitudo huius bestiae. ¶ Iosephus in decimonono libro Antiquitatum euidentius commemorat illud uanitatis ridiculum: Cum, inquit, in honorem Caesaris spectacula ciuibus dederet, uotiuo ut uidebatur salutis Caesaris dies: cumque illuc totius provinciae uiri & honore & facultatibus praediti conuenissent, secundo spectaculo die indurus ueste fulgenti ex auro argenteoque mirabiliter intertexta, incipiente die procedit ad theatrum. Vbi cum primos solis radios argentea uestis gremio suscepisset, repercussio splendore duplicatam spectantibus lucem fulgore metalli uibrantis effudit, ut intuentibus perfringeret aciem terrore aspectus, & per hoc plus aliqual de eo quam humanam naturae est, artifex arrogancia mentiretur, illico adulantis uulgi concupiscunt uoces, honorem sonantes, sed exitium ferentes, & hinc atque illinc ab eis clamantibus deus concupiscitur, utque fieret propitiis suppliciter exorabatur, dicentibus populis, quod nunc usque te ut hominem tenuimus, sed ex hoc iam supra humanam naturam te esse fatemur. ¶ Igitur si pro ueste argentea sole radiante repercussa homini unius provinciae regulo tantum attribuerunt, quanto putas bestiae tam magne clangore uoces dei concupiscunt, possidenti omne aurum & omne argentum, simul etiam fulgenti luce miraculorum: aut nunquid homines illius temporis minus promerent ad adulandum? Quales enim illis nouissimis diebus illis periculosis temporibus homines erunt. Nimirum, ut ait Apostolus, seipos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus inobedientes, ingrati, scelerati, sine affectione, sine pace, criminales, incontinentes, inimicos, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores magis quam dei. Cum istis miserit deus operationem erroris, quid miraris eos acclamare uoces dei & non hominis? Et de illo quidem Herode tenuiter dictum est: eo quod non dedisset honorem deo, scilicet ad quietem immoderato fauori populi, de ista uero bestia longe maius est quod haec scriptura dicit. Sequitur enim: LEt datum est eis os loquentium magna, & blasphemiam: & data est illi potestas facere menses quadraginta duos. ¶ Et continuo ut exponat oris illius magnitudinem, uel quae magna illud os locuturum sit, adhuc addit: LEt aperuit os suum in blasphemias ad deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in caelo habitant. ¶ Itemque exponens quae potestas illi detur, uel qualiter acceptam exerceat potestatem per menses quadraginta duos, addit adhuc: LEt datum est illi bellum facere cum sanctis, & uincere illos, Et data est ei potestas in omnem tribum, &

a. Thess. 2

Adoratores bestiae, qui seruituti mammonae. Ephes. 5

Exodi 14. 4. Reg. 9

Daniel 4. Hellen 7. Macha 6. Daniel. 8. 1. Timoc. 4. Acto. 12

Acclamatio populi ad Herodem. Psal. 34

Psal. 25

Verba Iosephi de uanitate Herodis.

Adulatores bestiae.

a. Timoc. 2

a. Thess. 2. Acto. 14

Job 41
Rex filiorū
superbiar.

2. Theff. 2

Antichristus
per oia con-
trarius in
operibus
Christo.
Apostolus
in ore.
Esaie 35
Esaie 42
Marth 13
In cōfessio-
ne laudis.
Marth 11

Marth 5

In potesta-
te & impe-
rio.
Iohan. 14

Lucæ 12

Iohan. 5

Iohan. 19

Noia scribū
tur, quædā
in libro ui-
tæ, quædā
in terra.
Lucæ 10
Hier. 17

Psal 86

Quid liber
uitæ.
Daniel. 12
Contrariæ
causæ scri-
bendi.
Roma. 8
Scripta ab
origine
mundi.

Gene. 1
Liber agni

populum, & linguam, & gentem. Hoc peccati insigne est eius de quo scriptum est: Et ipse esse rex super omnes filios superbiar, quod non tantū acquiescet inmoderato favori dicentium, quis similis bestiar uerum etiam os magnum, os magna loquens habebit, arrogando sibi magnificentiā dei, & exigendo ab omnibus uocem dei & non hominis, ut dicant omnes, quis similis tui. Hoc exiget non tantū ore, uerum etiam bellica potestate. Idcirco aperiet os suum in blasphemias ad deum: uidelicet, sicut ait Apostolus, extollendo se supra omne quod dicitur deus aut quod colitur. Idcirco bellum faciet cum sanctis, & uincet illos, uidelicet, qui blasphemante ore non poterit, bellando se uindicabit atq; occidendo. ¶ Et nota diligenter quod hæc omnia faciet secundū nomen suum, imò secundū hæc iam nomen illi impositum est, quod est Antichristus, id est, Christo cōtrarius. Et enim omnia quæ hic dicuntur contraria sunt eis quæ de Christo legimus. ¶ Primo, quod datū est illi os loquens magna, ori Christi contrarium est. Deniq; os Christi paruum & taciturnū fuit. Scriptū quippe est: Oblatus est quia ipse uoluit, & nō aperuit os suum: Sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus coram tondeute obuium tescet, & nō aperiet os suum. Item in propheta cuius euāgelista quoq; meminit: Non cōtēdet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. ¶ Et hic quidem in blasphemias ad deum illud os magniloquū aperiet: ille autē in confessionem & laudem dei os suum aperuit. Exempli gratia, cum dicit: Cōfiteor tibi pater dñe cœli & terræ. Hæc omnino cōtraria sunt. Item nō solum nomen dñi, sed & tabernaculū eius, & eos qui habitant in cœlo blasphemabit. Ille autē non solummodo patri dño cœli & terræ confessus est, sed & tabernaculū eius, id est, ecclesiam, & eos qui in cœlis habitant uel habitaturi sunt honorificauit & beatificauit, & in hoc os suum aperuit sicut in euangelio scriptū est: Et aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnum cœlorū, & cætera, quæ ita concludit. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlo. Hæc manifeste contraria sunt. ¶ Item potestas eius facere bellum cum sanctis per menses quadraginta duos: illius autē potestas per tantumdem temporis fuit pacem parare sanctis, quem admodum dicit: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Hæc nimirū contraria sunt. Item potestas huius in omnē tribum, & populum, & linguam, & gentem: illius autē potestas a deo nulla in quenq; fuit, ut ne saltē de minimis iudicaret agellis. Imò cum dixisset ei quidā de turba: Magister dic fratri meo ut diuidat me cum hæreditatē, ille dixit ei: Homo quis me cōstituit iudicem aut diuisorem super uos? Sed & cum cognouisset quia uenturi essent hi quos pauerat de quinque panibus & duobus piscibus numero quasi quinque milia, ut raperent & facerent eum regem inquit euāgelista, in monte ipse solus, quia uidelicet sicut postea dixit Pilato: regnum eius non erat de hoc mundo, nec est. Hæc nihilominus cōtraria sunt. Sequitur enim: Et adorabunt eum omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt nomina scripta in libro uitæ agni qui occisus est ab origine mundi. Magna & ueram illos, qui eum adoraturi sunt determinationē fecit, dicens: Quorum non sunt nomina scripta in libro uitæ agni. In libro uitæ, hoc est, in cœlo, sicut in euāgelio dicitū est: Sed in hoc gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo. Vbi ergo scripta sunt nomina illoꝝ qui eum adorabunt? In terra, sicut propheta testatur: Recedētes a te in terra scribentur. Hoc ipsum in præfenti determinatione tacitū non est. Dicitur namq; quorū non sunt scripta nomina in libro uitæ, præmissi omnes qui inhabitant terram. Nam terram inhabitare, est terrenis toto desiderio inhiare. Quod qui facit à deo recedit, & in terra scribitur, iuxta qd alibi propheta cōfessione dicitū est: Deleat̄ur de libro uiuentiū & cum iustis nō scribantur. At ille solos adoratores illos admittit, quorū nomina scripta sunt in libro uitæ ab origine mundi. ¶ Qui liber est præficientiæ dei, & beatæ certitudo prædestinationis, sicut certa cum determinatione angelus ad Daniele m dicit: Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. ¶ Scripturę istæ contrariorū sunt, & libri ipsi contrarij, sed & scribendorū causæ librorū contrariæ sunt. Nam libri boni, libri uitæ in quo scripti sunt omnes & soli saluandi, causa est propositū dei, de quo Apostolus dicit: Scimus quoniam diligētibz deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præfeciuit, & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, & cætera. ¶ De isto libro cum dixisset hic, quorū non sunt scripta nomina in libro uitæ agni qui occisus est, addidit: origine mundi. Non sic legendū uel subintelligendum est, in libro uitæ agni qui occisus est ab origine mundi, sed ita: Quorum nomina nō sunt ab origine mundi scripta in libro uitæ agni qui occisus est. Et est sensus: Non sunt scripta in libro uitæ ab origine mundi, id est, non fuerunt in proposito dei in ipsa origine mundi, uidelicet, quādo creatis primis hominibus benedixit illis, & ait: Crescite & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam. Deniq; quos illa benedictione iussit nasci, omnes & soli in libro uitæ sunt scripti. ¶ Qui, uidelicet, liber uitæ idcirco recte dicitur liber agni, quia cuncti electi quorū nomina in illo scripta sunt, non aliter q̄ per agnum Iesum Christum, per sanguinem eiusdem agni Iesu Christi, benedictionem illam quam nasci uel multiplicari iussi sunt, quam & in Adam perdidit, recuperare poterūt aut possunt.

sunt. Ad gloriam illius ut nascerentur & uiuerent, erant in proposito, & præficientia, & prædestinatione dei, sicut Apostolus iam loco supra dicto cum dixisset: His qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præfeciuit & prædestinauit, continuo subiicit: conformes fieri imaginis filij sui, & per humilitatē mortis eius uocati, sive ex dispersione in unum cōgregati, et iustificati, et magnificati sunt. ¶ Porro libri mali, libri mortis, in quo scripti sunt omnes & soli qui non pertinent ad illud propositū dei, causa fuit peccatum, quādo primū in hunc mundum intrauit per inuidiā diaboli, testante scriptura, cum non ante se post actum eiusdem peccati deus mulieri dicit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Ista multiplicitas siue superfuitas cōceptum, & ab initio semper multitudinem sua uehementē oppressit tantus atq; parcius nascentes filios benedictionis, incipiens à primogenito Eue Cain, qui fratrem suum Abel iustum occidit, & in illis nouissimis diebus, de quibus nunc sermo est, adorans & dicens, quis similis bestiar, & quis poterit pugnare cum ea, residuos persequetur, & occidet filios eiusdem benedictionis. Sequitur: Si quis habet aurem audiat. Qui in captiuitatē duxerit, in captiuitatem uadet: & qui gladio occiderit, oportet eum & similiter occidi. ¶ Uehementer nos excitare atq; ad audiendum attentos facere uoluit, præmittendo: Si quis habet aurem audiat. Quis autē ad istam uocem hæsitet? Quis non statim propositionem ueram esse concedat, quæ dicit: qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem uadent qui gladio occiderit, oportet eum & similiter occidi? Idem namq; est quod cum Petro dixisset: Conuerte gladium tuum in locum suum, cōtinuo subiunxit: omnes em̄ qui acceperint gladium, gladio peribunt. ¶ Vbi & subiun- diendum est, nisi pœnitentiam egerint: quem admodum & in lege, ubi dicitur esse, qui hoc uel illud fecerit, exempli gratia: Qui perculserit uolens hominē occidere, morte moriatur. Subaudiendum est, nisi pœnitentiam egerit. Aliter enim regula sanæ doctrinæ non stabit. Itaq; uera propositione audita uel cōfessa, respice & considera, quia bestia hæc, homo iste peccati qui se dicit Christum esse, sed bestia est, gladium accepit, in captiuitatem duxit, & gladio occidit, faciendo bellum cum sanctis, ut sicut postmodum hæc scriptura dicit: Occidatur quicumque imaginem eius non adorauerit. Igitur inexcusabiles erunt quicumq; bestia talem adorabunt. Habent enim signum quo cognoscant certissime esse illum non dei, sed diaboli filium, ut pote hominem homicidam, hominem sanguinarium. Nam in hoc, inquit hic idem Iohannes, manifesti sunt filij dei & filij diaboli. In quo manifesti sunt: Continuo cum subiunxisset: omnis qui non est iustus, non est ex deo, addidit: & qui nō diligit fratrem suum. Statimq; euestigio cum dixisset: quoniam hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterum, adiecit atq; ait: Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. ¶ Hoc est signum in quo cognoscāt hi qui ex deo sunt, ex maligno illum esse malignum, quia occidit, sicut iam dicitur, & in captiuitatē ducet, quod non facit nec fecit omnis qui ex deo est. Hoc audiatur si quis habet aurem, hoc ad memoriā reuocet quisquis fidelem habet rationem. Et cum uiderit illum ducere in captiuitatem & gladio occidere, etiam si sciētia copiam, uel testimoniorum de scripturis non habet abundantiā, saltem ex hoc solo quod ille homicida est, sciat quod ex deo non est, & idcirco non statim. ¶ Sed sicut cæteri homines recipiūt uicem, ut qui gladium acceperint gladio pereant: ita iste pro captiuitate captiuitatē, pro occisione recipiat occisionem, pro temporali eternā, pro simpla duplā, ut qui sanctorū corpora tantū captiuauit atq; occidit, ipse captiuitatē recipiat & occisionē simul animæ & corporis. ¶ Quid em̄ si non statim fiet? Imò si statim fieret, si statim cum prima blasphemiam illud os magnū appellaretur, & cum initio belli siue gladij quem accipiet, statim gladio cœlesti periret, unde uel in quo patientia sanctorum probaretur & fides: Sequitur: Hæc est patientia & fides sanctorū. ¶ Ac si dicat: In hoc sanctorum fidelis patientia patientiq; fides probanda est, quia bestia illa faciet quidē & prosperabit, & dirigeret dolus in manu eius. At illi nihilominus tamen credent & perseuerant pro uero habebūt id quod dictum est, quia qui in captiuitatē duxerit captiuaabit, & qui gladio occiderit, ipse similiter occidetur. Nec uero frustrabitur hæc patientia si desq; sanctorum, quia post finem uel consummationē bestialis occisionis quæ per menses quadraginta duos pro- telabitur, imò adbreuiabitur, interficiet illum dominus Iesus spiritu oris sui, & destruet illu- stratione aduentus sui, Sequitur: Et uidi aliam bestiam, ascendente m de terra, habentē cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestiar omnem faciebat in conspectu eius. Et fecit terram & habitates in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. ¶ Bestiam illam septem capitum uniuersam impiorum generationem esse iam diximus, & ipsa septem capita, septem fuisse uel esse regna mundi, quorum potentia diuersis temporibus sanctos altissimi contriuit, quorum septimum caput Antichristus erit. Quæ est ergo hæc alia bestia quam uidit ascendente de terra? Aut quomodo duæ sunt bestie, cum unum sit corpus generationis prauæ & peruersæ, sicut ec̄tra unū est corpus generatio- nis unius sanctar & electar? ¶ Ad hæc sciendum, quia generatio nequam cum una sit, alia ta-

Peccatū est
causa libri
mortis.
Sapient. 2
Gene. 4
Gene. 4

* Gladio.
Qui gladiū
sumit, gla-
dio peribit
Matth. 25

Exodi 11

I. Iohan. 3

Signū Anti-
christi, qui
occidit.

Recipiet m̄
cē & quidē
duplicem.

Daniel. 8

2. Theff. 2

Questio de
alia bestia.

Responsio

est ars ma-
gica.
Duae bestie
simul ascen-
dunt de ma-
ri.

Exodi 7

Prefigia
magos te-
pore Anti-
christi.

Societas
gladij &
magicæ.

3. Reg. 18

Cornua
duo Iannes
& Mambres.

3. Timot. 3

Cornua si-
milia agni.

Exodi 12

Exodi 7

Exodi 8

Ibidem.

Esaie 14

men & alia dicitur bestia, propter geminam uim, scilicet, bellicam siue regiam atq; magicam. De magica uinunc scriptura hæc narrationem diuine uisionis incipit, cum dicit: Et uidi aliam bestiam ascendentem de terra. ¶ Quando putas alia bestia hæc ascendit, quam iste ascendentem uidit? Nimirum uno eodemq; tempore quando illa bestia prior ascendit, habens septem capita, quorum septimum caput regnum erit Antichristi. Et tamen ubi primum generatio impiorum generationem sanctorum seruituti subiecit et afflixit, atq; ad amaritudinem perduxit in operibus duris, Iuti & lateris, insuper Pharaone præcipiente omni populi suo ac dicens: Quicquid masculini sexus natū fuerit, in flumen proiecit; quicquid femine, referuat: tunc cum illa regia siue hostica ui pariter contra deum ascendit & magica uis. Quomodo? Videlicet uili ingressi fuissent Moses & Aaron ad Pharaonem, ut faceret signa sicut præceperat do minus: uocauit Pharaon sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptias & arcanā quædam similiter. Igitur aliam bestiam tunc ascendentem uidi, inquit. ¶ Quid autem hoc ad rem præsentem, ubi manifeste de aperta persecutione loquebatur Antichristi, quæ erit in diebus nouissimis? Profecto quia prius quidem esse ceperunt, & pugne aduersus deum præfigia magos, sed tunc magis abundabunt. Surgent enim, inquit Christus, pseudo christi & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiā electi. Hoc idem de bestia hæc præsentis capitulo scriptura huius series de clarabit. ¶ Nunquam defuit hæc pessima uis in societate crudelis gladij, regibus (qui persecuti sunt & contriuerunt sanctos altissimi) Aegyptijs, Israëlitis, Babylonijs, Medis atq; Persis, Græcis, Romanis; nec potestati Antichristi deerit, imò abundantior atq; potentior aderit. Verum Romani imperatores illa secretius usi sunt, quorum Iulianus apostata malitiosus atq; per duntius arti illi incubuit: Græci quoq; atq; Macedones non adeo euidenter superiores autē Perse, Babylonij atq; Aegyptij, publice & quasi licenter illa usi sunt, publicisq; nominibus magi ipso se prædicauerunt. Porro Israëlitis reges magos suos prophetafi nomine palliabant, qualium una die quadringentos quinquaginta uiros Helias occidit, omnes prophetas Baal. Qualem bestiam hanc ascendentē iste uidit? Habentem, inquit, cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Sic ut bestia septem capitum, quæ prius descripta est cornua decem, sic & bestia hæc habet cornua duo; quia uidelicet sicut regnoꝝ decem primi reges fuere notissimi, quos & superius commemorauit, ita & magicæ artis duo sunt autores notissimi magisq; notati, quos contra Mosen & Aaron, sicut iam dictum est, Pharaon uocauit. Duo namq; fuerūt, Iannes & Mambres, sicut & Apostolus meminit. Qui cum dixisset: Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes: continuo subiunxit: Quæ admodum enim Iannes & Mambres refiterunt Moysi, ita isti refistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra nō proficiunt. Insuper uia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Igitur duo cornua bestia hæc habuit, ubi primum ascendit, id est, duos principes sue efficacitæ magica ars habuit, ubi primum contra deum stetit. ¶ Et cornua hæc similia agni, uidelicet superba & contraria similitudine, faciendo similiter miracula, ut fiunt per uerbum dei, quod est agnus dei. Nam & si literam historicam spectes, ubi primum bestia hæc ascendit, ualde conuenienter & proprie dictum est, similia agni. Deniq; cuncta quæ fecerūt signa Moses & Aaron coram Pharaone & Aegyptijs, pulchre dicuntur signa agni, uidelicet pro eo quod cuncta illa consummata sunt per sanguinem agni, quem populus Israël ut ultima plaga Pharaon & Aegyptus tægeretur, ad uesperam immolauit. Illic plane cornua bestia similia uidebantur cornibus agni, ubi scriptum est: Fecerunt malefici etiam ipsi per incantationes suas Aegyptias & arcanā quædam similiter, proieceruntq; singuli uirgas suas quæ uersæ sunt in dracones. Item: Cum eleuans uirgam Moses percussisset aquam fluminis, & uersa esset in sanguinem, fecerūt, inquit scriptura, similitudinem malefici Aegyptioꝝ incantationibus suis. Tertio fecerunt per incantationes suas similiter, eduxeruntq; ranas super terram Aegypti. Hucusque fingere potuerunt similitudinem cornuum agni, sed ultra nō potuerunt, uiciorq; se esse fatentes, dixerunt: Dignus dei hic est. Eodem modo per tempora sequentia sub cæteris regnis supra dictis ars magica semper affectauit similitudinem dei, uoluitq; uideri quod non minora faceret signa quam fiebat per uerbum dei. De qua præsumptione huius bestia nūc protinus dicit: Et loquebatur sicut draco, id est, sicut diabolus, qui taliter locutus est: Ero similis altissimo. Nam & hoc legitimus in plerisque ueteribus gestis, quod ut pro dijs colerentur, quibusdam magis excitebant tormentis. Et hæc bestia potestatem prioris bestia omnem faciebat in conspectu eius. Ac si dicant signa facientes magi confortabant regios animos ad non credendū & resistēdum signis & uirtutibus dei, ut non minus potentes uiderentur sibi quam erat deus, qui cum tantis prædicabatur prodigijs, cum haberet ipsi secum tales, qui similia facerent illi. Hoc erat facere omnem potestatem bestia in conspectu eius, æstimationē magnifici cordis eius roborare, ne sibi met impotēs uideretur.

LEte-

LEte fecerunt terram & inhabitantes in ea adorare bestia primam, cuius curata est plaga mortis. ¶ Cæteris omisiss quæ acta sunt, ex quo apparuerūt illa iam dicta duo cornua similia agni, quæ perperauit ars magica coniuncta cōtra deum regnoꝝ supradictorū gladijs, ad illos, de quibus paulo ante loquebat dies nouissimos, præfens litera nos reducit: Nam bestia cuius curata est plaga mortis, septimū bestia caput erit Antichristus, de cuius plaga ubi illam accepit, quomodo curata sit, siue curata uideri uelit, iam supra pro posse dictū est. Ergo fecit, id est, facit terrā & omnes habitantes in ea, scilicet, terrenos homines, thesaurizantes non in cœlo sed in terra, cupiditate sacrilega adorare bestia primam, uidelicet, principalem Antichristi potentiam, bestialemq; eius suscipere extollentiam, qua extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur. Quomodo hoc fecit? Ait: Et fecit signa magna, ut ignē faceret de cœlo descēdere in terram in conspectu hominū. ¶ Magna uis, magna & mira efficacitæ spiritus seductionis. Sed quibus hoc erit magnū? Nimirum his qui pereunt, ut ait Apostolus, eo q; charitatem ueritatis nō receperunt, ut salui fierent. Diligenter animaduertendū, Cum enim dicit Apostolus eum, cuius aduentus secundū operationem Satanæ in omni uirtute & prodigijs mēdacibus, & in omni seductione iniquitatis, ita subiungēdo his qui pereunt, eo q; charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. ¶ Euidenter astitit quia nisi perissent, iam nō seducerentur, nisi charitatē ueritatis prius intus reliquissent, ne quāq; foris mendacibus prodigijs adqueiserēt. An non isti cōfuetus & antiquus est ordo pereundū? Deniq; & de primis hominibus fere omnes idem scimus, quia nisi prius intus per superbiam perissent, nisi charitatē ueritatis reliquissent, non tam facile foris tentati ce derent, nō tam cito prodigioso serpentis bruti animantis colloquio sese inclinarent, aut promissionibus crederent. Quapropter id ipsum quod nunc uniuersaliter Apostolus dicit, eo q; charitatē ueritatis non receperunt, ut salui fierent, ideo mittit illis deus operationē erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderūt ueritati, sed consenserūt iniquitati, lamentabili ualde & damnofo nobis exemplo cōstitit & indubitabile uerum est, quia sic primis parentibus nostris accidit, quibus quia charitatem ueritatis non receperunt, misit deus in illo serpente operationē erroris. Non ergo miremur quasi nouum id quod fiet illis, ut signa magna faciat in conspectu eorum bestia talis, & seducat eos, sicut mox subiungendo scriptura dicit: Et seducit habitātes in terra, propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestia: dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestie, quæ habet plagam gladij & uixit. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestia, & ut loquatur imago bestia: ¶ Nullum quippe seducet nisi eum qui perijt, qui charitatē ueritatis reliquit. ¶ Quis autē uere aut inauditæ magnitudinis habet signa hæc maxima quæ facere poterit, quæq; hic scriptura pro ipsoꝝ excellentia posuit? Vnum nanq; est in eo quod ait, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in conspectu hominum. Aliud uero miraculum in eo quod dicit: Et daret illi ut daret spiritum imagini bestia, & ut loquatur imago bestia. Nunquid hæc talia uel tanta sunt, qualia uel quāta diabolus nunquam fecerit. ¶ Nonne ignem quoq; de cœlo descendere fecit in conspectu hominum, data sibi potestate ut tentaret Iob? Ignis dei ait ille nuntius qui nesciret quid ageretur, quid Satan moliretur, ignis dei cecidit de cœlo, & tactas oues puerosq; consumpsit, & effugi ego solus ut nuntiarem tibi. ¶ Nonne item diabolus idem spiritū dedit imagini suæ, & ut loqueretur imago sua, quando serpens locutus est uerba maligna, uerba mortifera? Nam per qualem cunq; imaginem suam diabolus eo tempore locuturus sit, de illo serpente qui hominem primum decepit, cōstat quod imago eius sit, eo uel maxime, quod illud reptile genus humanū extitit quasi naturaliter odit. ¶ Quo modo ergo excusabiles erūt qui per huiusmodi signa seducti bestiam illam adorabunt? Nunquid de ignorantia excusari poterunt? Nempe si ignorant, si non legerunt quod primis hominibus talis imago bestie, scilicet, serpens locutus fuerit, & quod ignem de cœlo super oues beati Iob descendere fecerit, insipientes sunt, autē norunt, si legerunt, & tamen non sibi cauent, stulti sunt. Psalmista uero dicit, quia simul insipientes & stulti peribit. ¶ Quod si imaginē manufactam uelis intelligi, cui spiritū datura sit ut loquatur, pro eo quod cum dixisset scriptura, & seducit habitātes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestia, subiunxit atq; ait, dicentes habitantibus in terra, ut faciant imaginē bestia, si, inquam, imaginē hic uulgari sensu uelis accipi, quales possunt ab hominibus fieri in ligno & lapide siue quocunq; eramento, multo magis miraculum istud diabolicæ malitiæ usitatum fuit, ut loqueretur imago huiusmodi. Huiusmodi namq; imagines loquebātur in templis, arte spiritus maligni cauernas patentes irreperitis ante exaltatum signum crucis Christi. Si igitur bestia hæc sua persuasione egerit, ut faciant homines imaginem illius bestie maioris. Exempli gratia, ut Esaia ait artifex lignarius extendit normam, formauit idolum in runcina, fecit illud in angularibus, & in circulo non tornauit illud, & fecit imaginē uiri, quasi speciosum hominem habitantem in domo, & tali modo sederit in domo dei ille homo peccati filius perditionis, in loco de quo signū crucis Christi deiecerit, nonne multo magis insipiens aut stultus erit qui curuabitur & adorabit illud? Nimirum

1. Thess. 3

Tentati nō tam cito ce derent, nisi prius intus perissent.

* Alloquio.

Ista signa prius quæ facta sunt.

Iob 1

Gene. 3
Inexcusabiles ergo sunt q; propter signa credit Antichrō. Psal. 48
Loqui per imaginem manufactā

Esaie 44

Ibidem christus talia signa non fecit.

4. Reg. 1 Lucæ 9 Lucæ 23

Qualia signa fecit Christus. Matth. 11

Non cogit ad fidem sua Chrs sicut Antichrs facit.

2. Cor. 9

Character Chri sine p sonariu acceptioe est.

Deut. 6

Matth. ult.

Numerus no minis dñi.

Numerus bestia.

Antiqua patrum consideratio.

Numerus 666 in singulis his quatuor nominibus.

mirum, ut ait idem propheta, cor insipiens adorabit illud, & non liberabit, imò perditioni dabit animam suam. ¶ Talium signorum uerus Christus nullum fecit aut facere debuit. Nusquam ignem de celo in conspectu hominum descendere fecit, licet hoc ante aduentum eius Helias in uirtute ipsius fecerit: nullam aliquando imaginem loqui fecit, aut facere debuit. Quare enim utilitas est in signis huiusmodi? Imò cum diceret illi discipuli eius Iacobus & Iohannes: Dñe uis dicimus ut ignis de celo descendat, & consumat illos, uidelicet Samaritanos qui non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hierusalem: conuersus increpauit illos & dixit: Nescitis cuius spiritus estis, Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Item cum à Pilato remissus esset ad Herodem, qui & uiso illo gauisus est ualde, quia sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri, nihil illi respondit, maluitque ab eo sperni & illud, quod curiositatem eius superuacuis pascere signis, quippe qui non querebat signa pietatis, sed miracula uanitatis. ¶ At ille solummodo in causa uel in tempore opportuno, qualia signa dignetur facere uel profiteri, breuiter edicit. Exempli gratia, cum loquitur discipulis Iohannis: Euntis renuntiate Iohanni quare uidistis & audistis. Ceteri uident, claudi ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Talium pietatis signorum non erit opifex pietatis aduersarius, scilicet bestia que habet plagam gladii & uixit, ne qualia bestia prophetes eius, sicut non fecerunt duo cornua eius Iannes & Mambres, de quibus supra diximus. Illi namque nec Mosis saltè signa que illo tempore utiliter gesta sunt, se qui uel imitari potuerunt, sed defecerunt, & manifesta fuit omnibus insipientia eorum. De plaga gladii quam habet bestia iam superius dictum est. Sequitur: Et faciet ut quicumque non adorauerint imaginem bestia, occidatur. Hoc Christus non fecit neque propheta eius, neque apostoli docuerunt, neque reges Christiani iam facti hoc acceperunt ut occidant, & sanguine cumulant dum existiment Christi seruitium. Verus namque deus non coactus ut spontanea seruitia uult. Ergo & in hoc, imò maxime in hoc palam faciet sensum habentibus & ratione pollentibus, quod uere sit Antichristus, quod uere non Christus, sed secundum nomen suum Christo sit contrarius. Hic est Christus qui sanguinem suum fudit. Hic est Antichristus qui sanguinem fudit alie num. Et faciet omnes pusillos cum magna diuites & pauperes, liberos & seruos, habere characterem in dextra manu, aut in frontibus suis, et ne quis possit emere aut uendere nisi qui habet characterem aut nomen bestie, aut numerum nominis eius. Hæc est illa peruersa mutatio. Hic est ille longe dissimiliter similis altissimo. Altissimus namque faciet omnes pusillos & magnos, diuites & pauperes, liberos & seruos, absque distinctione personarum siue originum, Iudæorum aut Græcorum, omnes, inquam, æqualiter habere faciet characterem suum in frontibus suis, & in manu sua, autoritate legali pariter & euangelica. Nam in lege dicit: Verba quæ ego præcipio tibi imeditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere dormiens aut consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua. In euangelio autem dicit: Euntis docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Cum enim baptizantur omnes siue pusilli siue magni, accipiunt in frontibus suis characterem nominis Christi, id est, signaculum crucis. ¶ Et numerum nominis dñi, numerum trium personarum, patris & filii & spiritus sancti. Item & hunc numerum accipiunt, ut profiteantur unius Christi, quia Christus non homo tantum aut deus tantum, sed & deus & homo, ex anima rationali & humana carne, & uerbi diuinitate in una persona consistens. Hunc numerum de frontibus & cordibus & ore omnium, pseudoprophetae auferre conabuntur, ut e contra characterem nominis bestia, & numerum nominis eius inscribantur. Hic sapientia est. Qui habet intellectum computet numerum bestia. Numerus enim hominis est, & numerus eius est sexcenti sexaginta sex. ¶ Vigilantem uult esse auditorem, dum quasi digito locum designans atque circumspiciens: sic, inquit, sapientia est. Et continuo: Si quis habet sapientiam, computet numerum bestia. Qualem numerum, uel quare computet numerum bestia? Numerus enim, inquit, hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex. Quid est hoc quod & numerum præscribit ipse, & tamen dicit, qui habet sapientiam, computet numerum bestia? Num istud intendit, ut computando sapienter hoc totum perquiras, quot in isto numero sint monades aut certe decades? Quis sapientiam habens istud tam grandis scripto, quæreret uel quærendum proponeret? Ergo quoniam ad computandum citatur hic non alius nisi qui sapientiam habet, forte in numero problema est. ¶ Et quid uiri illustres scripturae huius tractatores, ante nos hunc numerum strenue uersantes, nomina quæ dā aduerterunt, tria Græca, & unum Gothicum, ANTEMOS APNOYME TEITAN TENEPHIKOS quorum primum interpretatur, honorum contrarius: secundum, negotium uero, soliquartum, gentium seductor. ¶ Singulorum nomen istorum literæ, numerum istum in se continent sexcenta sexaginta sex. Nam prima huius nominis quod est ANTEMOS litera A unum, N quinquaginta, T trecentos, E breue quinq; M quadraginta, O breue septuaginta, S ducentos significat. Similiter alio nomine APNOYME, Nam A unum ostendit, P centum, N quinquaginta, O breue septuaginta, Y quadringentos, M quadraginta, E breue, quinq; qui simul ducti faciunt sexcenta sexaginta sex. Nominis autem quod est TEITAN litera, T trecentos exprimit, E breue, quinque, I decem, item, T trecentos, A unum, M quinquaginta, qui simul iuncti faciunt sexcenta sexaginta sex. Porro nomen Gothicum Grotius literis scriptum est hoc modo, TENEPHIKOS, tria, E quinq; M quinquaginta, S ducentos ostendit. ¶ Laudanda hæc patrum insperiorum ueritas est adhuc quod non otiose quærat. Nunquid enim illa bestia talibus uolet non minibus appellari, talibus uoculis salutaribus? Nūquid eos à quibus honori contrarius, siue gentium seductor dicitur, pace sua remunerabit, ut uendere uel emere possint? Sic enim hic habes, ut ne quis possit emere aut uendere, nisi qui habet characterem aut nomen bestia, aut numerum nominis eius. Nūquid hoc edicit, ut contrarius quod est Satan siue ANTEMOS, aut ut negator, uel gentium seductor pronuntietur, & ut qui hoc pronuntiauerit, ille sit liber, illi uendere uel emere possit? Aut nūquid gigante nomine quod est TEITAN contentus erit, cum extollatur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ostendens se tanquam sit deus? Apud nos Latinos literæ quibus scribitur, DIC LVX, eundem numerum continent. Nam D quincentos, I unum, C centum, L quinquaginta, V quinq; X decem significat: quæ in unum collectæ faciunt similiter sexcenta sexaginta sex. Sed etiam si scriptura hoc loco nomen istud illi palam ascriberet, & nominis huius numerum sexcenta sexaginta sex esse diceret, nonne tunc quoque ad quærendum si ueresset, quid ad illum hominem hic numerus pertineret? ¶ Igitur quoniam & numerus hic positus est, & tamen ad computationem eiusdem sapientia quæritur dicendo: Si quis habet intellectum, computet numerum bestia: sapientiam quæramus, sanctam scripturam consulamus, siue qua nihil constans aut certum, siue de numero dei, siue de numero bestia, quæ aduersus deum extollitur, inuenire aut dicere possumus. Nam sicut ille Samson ueraciter dicere poruit: Si non arafsetis in uittula mea, non inuenissetis propositionem meam: sic deus noster Iesus Christus, cuius nimirum propositiones siue problemata sunt omnia quæ in hoc libro continentur profunda mysteria, ueraciter nobis dicit: Si non araueritis in alia scriptura, non inuenietis solutionem numeri huius, quem præsen signauit scriptura. ¶ Primo diligenter animaduertendum est, quia prius quidem cum dixisset ut ne quis possit emere aut uendere, nisi qui habet characterem aut nomen bestia, aut numerum, signanter addidit nominis eius: post uero cum dicit: Si quis habet sapientiam, computet numerum, de nomine nullam mentionem fecit, sed tantummodo computet numerum bestia, inquit, ac, deinde, & numerus eius, absque interpositione nominis, est, ait, sexcenti sexaginta sex. ¶ Cur hoc, nisi quia aliud nomen bestia significat, & aliud ipsa est? Bestia namque ipsa homo est, & in ea diabolus inhabitat: nomen autem eius quod sibi usurpat, quod nisi quis confessus fuerit, uendere aut emere non poterit, deus. Aduersatur namque & extollitur, ut sepe iam dictum est, supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Duo ergo hic numeros intelligi oportet, alterum nominis eius quod illa bestia sibi usurpat, scilicet dei alterum bestia, id est, hominis eius quod ipsa erit. Alius namque est numerus dei, & alius hominis: imò omnis creaturæ rationalis quæ ad creatoris gratiam non pertingit, siue hominis siue angeli. Debuerat quidem unus esse numerus creatoris & creaturæ, sed creatura numerum sibi alium elegit, dissentiendo à creatore. ¶ Quis est ille numerus creatoris? Numerus septenarius, sicut scriptura dicit: Copleuitque deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere suo quod pararat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus ut faceret. ¶ Quis est autem numerus creatoris? Numerus senarius, quia, uidelicet, numero diebus senario creaturæ uniuersam scriptura comprehendit, & in sexto die, imò & sextus dies creatura est hominis. Et ille quidem ad hoc conditus est, ut post obedientiam opus consummatum cum deo in septimo sabbathizaret, id est, requiesceret, eo quod copleteretur bono quod significatur dicitur: copleuitque deus die septimo opus suum, quod fecerat. Significat namque dies septimus remunerationem boni operis. Apostolo quoque teste cum dicit: Ingreddiemur enim in requiem qui credimus, quemadmodum dixit: Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit quodam loco de die septimo sic: Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis, & in isto rursum si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illam, & hi quibus prioribus annuntiatus est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quandam, hodie, in David dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est: Hodie si uocetis eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, & cetera. ¶ In qua, in illam diei requie introiret ut in illius numeri septenarii sabbathismo deo sabbathizaret homo, iacitro conditus est sed neque homo tunc introiuit, neque diabolus qui illum deceptum introiit. Nam uterque sine deo, imò contra deum, in creatura mundi, & in semetipso uoluit gloriarum. ¶ Ait ergo: Numerus enim hominis est. ¶ Præmiserat autem: Si quis habet sapientiam computet numerum bestia. Ac si dicat: Si quis habet sapientiam, cum uiderit illum hominem peccati, filium perditionis, poterit ac diuitem extollentem se, & resistens sibi occidit, & in omnibus magnifice gloriantem, recogit ac perpedit, quia quicquid loquitur, quicquid agit, non pertinet ad illam requiem, non est de illa septima creatoris, de uerbo dei, de regno charitatis, sed totum tantummodo

quinquaginta: qui simul iuncti faciunt sexcenta sexaginta sex. Porro nomen Gothicum Grotius literis scriptum est hoc modo, TENEPHIKOS, tria, E quinq; M quinquaginta, S ducentos ostendit. ¶ Laudanda hæc patrum insperiorum ueritas est adhuc quod non otiose quærat. Nunquid enim illa bestia talibus uolet non minibus appellari, talibus uoculis salutaribus? Nūquid eos à quibus honori contrarius, siue gentium seductor dicitur, pace sua remunerabit, ut uendere uel emere possint? Sic enim hic habes, ut ne quis possit emere aut uendere, nisi qui habet characterem aut nomen bestia, aut numerum nominis eius. Nūquid hoc edicit, ut contrarius quod est Satan siue ANTEMOS, aut ut negator, uel gentium seductor pronuntietur, & ut qui hoc pronuntiauerit, ille sit liber, illi uendere uel emere possit? Aut nūquid gigante nomine quod est TEITAN contentus erit, cum extollatur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ostendens se tanquam sit deus? Apud nos Latinos literæ quibus scribitur, DIC LVX, eundem numerum continent. Nam D quincentos, I unum, C centum, L quinquaginta, V quinq; X decem significat: quæ in unum collectæ faciunt similiter sexcenta sexaginta sex. Sed etiam si scriptura hoc loco nomen istud illi palam ascriberet, & nominis huius numerum sexcenta sexaginta sex esse diceret, nonne tunc quoque ad quærendum si ueresset, quid ad illum hominem hic numerus pertineret? ¶ Igitur quoniam & numerus hic positus est, & tamen ad computationem eiusdem sapientia quæritur dicendo: Si quis habet intellectum, computet numerum bestia: sapientiam quæramus, sanctam scripturam consulamus, siue qua nihil constans aut certum, siue de numero dei, siue de numero bestia, quæ aduersus deum extollitur, inuenire aut dicere possumus. Nam sicut ille Samson ueraciter dicere poruit: Si non arafsetis in uittula mea, non inuenissetis propositionem meam: sic deus noster Iesus Christus, cuius nimirum propositiones siue problemata sunt omnia quæ in hoc libro continentur profunda mysteria, ueraciter nobis dicit: Si non araueritis in alia scriptura, non inuenietis solutionem numeri huius, quem præsen signauit scriptura. ¶ Primo diligenter animaduertendum est, quia prius quidem cum dixisset ut ne quis possit emere aut uendere, nisi qui habet characterem aut nomen bestia, aut numerum, signanter addidit nominis eius: post uero cum dicit: Si quis habet sapientiam, computet numerum, de nomine nullam mentionem fecit, sed tantummodo computet numerum bestia, inquit, ac, deinde, & numerus eius, absque interpositione nominis, est, ait, sexcenti sexaginta sex. ¶ Cur hoc, nisi quia aliud nomen bestia significat, & aliud ipsa est? Bestia namque ipsa homo est, & in ea diabolus inhabitat: nomen autem eius quod sibi usurpat, quod nisi quis confessus fuerit, uendere aut emere non poterit, deus. Aduersatur namque & extollitur, ut sepe iam dictum est, supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Duo ergo hic numeros intelligi oportet, alterum nominis eius quod illa bestia sibi usurpat, scilicet dei alterum bestia, id est, hominis eius quod ipsa erit. Alius namque est numerus dei, & alius hominis: imò omnis creaturæ rationalis quæ ad creatoris gratiam non pertingit, siue hominis siue angeli. Debuerat quidem unus esse numerus creatoris & creaturæ, sed creatura numerum sibi alium elegit, dissentiendo à creatore. ¶ Quis est ille numerus creatoris? Numerus septenarius, sicut scriptura dicit: Copleuitque deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere suo quod pararat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus ut faceret. ¶ Quis est autem numerus creatoris? Numerus senarius, quia, uidelicet, numero diebus senario creaturæ uniuersam scriptura comprehendit, & in sexto die, imò & sextus dies creatura est hominis. Et ille quidem ad hoc conditus est, ut post obedientiam opus consummatum cum deo in septimo sabbathizaret, id est, requiesceret, eo quod copleteretur bono quod significatur dicitur: copleuitque deus die septimo opus suum, quod fecerat. Significat namque dies septimus remunerationem boni operis. Apostolo quoque teste cum dicit: Ingreddiemur enim in requiem qui credimus, quemadmodum dixit: Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit quodam loco de die septimo sic: Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis, & in isto rursum si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illam, & hi quibus prioribus annuntiatus est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quandam, hodie, in David dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est: Hodie si uocetis eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, & cetera. ¶ In qua, in illam diei requie introiret ut in illius numeri septenarii sabbathismo deo sabbathizaret homo, iacitro conditus est sed neque homo tunc introiuit, neque diabolus qui illum deceptum introiit. Nam uterque sine deo, imò contra deum, in creatura mundi, & in semetipso uoluit gloriarum. ¶ Ait ergo: Numerus enim hominis est. ¶ Præmiserat autem: Si quis habet sapientiam computet numerum bestia. Ac si dicat: Si quis habet sapientiam, cum uiderit illum hominem peccati, filium perditionis, poterit ac diuitem extollentem se, & resistens sibi occidit, & in omnibus magnifice gloriantem, recogit ac perpedit, quia quicquid loquitur, quicquid agit, non pertinet ad illam requiem, non est de illa septima creatoris, de uerbo dei, de regno charitatis, sed totum tantummodo

Insufficiens patrum consideratio.

Numerus iste in scripturis querendus.

Iudic. 14

Aliud bestia est aliud nomen eius si significat. 2. Thess. 2 Duo hic numeri cōsiderandi sunt.

Numerus creatoris & septenarius Gene. 2 Numerus creatoris senarius Heb. 4 Psal. 94 Gene. 2

Psal. 94

Numerus hominis non dei, in Antichristo est.

modo de creatura mundi, de concupiscentia oculorum, de superbia uite, ac proinde quasi certo confirmatus argumento sciat & dicat, quia ille homo non est ipse que se esse dicit, non est deus, sed fallaciter se ostendit tanquam sit deus. ¶ Cum igitur dixisset, numerus enim hominis est, senarius simplex siue singularis, subintelligi potest, siquidem homo ille homo tantum, non etiam diabolus esset. At uero homo ille homo qui dem natura, sed diabolus in illo totus erit, cum omni sua uirtute, tota plenitudine, eiusdem, uidelicet, hominis aduentus, ut ait Apostolus, erit secundum operationem Satanae. Sequitur ergo: Et numerus eius sexcenti sexaginta sex. Et ecce senarius numerus tertio repetitus, imò in decupli, atque inde in centupli multiplicatus est. Notum maxime arithmetice siue abacisticis est, quod nunc dicimus: Senarius character de primo, id est, singulari limite in secundum, id est, decimum transgressus, sexaginta facit, idemque in tertium, id est, centum traductus, sexcentos efficit. Cum ergo dicit, & numerus eius sexcenti sexaginta sex, senarius qui erat numerus hominis, ut iam dictum est, ad septimum diem, ad sabbatum, id est, requiem dei propter suam præuicationem non pertinens, secundi & tertij limitis transgressione multiplicatus est. ¶ Quid est hoc, nisi quia diabolus Satanas, cuius secundum operationem ille homo ueniet, & qui in illo totus habitabit, postquam semel a requie dei, a sabbatismo coelesti sese excussit, secundo ac tertio laborem suum multiplicauit: Nota replicamus, ubi, quando, quomodo numerum suum sic multiplicauerit transgressor antiquus, multiplicator laboriosus. ¶ Primo ubi perfectis celo & terra, & omnioratu eorum, die septimo cõpleuit deus opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere quod pararat, ille cum requiescente creatore in septimo eius die nõ requiescebat, quin etiam iam dudum propter inquietudinem superbie sue de celo in istum caliginosum aërem proiectus, in circuitu ambulabat impius & laborabat. Erat ergo in numero senario, in ista sex dierum creatura, in quo, uidelicet, senario se detineri dolens homo penitens, septimumque diem suspiras dicit in psalmo: Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis est, ut sciam, quid de sit mihi. ¶ Ille autem impius & præuicator angelus non sic, sed cum esset foris a requie siue septima die, & senarius eius adhuc simplex siue singularis esset, non cõtentus siue labore suo, sed adiecit per inuidiam, ut genus humanum in eundem laborem traheret secum decipiendo protoplastum. Hoc agendo utique transgressionem auxit, & recte sicut proprius, ita & hominis labor imputatur illi. Multiplicatus est ergo primus eius senarius, & factus est iam numerus eius sexaginta sex. ¶ Verum nec isto cõtentus, adhuc ut illum hominem peccati, filium perditionis, totus ingrediatur, & faciet per illum id quod nunc de bestia maligna presentiloco miramur. Illic nimirum tertia transgressione senarius eius multiplicabitur, quando is qui hominem primum dolo decepit sine ui, idem & dolo in prodigijs mendacibus pariterque siue gloriae dei, hominumque manifestus hostis uteretur, perseverante inuidia qua mundo mortem induxit, perseverante imò & in peius aucta superbia, qua sese in celo aduersus deum extulit. Bene igitur cum dixisset, numerus enim hominis est, addidit, & numerus eius sexcenti sexaginta sex, quia, uidelicet, labor peccati, qui in homine cum deo non sabbathizante simplex est, in illa bestia notis incrementis secundo ac tertio multiplicatus est. ¶ His animaduersis non ab re esse cuiquam uideri debet, quod plagam mortis eius hæc scriptura ter commemorat. Primo cum dicit, & uidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. Secundo cum dicit, & fecit terram & inhabitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Tertio cum dicit, ut faciant imaginem bestia: quæ habet plagam gladij & uixit. Ter nanque malignus ille plagatus est. Primo, quando iudicatus in celo sententiam damnationis accepit: secundo, quando in serpente per quem deceperat hominem, maledictione multatus est: tertio, quando dominus Iesus interfecit eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Hic est uerus bestia: numerus sexcenti sexaginta sex. ¶ Ceterum numerum nominis eius, quem qui non habuerit, uendere aut emere non poterit, sic falso illi attribuitur, sicut & ipsum nomen quo se iactat, ostendens se tanquam sit deus. Numerus nanque septenarius dei est agni, dei, inquam, qui die septimo requieuit: & agni cuius in hoc ipso libro septem sunt cornua, septemque oculi. ¶ Denique quod hæc bestia septem ostentat capita, uolentum est atque contrarium. Contra illud quod deus die septimo requieuit, caput huius septimum plagam habet mortis, plagam gladij, & non requiescit, sed semper laborat, & in labore uiuit iuxta Psalmistam dicentem, & laborabit in æternum & uiuet adhuc in finem. Iccirco & sicut supra dictum est, & super septem capita eius nomina blasphemie, quia non est nomen eius deus, quod inscriptum suis capitibus, sicut illic memorauimus. Quod si non est hoc nomen eius, certe nec nominis numerus. Iste numerus meriti est, & pro uero illi attribuitur, sicut iam dictum est, sexcenti sexaginta sex & nusquam ad septimum peruenit, quia nunquam penitentiam egit siue acturus est, ut requiescere possit.

Numerus 666. significabat triplicem præuicationem diaboli.

Prima, in præuicia superbia.

Gene. 2. Psal. 11. Psal. 38.

Secunda in deceptioe Adæ.

Tertia in a linea Antichristi.

Ter memoratur plaga diaboli quæ ter plagatus est.

Esaie 14. Luca 10. Gene. 3. 2. Theff. 2.

Numerus septenarius dei & agni.

Gene. 2. Supra 5.

Psal. 48.

TIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO. RVM LIBER IX.



TVIDI, ET ECCE AGNVS STABAT SVPRAMONTEM SION, & cum illo centum quadragintaquatuor milia habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. ¶ Quo nunc eamus, quo sermonis cursum dirigamus, septem spirituum domini lucidus ordo cominus ostendit quem proposuimus sequi, sine quo nihil nos uidere, & nusquam rectum tenere tramitem nos posse sumus arbitrati. Neque enim frustra gratiam & pacem a septem spiritibus qui in conspectu throni dei sunt, Iohannes iste in initio uoluminis septem scribit ecclesijs. Est autem in ordine spirituum eorum dem secundum propheticum Esaie: præconium quintus scientia: spiritus, sequens illum cuius magnalia præcedenti uisione spectauimus, in prælijs martyrum, scilicet, sortitudo spiritum, quorum, uidelicet, præliorum summum uel nouissimum certamen erit illud quod per semetipsam faciet bestia prima, cuius paulo ante computauimus numerum, quæ nimirum bestia Antichristus erit, qui in suo tempore reuelandus est. Igitur quo nunc eamus nescimus, sed iste lucidus, ut iam dictum est, spirituum ordo ducit nos, ut recapitulationem hic fieri perpendamus, & ea que in hoc modo gessit sanctus scientia: spiritus ab hoc loco cõtemplemur, ubi supra montem Sion stas conspicitur agnus. ¶ Nam ubi primum scientia: dei dari cõcepit uel scribi, illic & agnus dei Christus cõcepit figurari. Et enim ubi primum scientia: dei scriptor legem scripsit Moses, illic agnus in tyrum Christi immolari cõceptus est, et sanguine eius signati sunt postes filioꝝ Israë. Proinde & in istis centum quadragintaquatuor milibus cantantibus quasi canticum nouum ante se dem, & ante quatuor animalia & seniores, & in quatuor angelis uolantibus per medium celi, & habentibus euangelium æternum, quorum quartus ipse est Iohannes qui dicit: Et audiui uocem de celo dicentem: Scribetis: Beati mortui qui in domino moriuntur, & septem phyalis septem angelorum in istis, inquam, omnes scientia: celestis, id est, sancta: scriptura: cõstructores siue conscriptores intelligimus, & secundum istos siue secundum istorum studia mirabilem sanctum scientia: spiritum prædicare ingredimur. ¶ Et uidi, inquit, & ecce agnus stabat supra montem Sion. ¶ Uiso ista Iohannis oculum a sine seculorum, ubi paulo ante uiderat bestiam siue malignum bestia: caput Antichristum, gladio damnationis æternæ percussum, sursum reductum ad principia seculorum, scilicet, ad tempora promissionis uel fidei patriarcharum, unde recapitulatione ista omnes currunt atque recurrunt. ¶ Sane agnus iste Christus est, qui nunc quidem ecce in persona sua stat supra montem Sion, supra omnem ecclesie dignitatem, supra omnem principatum, omnesque uirtutes ccelorum, tunc autem quando promissio fiebat uel receter facta fuerat, stetit in figura, sicut iam dictum est, quando uel ex quo immolatus est agnus in domibus filiorum Israë, cuius sanguine postibus signatis, dum comederentur carnes eius, mortua sunt primogenita Aegyptiorum, & filij Israë transierunt per mare Rubrum, & Pharaon cum curribus & equitibus suis illos persequens submersus est. ¶ Agnus iste nomen suum & nomen patris sui scripsit in frontibus nostris cum signaculo crucis. Tunc autem sumebatur de sanguine agni qui erat in limine, & ponebatur in superliminari, & super utrunque postem. In qua nimirum positione diuinum erat crucis præsignum siue sacramentum, profuturum illis in plenitudine temporis, in tempore benedictionis, quando uerus agnus Christus semen Abrahæ, in quo benedicerentur omnes gentes, immolandum erat in ata crucis. ¶ Istos uidi stantes cum agno, quia nimirum quicumque secundum fidem Abrahæ uel promissionem dei significabatur, sanguine illo benedicti sunt cum Christo, & uiuunt cum illo. ¶ Quid autem sibi uult iste illorum numerus centum quadragintaquatuor milia? Hoc nimirum nobis innuit, quod filij Israë siue filij Abrahæ, qui per uenturum Christum essent saluandi, opus erat ut non tantum carnis, sed fidei uel promissionis existerent filij. Non enim, inquit, Apostolus, omnes qui Israëli sunt Israëlitæ, neque quia semen sunt Abrahæ omnes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis siue filij dei, sed qui filij sunt promissionis, stantur in semine: Hanc fidem simul cum operibus Abrahæ numeri huius plenitudo mystice significat. ¶ Denique numerus primorum spirituum carnalis Israë, scilicet, duodenarius, si semel & iterum ac tertio in decuplum multiplicetur, norunt abacisticæ, quia duodecim milia sunt. Item si duodecim milia per eundem duodenarium multiplicentur, sunt centum quadragintaquatuor milia. Lubet adhuc dicere manifestius: duodecim, qui numerus primorum (ut iam dictum est) filiorum etiam Israë, in decuplum transducti, sunt centum uiginti. Rursus

CAP. XIII.

De spiritu scientia: hic agitur.

Esaie 11.

Agnus stas supra montem Sion. Exodi 12.

Agnus uerus in lege præfiguratur.

Exodi 12. Signaculum crucis præfiguratur. Exodi 12.

Gene. 22.

Numerus filiorum reprobationis. Roma. 10.

Ex duodenario multiplicat numerus 14. 4. 000.

centum uiginti in decuplum promoti, sunt mille ducenti. Item mille ducenti decies multiplicati, sunt (ut alio loco iam dictum est) duodecim milia signati. Hęc trina in decuplum multiplicatio fidem nobis pulchre innuit sanctę trinitatis, cuius cum confessione mystica domos suas signabant illi, contententes deum Abraham, deum Isaac & deum Iacob. Quia uero sola fides sine operibus ad perfectionem suę ad uitam non sufficit, rursus per duodenarium multiplicentur duodecim milia, & sunt centum quadragintaquatuor milia, quonumero & fidei confessio & bonorum operum significatur multiplicitas. ¶ Igitur stantes cum agno tot sancti nomen eiusdem agni, & nomen patris eius scriptum habentes in frontibus suis, omnes perfecti sunt illius temporis filij Abraham, quo, uidelicet, tempore pro paschalis agni immolatione per singulos annos passurus pro omni mundo CHRISTVS præfigurabatur. Eorum perfectionem magnifice & mirabiliter continuo præsens litera commendat. Sequitur enim: **L** Et audiui uocem de celo, tanquam uocem aquarum multarum, & tanquam uocem tonitruu magni, & uocem quam audiui, sicut citharædorū citharizantium in citharis suis. Et cębant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula sunt ante thronum dei. ¶ Primum de hoc capitulo causa postulari prælibare id quod cum dixisset: Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor milia qui empti sunt de terra, continuo uelut interrogatus, pro quo merito suo soli possint illi dicere canticum eiusmodi: Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines enim sunt. ¶ De uirginitate carnis potest quidē collaudatio ista non inuoluntate accipi. Vale enim plurimum ad exhortandum, ad confortandum, ad corroborandum dulce illud uirginę decoris propositum, in quo licet cogitare quę domini sunt. Nam uere magnam habet prærogatiuam uirginitatis carnis sociata mentis. Veruntamen ut propositum ordinem teneamus dicendum est & aliud, cui nulla de scripturis autoritas fuerat ratio refragari comprobetur. ¶ Neq; enim uirginitati carnis tantum tribuere quisquam leuiter audebit, ut canticum aliquod cantandū uirginibus sanctis, in cantabile fore iudicet omnibus alijs quantumlibet magni sint quidē ex eis. Exempli gratia: Petro apostolo de nouo, & Moysi de ueteri testamento: De quibus constat qd secundū carnē uirginalis propositi nō fuerit. His igitur breuiter præmissis, nunc ordinē prosequamur. **L** Et audiui, inquit, uocem de celo tanquam uocem aquarū multarum, & uocem tonitruu magni. ¶ Stante agno supra montem Sion cum suis signatis, cępit audiri uox de celo tanq; uox aquarum multarū, & tanq; uox tonitruu magni, quia, uidelicet, quando per typicam immolationē paschalis agni in Aegypto cępit præfigurari passio Christi filij dei, tunc etiam cępit audiiri per scripturam uox dei, quia tunc Moyses legem scripsit, quam utiq; non de terra, sed de celo mon ab homine, sed ex deo accepit. Post hunc cęteri iusti & prophete scientiam dei scripserunt, & ipsi quoq; non de terra sed de celo locuti sunt. Vnde est illud: Neq; enim uoluntate humana allata est aliquando scriptura sacra, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Audiui ergo, inquit, uocem de celo. ¶ Porro scripturę sacrę aquarum nomine solent aliquando significari, ut illi: Omnes sitientes uenite ad aquas. Tonitruo quoq; solet assimilari, uidelicet, propter terribile comminationem iudicij futuri, iuxta illud: Et intonuit de celo dominus, & altissimus dedit uocem suam. Sane iudiciū primū per aquam iam factū, secundum autē eadem scripturę quasi quādoq; contonādo testatur per ignem futurū. Recte igitur uocem illam uocem scripturarū celestium, tanq; uocem aquarū multarū dicit, & tanq; uocem tonitruu magni. ¶ Veruntamen nō solum iudiciū uox illa sonat, pœnasq; malorū, sed etiam misericordiā et lem piterna præmia sanctorū, quę nimirū auditu uel intellectu dulcissima & delectabilia sunt. Sequitur ergo: **L** Et uocem quam audiui sicut citharædorū citharizantium in citharis suis. ¶ Denique sicut in tonitruo terroris asperitas, in citharis uero sonantibus delectationis est suauitas, ita in scripturis sanctis comminatio iudicij peccatores terret & salubriter turbat, promissio uero præmioꝝ bene operantes mulcet & lætificat. ¶ Et notandum quod in citharis chordę sonantes audientes quidem delectant, sed ipse in extensione sua quodammodo laborant. Sic de nique hi, per quos sancta scriptura condita est, suo quiq; tempore bona promittendo bonos auditores delectauerunt: sed ipsi apud semetipsos laborauerunt, & plerunq; fatigati sunt. Vnde primus illorum Moyses dicebat ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? Cur imposuisti pondus uniuersij populi huius super me? Ac deinceps: Sin aliter tibi uidetur, obsecro interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Sed & diuersis præterea modis fatigabantur sancti illi, sicut & Apostolus eorum reminiscens inter cętera dicit: Alij uero ludibria & uerba experti, insuper & uincula et carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circueierunt in

melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustia, afflicti, & cętera. Erant igitur sicut citharædi citharizantes in citharis suis: quia, uidelicet, testimonia ueritatis personantes extendebantur tribulationibus multis. ¶ Sed & spontanea extensione sese affligebant, ut celestem beatę cantionis mererentur accipere gratiam, sicut de Daniele & socijs eius legitur quia propofitis sibi regalibus epulis, hoc magis elegerunt propter deum, ut leguminibus uelceretur. Pueris autem his dedit deus scientiam & disciplinā in omni libro, & sapientiam: Danieli uero intelligentiam omnium uisionum & somniorū. Sequitur ergo: **L** Et cantabant quasi canticū nouum ante sedem, & ante quatuor animalia & seniores. ¶ Citharizabant & cantabant, id est, semetipsos affligebant, & gloriam dei personabant. ¶ Quid autē sibi uult quod non ait: Et cantabant canticū nouum, sed quasi canticum nouum? Quid enim est canticū nouum? Nam, hoc præcognito cōtinuo clarebit quid sit, quasi cāticum nouum. Canticum nouum est testamen- tum nouum, in quo ueterem hominē deposuimus & nouum induimus, in quo inuati similitudinem terreni parentis euasimus, & ad formam celestis autoris translati sumus. Porro quasi nouum canticū uetus est testamentum, quod per quasdam similitudines figuratq; multiplici- ces eadem significat, quę nouum testamentum continet. ¶ Cantabant igitur quasi canticū nouum, id est, mirabili prophetici spiritus potentia præuidebant euangelicę gratiæ sacramentum. Et secundū hoc exemplar faciebant & docebant legale ministerium, & per figuras com- petentes profitebatur agnum dei Christum pro salute mundi passurum, suęq; passionis mun- dum inuouaturum. Ita cantabant ante sedem & ante quatuor animalia, id est, in præparatio- ne regni dei, in obsequio euangelij Christi, ad instructionem eorum quorum uenerabilis se- nectus, id est, uita immaculata regit ecclesiā dei. Sequitur enim: **L** Et nemo poterat dicere can- ticum nisi illa cętum quadragintaquatuor milia, qui empti sunt de terra. ¶ Quare nemo alius dicere poterat? Quia, uidelicet, non uoluntate humana aliquando allatum est eiusmodi canti- cum, sed spiritu sancto inspirati cęcinerunt cantores, id est, autores scripturarum. Et pro quo merito suo illi canticum illud dicere potuerunt? Ait: **L** Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines enim sunt. ¶ Quomodo uel quibus cum mulieribus non sunt coinquina- ti? Nimirū cum mulieribus alienigenis, super quibus præceperat dominus filijs Israel dicens: Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredietur ad uestras. Certissime enim auertent cor- da uestra ut sequamini deos earum. Nonne causa magna est, & merito canticum agni de ore tollitur eorum, quicunq; eiusmodi mulieribus coinquinati sunt? Deniq; cum coinquinatione carnis simul animę quoq; propter amorē mulierum, cum dæmonijs fornicatę sunt. Primum propter illas inicitati sunt Beelphegor, & sicut scriptum est, usque in præsentem diem macula huius sceleris in illis permanet. Deinde multiplicatę sunt cum eiusmodi mulieribus coinqui- nationes, & earum omnium palmam tenet impijssima Iezabel. Et quis eiusmodi ignem alliga- uit in sinu suo, & uestimenta eius non sunt combusta? Salomon quoq; sapientissimus, quia tali- bus ardētissimo amore copulatus est, incombustus non euasit. Deprauatum est enim cor eius ab illis, cum iam esset senex, & abiit & seruauit dijs & deabus earum. ¶ Dicat ergo pro maxi- ma laude: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines enim manserunt, quia uero soli illi deo uero uirginem castam se exhibere, & corruptores gentium non deos sed dæ- mones effugere potuerunt, qui sese ad mulieribus illorum incoinquinos custodierunt. Tales utiq; uirgines canticū bonum sibi thesaurizauerunt, dum adherentes unico uiro suo, uni deo suo, uerbum bonum de pectore eius mente conceperunt, ore protulerunt, calamo quoq; quid- dam ex eis ut legeremus nos, cōscripserunt. **L** Hi, inquit, empti sunt de terra. Item: Hi sequun- tur agnum quocunq; ierit. Et rursum: Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno. ¶ Quatuor enuntiationes istę splendide uigilantibus & apertis oculis in ordine suo conspicien- dę sunt, quia nimirum gratiæ simul & meriti, necnon & præmij castissima præconia sunt. De- niq; quod ualde notandū est prima & quarta gratiam prædicat, secunda meritum, tertia præ- mium commendat. Siquidem prima est quod empti sunt de terra, quarta, hi empti sunt ex ho- minibus primitiæ deo & agno, quę ambę idem prædicant, scilicet, redemptoris gratiā. Quis nam ignoret eosdem sanctos irę fuisse filios, & per gratiam esse redemptos? Vnus ex illa gen- te sanctus & magnus Paulus ait: Eramus enim & nos natura filij irę sicut & cęteri. ¶ Præmis- so ergo præconio tunc demum enuntiat meritū. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coin- quinati, uirgines enim sunt. Et recte, dicit enim & dicere debet quisq; eorum: Laboraui & soli- citus fui nō coinquinari, non autem ego sed gratia dei mecum. Subditur statim & præmiū, dicendo: Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Agnum sequuntur, uidelicet, emptorem siue redemptorem, cuius sunt sanguine redempti. Hinc Petrus apostolus ait: Redempti estis de ua- na uestra cōuersatione paternę traditionis, pretioso sanguine quasi agni incontaminati & im- maculati Christi. Reperitio, hi empti sunt ex hominibus, magnę intentionis est indicium, ut non obliuiscamur eos gratia redemptoris esse id quod sunt. Nam de terra & ex hominibus idem est, tanquam si diceret, ex massa terrena generis humani, quę uniuersa in primo parente

mysterium huius numeri. Exodi 3

Virginitas carnis māgnā habet prærogati- uam. i. Cor. 7

Uox de celo, sacra scri- ptura est.

a. Petri 1

Cur scripu- ra cōparat aquis & tonitruis.

Esaia 55 Psal. 17 Gene. 7 Esaia 66

Sancti pro- phete & a- postoli sunt uelut chor- dę in citha- ris extense per afflicti- ones. Numer. 11 Heb. 11

Spontanea quorundā afflictio. Daniel 1

Quasi can- ticū nouū.

Eph. 4 i. Cor. 15

a. Petri 1

Qui cū mu- lieribus nō sunt coinqui- nati. 3. Reg. 11 Deut. 7 Numer. 25

3. Reg. 16 Prout. 6 3. Reg. 11

Virgines e- nim sunt. a. Cor. 11

Quatuor hic enun- tiationes gratiæ me- ritiq; & præ- mii. Gratia. Eph. 2 Meritum.

1. Cor. 15 Præmiū. i. Petri 1

1. Cor. 15

si sequuntur
agnū quo-
cungierit.

Psal. 118

Iob 23

1. Iohan. 3
Primitiæ
deo & a-
gno.
Leuit. 2

Quo ueteri
exempla se-
quuntur.
Intra eodē.

1. Reg. 19

* Coeli.

Humilitas
Iohānis de
seipso lo-
quens.

Vetus testa-
mentū uni-
tantū gen-
ti datum.

sub peccato se uendit. ¶ Norandū præterea, quia cum dixisset: hi sequuntur agnum, addidit: quocumque irit. Nunquid enim agnus necessario pro negotiis regni sui disponendis de loco ad locum uadit, aliosque in comitatu assumens sese absentat alijs? Sed nimirum remota variatione huiusmodi, duobus modis sequitur agnum quocumque irit, uidelicet, in uestigatione iudiciorum eius quæ in sacris continentur scripturis, de quibus sanctos iste unus dicit: In labijs meis pronuntiavi omnia iudicia oris tui, & imitatione exemplorum eius, de quibus item unus illorum dicit: Vias eius custodiui, & à præceptis eius non discessi. Sequuntur ergo agnū quocumque irit, dum iudicia eius & per spiritum intelligunt, & per charitatem laudant, & iustificat eum in eisde omnibus iudicijs eius, dum exemplū charitatis eius imitantur usque ad mortem, quemadmodum Iohannes dicit, quia ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus ponere. ¶ Item & hoc non prætereundū, quia cum dixisset: Hi empti sunt ex hominibus, addidit primitiæ deo & agno. Nam & per hoc liquet priores sanctos intelligi, de quibus sancta & mystica lex dicit: Si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino, de spicis adhuc uirentibus, torres eas igni & confringes eas in morem faris, & sic offeres primitias tuas domino, fundens supra oleum, & thus impones. ¶ Spicæ namque adhuc uirentes, fuerunt priores seculi sancti homines, de quibus tunc offerimus munus domino, quando bene uiuere proponimus eorum exemplo. Verum in eorum actibus nonnulla inueniuntur tunc cõcessa, quæ nunc maturiore seculo euangelij falce refecantur, sic postmodum ad sedentem super nubem filium hominis dicitur: Mitte falcē tuam acutam, quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Torres ergo eas igni, id est, per sancti discretionis spiritum statim discernens utriusque temporis, ea quæ imitanda non esse in euangelio didicisti, non quidem reprehendēs, sed nec imitaberis, & sic offeres cum impositione olei & thus, id est, bona illoque imitaberis cum charitate ad honorem dei. Igitur hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno, quod idem est ac si diceret: Istos redemit de massa generis humani agnus dei Christus, testimonio fidei probatos in ueteris illo priori & recenti adhuc seculo. De quo testimonio si dei adhuc subditur: Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium. ¶ Fideles enim fuerunt, mendacium non coluerunt, sed unum uerum & uerum deum. De quibus cum nullum superesse putaret Helias nisi se solum, diciturque: Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffecerunt, & relictus sum ego solus, & quærunt animam meam: reliqui mihi, ait dominus, septem milia uirosque qui non curuauerunt genua ante Baal. Itaque quia cum mulieribus supradictis non sunt coinquinati, & mendacium deorum illarum non sunt locuti: Sine macula, inquit, sunt ante thronum dei. Et uidi alterum angelum uolantem per medium cœlum, habentem euangelium æternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens magna uoce: Timete dominum, & date illi honorem, quia uenit hora iudicij eius, & adorare eum, qui fecit cœlum, terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum. Et alius angelus secutus est dicens: Cecidit cecidit Babylon illa magna, quæ à uino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et angelus tertius secutus est illos, dicens uoce magna. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: & hic bibet de uino ire dei, qui mixtus est mero in calice ire ipsius, & cruciabitur igne & sulphure, in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: Nec habet requiem die ac nocte, qui adorauerint bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata dei & fidem Iesu. Et audiui uocem de cœlo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis: Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Post canticum unius montis Sion, quatuor isti non stant in uno quolibet monte uel loco, sed uolant per medium cœlum, & uoce magna & uoce publica toti mundo prædicant. Quartus ipse est Iohannes, qui de semetipso humiliter sentiens, non dixit, quartus secutus est tres alios uolantes per medium cœlum, sed audiui, inquit, uocem de cœlo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in domino moriuntur. Si quidem quemadmodum dixerat, uidi angelum uolantem per medium cœlum, ut euangelizaret dicens, timete dominum, & alius secutus est eum dicens, cecidit cecidit Babylon: & tertius secutus est eos dicens, si quis adorauerit bestiam, & cætera. Sic poterat dicere, & quartus ego secutus eram eos dicens: Beati mortui qui in domino moriuntur. Sed recte sic maluit loqui, ut & de seipso humiliter enuntiaret, & rem aliquantulum exprimeret. ¶ Nunc enim per istos euangelizantes siue euangelium æternum habentes, quorum quarto in loco seipsum ponit, quatuor euangelistas datur intelligi, quorum ipse est quartus, quia nouissimus euangelium scripsit. ¶ Interea meminisse oportet, quia supra diximus, septem spirituum, qui in conspectu throni dei sunt, ordinem respicientes, sub imaginibus presentis huius uisionis propria spiritus scientiæ opera siue dona prædicari. Quicquid autem huius gratiæ datum fuerat ante aduentum Christi, quicquid erat cœlestis scientiæ in lege & prophetis, in uno tantum monte Sion, in uno tantum celebrabatur templo quod erat in Hierosolymis, ibi enim tantummodo

rummodo erant sancta illius populi. ¶ At ubi Christus uenit, continuo per publicum orbis terrarum euangelium eius sonuit, sociatis sibi lege & prophetis, tunc scientia dei multiplica ta est, completo quod Daniel prædixerat, quia pertransibunt plurimi & multiplex erit scientia. Recte igitur secundum has uisiones prius quidem canticum in monte tertium Sion auditum est, isti autem quatuor angeli per medium cœlum uolant euangelizantes, quia uidelicet, lex & prophetæ prius in angustio gentis unius loco sonabant, nunc autem apostolis prædicantibus Christi euangelium, cum testimonio legis & prophetarum totus mundus audiuit, quia in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. ¶ Porro quod euangelij prædicatores, siue sancti quicque sacerdotes recte angeli dicantur fere nulli dubium est, cum scriptum sit: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Ipse agnus, ex cuius ore sine dubio requiritur & requirenda est uerba lex, angelus, magni consilij angelus dicitur, & angelus quippe non naturæ sed officij nomen est, & est Græcum uocabulum, quo Latine dicimus nuntium. Bene ergo cum supra diximus: Et uidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, nunc dicitur: Et uidi alterum angelum uolantem per medium cœlum. ¶ Nunc singula dicta scrutemur, simulque perpèdamus utrum singuli secundum facies suas loquantur. Notè quippe sunt facies eorum, & ordo quo in hac eadem Apocalypsi superius designatæ sunt. Nam animal primum simile leoni, & secundum animal simile uitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ uolantem. De diuersitate ordinis huius ab eo, qui in Ezechiele scriptus est, suo loco aliqua diximus. ¶ Sane quod nunc de primo dicit, uolantem per medium cœlum, habentem euangelium æternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: idem & de alio quiscutus est eum, & de tertio qui secutus est eos, & de quarto qui personam suam exprimit, pariter subintelligendum est. Primo quod ait uolantem per medium cœlum, dictioni supra scriptæ fere oppositum est, quia dixit se esse cum agno supra montem Sion centum quadraginta quatuor cantantes quasi canticum nouum. Illi cantantes stabant supra unum montem Sion, iste autem & cæteri sequentes uolabant per medium cœlum. Quod est dicere: Antequam in semetipso pateretur agnus dei, cum adhuc sacrificaretur in figura eius agnus irrationalis, tantum in Sion siue in Iudæa erat notitia uel scientia dei, ubi autem ille passus est, continuo illa scientia ad omnes gentes conuolauit, illo uolatu de quo propheta cum dixisset: Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius, subiunxit atque ait: Quia de Sion exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem. ¶ Volabat ergo, id est, exhibebat de una gente ad omnem mundum, & hoc per medium cœlum, id est, in auditu omnium, non in una tantum lingua ut prius, coangustatum habens dei uerbum, sed omnibus linguis dilatatum, maxime autem Græca & Latina, quibus æque ut Hebraica lingua scripsit Pilatus super caput eiusdē agni in cruce hæc titulum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. ¶ Sed & libertatē euangelizatum designat hic uolatus per medium cœlum. Neque enim quicquam eorum quæ euangelizant in angulo gestum, aut erubescendum est: hinc ipse dominus ait: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicat super terram. Hinc Paulus ait: Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & uobis qui Romæ estis euangelizare. Non enim erubescō euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo primū & Græco. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui ueritatem dei in iniustitia detinent. ¶ Volantem igitur per medium cœlum, id est, cor habentem sursum cum conspectu terrenorum incedentem per publicum, non erubescentem ministerij suum, eo quod nihil gerat aut doceat inhonestum aut infirmum. Nam hoc est quod sequitur: Habentem euangelium æternum. Virtus enim dei est, ueritas dei est, quæ transire aut ueterascere non potest. Nam cœlum, inquit, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Quod uel ad quid uolabat? ¶ Ut euangelizaret, inquit, sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. ¶ Et est sensus: Ut prædicaret in omnes gentes incipiens ab Hierusalem, absque acceptione personarum, absque distinctione Iudæo & gentium, & tribum, & linguarum, & populorum. ¶ Timete, ait, dominum, & date illi honorem, quia uenit hora iudicij eius, & adorare eum qui fecit cœlum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum. ¶ Sic in hoc libro superius quatuor animalia designata esse meminimus, ut facies leonis prima sit. Nam animal primum simile leoni. Porro natura leonis memorem cæteris animalibus incutit. Nam ad rugitum eius uniuersa animalium natura contremiscit. Vnde est illud: Leo rugiet quis non timebit? Et continuo dominus deus locutus est quis non prophetauit? Recte ergo primum timorem exigit dicendo: Timete dominum, & date honorem illi. Causamque timoris congrua redditur, quia uenit, inquit, hora iudicij eius. Timor iste poenalis est, cuius causa est expectatio iudicij, non dū plena sapientia, sed sapientiæ in choa

Noni testamēti danti cunctis gentibus. Daniel. 12

Psal. 18
Euangelizantem cunctis gentibus. Malachias 2

Ezechiel. 1
Volantes per medium cœli, non stantes in monte in Sion, ut ueteres.

Esaias 1

Euangelizantem omnibus gentibus & linguis commune.

Iohan. 19
Non erubescit in publico euangelium.
Math. 16
Roma. 1
Abacuc 2

Volatus euangelij.

Math. 24
Lucæ 21

Primus angelus in facie leonis.

Amos 3

Timori iudicij poenalis

quidem est sed tamen bonus. Psal. 140

Secundus angelus in facie uirtuli. Leuit. 4

Hebr. Cecidit Babylon, ciuitas diaboli per mortem Christi.

Iohan. 12. Gene. 4. Gene. 6.

Ephc. 6

Tertius angelus in facie hois.

Vini mero mixtu, ironice dicit.

Error quod runda.

Matth. 25

Roma. 11. 1. Cor. 13

Patientia sanctorum in seueritate iudicij.

tio, sicut scriptum est: In initium sapientiae timor domini. Habet tamen non nihil iustitiae, quia de fide procedit. Nisi enim quis iudicium futurum credat, non timet. Est ergo utilis dum peccatorem solliciti reddit, & ad poenitentiam compellit. Vnde cum dixisset: Timete dominum, continuo subiunxit: & date honorem illi. In quo: Videlicet, in eo ut relictis simulacris ad ipsum conuer tamini. Sequitur enim: Et adorare eum qui fecit coelum & terram, & mare & omnia quae in eis sunt, & fontes aquarum. Et alius angelus secutus est eum dicens: Cecidit cecidit Babylon illa magna, quae a uino irae fornicationis suae potauit omnes gentes. Et hic secundus secundum faciem suam dicit, secundum faciem uirtuli: Nam secundum animal simile uirtulo. Virtulus autem sacrificium pro peccato offerebatur, cuius sanguis in sancta per pontificem inferebatur, corpus autem cremabatur extra castra, dominum nostrum Iesum Christum significans, qui pro peccato generis humani oblatas, & extra portam passus est. Quod apostolus commemorans sequitur & dicit: Exeamus igitur ad eum extra castra improprium eius portantes. Ait ergo: Cecidit cecidit Babylon. Babylon quod interpretatur confusio, regnum est peccati, principatus mundi, latrocinium diaboli, hoc sine dubio delictum est omnino in electis per passionem Christi sicut ipse continuo passurus dixit: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eicietur foras. Quicquid in quinationis suae per uim suae per suasionem ciuitas diaboli, ciuitas in angelis fit, ex quo ciuitate illam primus Cain crucis manibus edificauit, & ex quo filij dei, scilicet, de stirpe Seth uidentes filias hominum quae pulchrae essent, uidelicet, quae erant de stirpe Cain acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerat, uniuersa iniquitas, omnia peccata, quae de commixtione reproborum electi contradixerant, pariter cum originali peccato per mortem Christi delata sunt, & retores mundi huius tenebrarum harum de potestate pristina corruerunt, ut non seducerent gentes, ut liceret gentibus conuerti ad deum uerum, agere poenitentiam & accipere remissionem peccatorum. Cecidit ergo cecidit Babylon, quae a uino irae fornicationis suae potauit omnes gentes, id est, iudicium factum est, princeps mundi huius per mortem Christi iudicatus est, & exinanita est omnis erroris confusio, quia ebrietas quae a deo & in iram mitti faciebat omnes gentes. Sane cum improprio dicitur magna, quia semetipsam superbiendo magnificabat. Et tertius secutus est eos, dicens uoce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de uino irae dei, qui mixtus est mero in calice irae ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Et fumus tormentorum eius ascendet in secula seculo saeculorum: Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerint bestiam & imaginem eius: Et si quis acceperit characterem nominis eius. Et iste tertius secundum faciem suam dicit, secundum faciem hominis. Nam tertium, inquit, animal habens faciem quasi hominis. Quid enim dicit? Post primum quid dixerat, timete dominum & adorare eum, legem ponit & sententiam praescribit eis qui adorauerint alium praeter eundem deum. Nam in iudicandis illis qui hoc fecerint, facies hominis apparebit. De bestia hac & imagine eius, de nomine eius, imo de numero nominis eius, & de characterem eius, quem qui non habuerit in illa nouissima persecutione, uendere aut emere non possit, superius dictum est. Porro quod dicitur: & hic bibet, iccirco ait, quia dixerat anterior, cecidit cecidit Babylon, cui nimirum cadere, poculum damnationis bibere est. Ipsa autem damnationis poena, uinum aut merum mixtum, grauissima cum ironia dicitur: nam fel amarissimum magis proprie diceretur. Alias & uere uinum merum est, quia iudicium iustum & irreprehensibile est. Illic omnino sine misericordia iudicium erit. Quis enim miserebitur, ubi & ipse agnus misericordiarum suarum memoriam non erit? Notandum quippe quod cum dixisset, & cruciabitur igne & sulphure, addidit in conspectu angelorum sanctorum, nec isto contentus, addidit adhuc & in conspectu agni. Iudicem ipsum hic agnum appellauit, & tamen addidit adhuc: Et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet, nec habent requiem die ac nocte, & caetera. Magnum & mirabile est, quod is qui iudicat uel puniit sic ipse agnus est, & tamen in secula seculorum ad misericordiam inflexibilis est, & dicitur: Multa hic iudiciorum eius abyssi nos later. Multi ignorantiam profunditatis huius impatien ter tulerunt: Et quasi nimiam seueritatem deo ascribere fugientes, aternitatem tormentorum fore negauerunt, non considerantes stultitiam suam, quia dum misericordem facere contentum, mendacem facere non timuerunt eum qui dixit: Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam. At uero sancti ueridicae scripturae credunt, deumque nihilominus misericordem esse sine dubio sentiunt, suum quoque potius defectum esse deputant, quod altitudinem diuinitatis sapientiae & scientiae dei penetrare, uel iudicia eius comprehendere, & uias eius inuestigare non possunt, eundemque defectum suum iudicissime ferunt, cognoscentes ex parte donec ueniat quod perfectum est. Vnde mox subditur: Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata dei, & fidem Iesu. Hic, inquit, id est, in eo quod dicitur esse cruciandi in secula seculorum, in conspectu agni, in eo quod dicitur agnus fore illis ad misericordiam in secula seculorum inflexibilis, patientia sanctorum est, dum non quasi de nimia seueritate

murmurant qui custodiunt mandata dei, uidelicet, scientes futurum esse iudicium, qui custodiunt fidem Iesu, scilicet, non dubitantes fidem & ueracem esse Iesum, qui tam terribile praedictus & comminatus est iudicium. Sequitur: Et audiui uocem de caelo dicentem mihi: Scribete: Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis: Opera enim illorum sequuntur illos. Et iste quartus secundum faciem suam audit & scribit, secundum faciem aquile uolantis. Nam quartum, inquit, animal simile aquile uolanti. Iste est Iohannes qui quarto loco audit & scribit: quia post alios euangelistas rogatus ab ecclesiasticis, docuisti reuelationibus de caelo, accepit secundum faciem, ut iam dictum est, aquilae uolantis, incipiens secretam altitudinem principij sempiterni, & inde incipiens ea scripsit, quae fere omnia in seculo alio, id est, in caelo reposita sunt. Eorum omnium quae scripsit nimirum hic finis & haec summa est: Beati mortui qui in domino moriuntur, & caetera. Et uidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Quem supra designauerat dicens, & uidi, & ecce stabat supra montem Sion, eundem manifestus se uidisse exprimit, similem dicens filio hominis, quia, uidelicet, qui prius in lege per agnum immaculatum figurabatur, ipse per semetipsum in euangelio locutus est, filius hominis factus, de Maria uirgine incarnatus. Nam caro illa uirginea, caro immaculata sine aliqua sorte peccati originalis assumpta, per nubem candidam hic significata est secundum prophetam dicentem: Ecce ascendet dominus super nubem candidam, & ingredietur Aegyptum, id est, assumet carnem de uirgine, & ingredietur in hunc mundum. Nam quomodo sol super nubem candidam diem quidem nobis efficit sed non totam claritatem suam ostendit, lucem quidem dat, sed formam suam subtrahit, nec totos ignes suos exerit, & frigus tamen competentem exuperat praeteritae algidae noctis: sic diuinitas clarissima in carne miraculis quidem & sermone sapientiae nos illuminauit, sed non semetipsam, sicut est, manifestauit: locutus quidem est & fecit ut deus, non tamen formam dei ostendit, nec totam uirtutem suam exerit, & tamen ad expugnanda spiritalia nequitiae satisfecit. Sedebat ergo super nubem candidam, similitudo filij hominis, imo & ipsa super quam sedere uidebatur non realiter nubes erat, sed similitudo nubis. Neque enim corporaliter, sed in spiritu ista uidebat. Quamquam autem ista sessio filij hominis de secundo eius aduentu recte accipi uideatur, nos tamen, ut propositum rerum gestarum ordinem pro posse teneamus, de primo aduentu eius accipere non incongrue possumus. Denique in agno stante supra montem Sion, eius quae cantoribus centum quadraginta quatuor milibus typicum legis sacrificium & integros fideles temporis illius in quatuor euangelij aeterni praecoribus huius filij hominis quadrigas euangelicas accepimus. Nunc ergo dicendum qualiter in primo aduentu suo gemina falce acuta usus fuerit, secundum praesens capitulum huius uisionis. Nam & hic falcem ad metendum, & postmodum alius angelus, per quem significatur idem qui filius hominis magni consilij angelus, falcem ad uindemandum in manu sua habere dicitur. Sedentem, ut iam dictum est, uidi, inquit, filium hominis habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Duplicem ob causam hic filius hominis auream in capite suo dicitur habere coronam: tum quia rex, tum quia sacerdos est. Nam quod faceret digni honor coronam habeat testatur Sapiens, cum in laudibus patrum de sacerdote dicit A. A. R. O. N.: Corona aurea super mitram eius, expressa signo sanctitatis, gloria honoris & opus uirtutis. Dicit autem hoc de lamina sancta in qua scriptum erat ineffabile nomen domini tetragrammaton, id est, quatuor litterarum יהוה: Significabat enim coronam huius filij hominis, de qua Psalmista cum dixisset: Quid est homo quodd memores eius, aut filius hominis quoniam uisitatus eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, continuo subiunxit: Gloria & honore coronasti eum. Et illud nomen eius de quo dicit APOSTOLVS: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Habeat igitur in capite suo coronam auream, & in manu sua, inquit, falcem acutam, subauditur, ad metendum. Sequitur enim: Et alter angelus exiuit de templo, clamans uoce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam acutam, quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terrae. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram: & messit terram. Quarenda ergo est messis quam primo aduentu suo hic filius hominis messauerit. Nam de illa messe quomodo intendit dicens: finite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: colligite zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem recondite in horreum meum. De illa, inquam, messe certum est quodd finis seculi sit. Dixit enim: Messis uero consummatio seculi est: Messores autem angeli sunt. Vbi ergo messis alia inuenitur: Nimirum ubi hic idem filius hominis fatigatus ex itinere & sedens super puteum, fidem gentium paratam esse uideans ad audiendum, dicebat discipulis suis: Nonne uos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit: Ecce dico uobis: Leuate oculos uestros & uidete regiones, quia albae sunt iam ad messem. Et qui metitur mercedem accipit, & congregatur.

Quartus angelus in facie aquilae.

Nubes candida, id est, caro immaculata christi

Esaie 9

Christus sicut sol super nubem candidam.

Habebit in capite suo coronam auream, quia rex est & sacerdos.

Ecclesiasticus 45

Psalms

Philip. 3

Duplex messis, una iudicij. Matth. 13

Alia, messis euangelij. Iohan. 4

Lucæ 10

Alter angelus hic Iohannes est Baptista.

Matth. 11 Malach. 3 Christus qui angelus dicitur. Ibidem.

Exijt de templo, quia filius sacerdotis. Matth. 3

Lex nunc spiritualiter intelligenda.

Iohan. 1

Matth. 3. 4

Primitiæ messis apostoli.

Matth. ult.

Falsæ acutæ sententiæ in Iudæos. Lucæ 23

Heb. 9 Alius angelus de altari, Moses est. Iohan. 5

gat fructum in vitam æternam, ut & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Ego misi uos mittere quod non seminastis; alij laborauerunt, & uos in laborem eorum introistis. Qui nam sunt illi qui laborauerunt, uel qui seminauerunt, nisi Moses & prophete, qui Christum uenturum prædixerunt: Porro alij in labores illorum introierunt, & facti illorum messuerunt quia, uidelicet, illi Christum, quem prophetauerunt tempore suo non uiderunt, apostolus autem beati oculi uiderunt. Cum ergo uenisset Christus, iam tempus messis exiit, ut, uidelicet, quem ad modum metendo plenum frumentum in spica separatur ab arida stipula, ita suscipiendo Christum uiuificans spiritus separatur ab occidente litera. ¶ Itaq; exiens alter angelus de templo, & clamans uoce magna: Mitte, inquit, falcem tuam acutam, quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Quis porro iste alter angelus sit, euangelica filij hominis nobis insinuat autoritas, cum de præcuratore suo Iohanne dicitur: Quid exiit in desertum uidere: Prophe tam: Etiam dico uobis, & plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. ¶ Ergo angelus Iohannes, & hic iccirco recte dicitur alter angelus, quia & hic filius hominis ad quem clamat, cuius præco uel præcursor est, angelus dicitur, sicut & propheta in quo illud de Iohanne scriptum est, continuo dicit: Et statim ueniet ad templum sancti sui dominator quem uos que ritus, & angelus testamēti quem uos uultis. ¶ Hic alter angelus exiit de templo, imò & de templo illius manufacti umbratico sacerdotio, Sacerdos nanq; erat pater eius Zacharias, & secundum legem, patri sacerdoti, filius sacerdos succedere iure debebat. At ipse exiit, in desertum abiit, zonā pelliceam & pilos camelorum præclaris illius sacerdotij stolis prætulit. Illic inuit clamare uoce magna, supplicare magno desiderio, ut eum quem salutauerat exultando clausus in utero, uidere & ostendere mereretur mundo. Nesciebat quippe illum facie, licet per spiritum prophetiæ sciret eum aduenisse. Quid ergo dicebat: Mitte falcem tuam acutam: Hoc est manifestare in Israël, & prædica per te ipsum, & prædicando doce homines foris relinquere occidentē literam, & colligere uiuificantē spiritum, & intelligere quod hæc ueniens lex et prophetæ prophetauerunt. Quare? Quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ. ¶ Quomodo in agris quam diu frumentum spica nondum plene formatum est, ad maturitatem per ductum est, foris cum stipula manet, ubi autē permaturat, tunc demum secatur, & stipula foris relicta intus comportatur. Ita quam diu uenturus expectabaris, lex carnaliter obseruabatur: ubi autem tu aduenisti, iam te prædicante, litera legis cum carnalibus Iudæis foris relinquenda, & spiritualis sensus intus colligendus est, ita ut uerbi gratia, sint celibes, & tamen nihilominus, imò multo melius attendant id quod dictum est: Maledictus omnis qui non facit semen in Israël. Tandiu clamauit donec illi responsum daret, ut ueniret in aqua baptismi dato huiusmodi signis: Super quem uideris spiritum descendētem sicut columbam, & manentem in eo, hic est qui baptizatus in spiritu sancto. Factumq; est atque hoc signo manifestatus in Israël, extunc coepit prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Sequitur ergo: Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & messuit terram. ¶ Messis illius primitiæ apostoli fuerunt, & post illos omnes qui ex gente illa credentes relicta carnalium ceremoniarum arida stipula, legem spiritalem spiritualiter adimplere studeerunt. Porro de illis omnibus qui stipulam illam, id est, legis occidentem literam carnaliter emulantes, & euangelico spiritui inuidentes apostolos Christi persecuti sunt, eadem impietate qua ipsum occiderunt Christum, quale factum sit iudicium sequentia uisionis protinus significat. ¶ Et alius angelus exiit de templo quod est in celo, habes & ipse falcem acutam. Et alius angelus de altari qui habet potestatem super ignem clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros uineæ terræ, quoniam maturæ sunt uinæ eius. Et misit angelus falcem suam in terram, & uindemiauit uineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu usq; ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. ¶ Alius iste angelus uindemiam significat Christum, iam per passionem mortis acquisitam habentē potestatem in celo & in terra, quem ad modum dixit postquam resurrexit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. ¶ Hic in manu sua falcem acutam, id est, in eadem potestate sua inuitabilem habebat sententiam, uide licet, super inimicos suos Iudæos iusto iudicio proferendam, ut sicut prædixerat de illis cum iam caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes. Eiusmodi falcem habens exiuit de templo quod est in celo. Iam enim quando uenit ira eius super infelices Iudæos, circumdante illos exercitu Romano, ipse ascēderat in cælum, & intrauerat in illud templum suum non manufactum ubi nunc, sicut ipse Apostolus ait, assistit uultui dei, pronobis pontifex factus in æternum. ¶ Et alius angelus de altari qui habebat potestatem super ignem, clamauit uoce magna ei qui habebat falcem acutam dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros uinæ terræ, quoniam maturæ sunt uinæ eius. ¶ Angelus qui hæc clamat Moses recte intelligitur, qui Iudæos accusat. Ipse nanq; dominus quodam loco dixit eis: Nolite putare ego accusaturus

cusaturus sim uos apud patrem. Est qui accusat uos Moses, in quo uos speratis. Iste nimirum clamauit & accusauit botros amarissimos, scilicet, Iudæos, qui dominum totius uineæ aceto mixto cum felle potauerant, usq; in hodiernum diem accusare non desinit, exempli gratia, quoniam legitur aut canitur illud de cæico deuteronomij: De uinea Sodomorum uinea eorum, & de suburbanis Gomorra. Vna eorum uella felis & botri amarissimi. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Hæc profecto cum dicit, clamat & accusat uineam malo suo uindemiauendam. ¶ Quid autē est quod de altari clamare & super ignem potestatem habere dicitur? Tabernaculum & altare, & sancta sanctorum primus idem Moses illis fecerat, & in illo altari sic super ignem potestatem habebat, ut eo inuocante ignis a domino super holocausta descēderet, itemq; ira tota illo contra sacerdotum temerarios, & dicente ad deum, ne respicias ad sacrificia eorum, non super holocausta ignis propitiatio descēderet, imò eosdem præsumptores, uidelicet, Choro & omne concilium eius, ignis iræ dei consumeret. Et quidem de illo altari ritus ab eodem Mose Iudæis traditus, propitiatio erat usq; ad illud eorum sacrilegium, quo dominum occiderunt. ¶ Extunc autē clamante Mose, & dicente ad deum, ne respicias sacrificia eorum: omnia sancta illorum igne excidij resistentibus Romanis irrecuperabiliter excisa sunt. Mitte ergo, inquit, falcem tuam acutam, & uindemia botros uineæ terræ. Quare? Quoniam, inquit, maturæ sunt uinæ eius, id est, quoniam impletæ sunt iniquitates eius, quemadmodum per concessionem dixerat ipse paulo post occidēdus: Implete mensuram patrum uestrorum. Et post pauca: Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes, & scribas, & ex eis occidētis, & crucifigētis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachia: quem occidistis inter templum & altare. Sequitur ergo: Et misit angelus falcem suam in terram, & uindemiauit uineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnum. ¶ Nota est orbi uniuerso uindemia illa, excidium illud infelicium, quo super illos congestus est acerus omnium miseriarum, quarum ipse quoq; lectio horrore & admiratione plene sunt. ¶ Sed quid est quod cum dixisset, & uindemiauit uineam terræ, addidit: & misit in lacum iræ dei magnū: Nimirum id ipsum quod per Mosen cum præmissum esset, ignis succensus est in furore meo, adiunctū est: & ardebit usq; ad inferni nouissima. Non enim tantummodo materiali gladio uindemiauit, aut corporali tantū captiuitate captiuati sunt, sed temporali pariter & æterna damnatione damnati. Vnde & propheta per concessionem loquitur: Et duplici contritione conteret eos dñe deus meus. Hinc est quod adhuc subiungitur: Et calcatus est lacus extra ciuitatem. ¶ Quid est extra ciuitatem, nisi extra regnum dei, extra ecclesiam Christi: facti nanq; sunt de ciuitate illa cuius principem occiderunt, ac regno illo cuius regem crucifixerunt. Iccirco autem eiecti sunt, quia sic uoluerūt dicendo: Nolumus hunc regnare super nos. Cum ergo ciuitatis æternæ regem super se regnare nolentes, Romano exercitu circumdante pessundati sunt, nimirum lacus extra ciuitatem calcatus est. Et inq; inestimabilis calamitas, in cōsolabilis miseria, Non sic botris illis, quomodo alijs qui calcantur intra muros ciuitatis, & ideo pro torcularibus cantant, quia si calcantur pressuris huius mundi, non desunt in stagnum inferni, sed in apothecam domini, in illa dilectissima tabernacula dñi, in illa ubi concupiscentes desiciunt, & deficientes cōcupiscunt atria dñi. Damnationem siue contritionem illorum duplicem mirabiliter significauit uel significatam uidit: Et calcatus est, inquit, lacus extra ciuitatem. ¶ Et exiuit sanguis de lacu usq; ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. ¶ Ordo uerborum est: Et extra ciuitatem per stadia mille sexcenta calcatus est lacus, & exiuit sanguis usq; ad frenos equorum. ¶ Per stadia, inquit, mille sexcenta longe extra calcatus est. Nimirum hoc plus quam sabbathiter est. Deniq; secundū legem non plus quam mille passus in sabbatho extra progredi licet. Porro stadia mille sexcenta, ducenta sunt passuum milia. Longe ergo plus est q̄ sabbathiter. Dominus autē, apud quem tora lex spiritualis est, statum uel seculū illud, quod presentis uitæ succedit, sabbathi nomine uult intelligi dum tam populi illius prædictā tribulationem & iram, q̄ illam uox per omnes sub Antichristo futura est, prænantians: Orate autem, inquit, ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbatho. ¶ Et est sensus: Orate ne finis omnium mors uos comprehendat in infidelitatis hyeme, uel ne tunc primum conuertit & per pœnitentiā uelitis effugere iram dei, quando iam non licet operari. ¶ Igitur miseri nunq; misericordiam consecuturi, quorum tam longe extra ciuitatem calcatus est lacus, ut iam in illam non possint reuerti, quia sabbathum est illic quoniam non licet pulsū mille passus proficisci, id est, non nisi de minoribus peccatis ueniam cōsequi. ¶ Qui porro sunt equi quos usq; ad frenos sanguis exiuit, nisi spiritus maligni, qui nunc quidem quasi in frenos equi per aërem feruntur indomiti, ultimo iudicio tandem aliquando frenandi: Nimirum usq; ad frenos equorum eiusmodi sanguis illorum exiuit, quia focij & comparēs erunt dæmonum in supplicij æternis. Scripta nanque iam est sententia qua dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo & angelis eius. ¶ Et uidit aliud signum in celo magnum & mirabile, angelos septem habentes septem plagas nouissimas.

Matth. 29

Deut. 32

Quo Moses exiit de altari.

Leuit. 9 Numer. 16

Moses clamauit contra Iudæos propter occisum Christum.

Matth. 23

Duplex Iudæorum tribulatio, temporalis, scilicet, & æterna.

Deut. 32

Extra ciuitatem, extra regnum dei.

Lucæ 19

Psal. 83

Per stadia mille sexcenta, id est, per ducenta milia passuum.

Matth. 24. Ne fuga uestra fiat hyeme uel sabbatho.

Sanguis usq; ad frenos equorum.

Matth. 23 CAP. XV.

Ordo uisio num.

nouissimas, quoniam in illis consummata est ira dei. Post canticum cantatum cum agno supra montem Sion, & post uolatus magnas uoces trium angelorum quibus additur Iohannes ipse quartus est, sedente filio hominis & uindemiante uinam terrae, septem angeli habentes septem plagas nouissimas in septem phyalis, sicut postmodum scriptum est, conspicitur: quia post praefata legis & prophetarum cantica, condito Christi euangelio, iamque sedente ad dextram patris eodem Christo cuius iudicio populus Iudaicus modo supra dicto uindemiatus est, praedicatores sancti multiplicati sunt, orbemque uniuersum scientia domini repleuerunt. Meminit se nanque hic conuenit, quia libri huius partes distinguendo secundum septem spiritus domini, eum, cuius operum uisiones in praesenti conspiciuntur uisione, iam diximus sanctum esse spiritum scientiae. ¶ In phyalis ergo recte intelligitur illa profusio siue multiplicitas, de qua in Daniele scriptum est: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: simulque illa linguarum copia, de qua Dauid cum dixisset, dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam, continuo subiunxit: Non sunt loquelae neque sermones, quos non audiantur uoces eorum. ¶ Phyalae namque ore grandi exterius dilatantur unde & nomen fortiorum. Siquidem phyalae Graecae, os Latine, alin uero uitrum dicitur, & inde uasa huiusmodi dicta sunt, quod ex uitro facta, uentre mediocri contenta, ore, ut iam dictum est, patulo dilatantur. Nimirum huiusmodi uasculis praedicatores noui testamenti, apostoli siue apostolici uiri recte & simulantur, quos & mentes spiritus sanctus scientia sua intus repleuit, et ora foris dilatauit, ut sicut iam dictum est, non essent loquelae neque sermones, quos non audirentur uoces eorum, id est, ut in ore eorum omnia genera nascerentur linguarum. ¶ Et contra cantores supra dicti apud quos lex & prophetarum in una tantum Hebraea gente latebant, quique cantica illa una tantum, scilicet, Hebraea lingua cantabant siue legebant Citharis assimilantur: Quae uascula uentre distantia ore pusillo coangustantur. Ait itaque: Et uidi aliud signum in caelo magnum & mirabile. Reuera post illud signum, quo uiderat stante agno supra montem Sion stare cum illo centum quadraginta quatuor milia, cantantes canticum nouum, magnum & mirabile est hoc signum, quo, uidelicet, filio hominis uindemiante uinam terrae, angelos illos septem plagas nouissimas habere, & in illis iram dei consummare. ¶ Qui enim sunt septem isti angeli nisi uniuersi praedicatores euangelii, ueritatis nuntij: Nam quia spiritus sanctus, qui iam dictas & postmodum dicendas illis phyalas dedit, septiformis est, recte septenario numero comprehenduntur, & simul intelligitur uniuersi. Porro plagas nouissimas primarum respectu plagarum dicit, quas, uidelicet, primas septem plagas memorauimus superius, ubi septem angeli septem cecinerunt tubis. De singulis istis plagis nouissimis postmodum ordine dicendum erit, quomodo ille primae istae nouissimae dicantur & sint. ¶ Vt eruntamen & hic breuiter praetibandum est, quia plagae illae iccirco primae dicuntur, quia percusserunt corpora istae autem nouissimae, quia perueniunt usque ad animas. Vnde & notandum est quod dicit, quoniam in illis consummata est ira dei. Ira namque dei occidendo corpora inchoatur, & postquam occiderit, animas in gehennam mittendo consummat. Sequitur: Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igne, & eos qui uicerunt bestiam & imaginem eius stantes super mare uitreum mixtum, habentes citharas dei: & cantabant canticum Mosi serui dei, & canticum agni dicentes: Magna & mirabilia opera tua domine deus omnipotens, iustae & uerae uiae rex seculorum. Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Quia tu solus pius, quoniam omnes gentes uenient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. ¶ Isti referuati sunt in uasis misericordiae, & cantando salutem suam citharizando saluatoris sui gratiam, feliciter effugerunt de terra & de mari, de fluminibus fontibusque aquarum, de solis estu uel igni, de sede uel regno bestiae tenebroso, de flumine magno Eufrate, de aere siue potestatibus aeris huius, in quae omnia phyalae irae dei iam dictae postmodum effuse narrantur. Isti enim sunt, qui reuelata per euangelium ira dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, crediderunt & poenitentiam egerunt, & baptizati sunt in remissionem peccatorum. Iccirco ab illis iure filij qui credere noluerunt, narrationis ordine segregantur, & prius istorum salus, ac deinde illorum perditio narrantur. Ait itaque: Et uidi tanquam mare uitreum, mixtum igne. ¶ Hoc mare baptismi Christi sacramentum est, aqua illa, quae cum sanguine de lanceato latere eius pendens in cruce uisibiliter currebat, quae peccata omnia deleret & mundaret, sed non sine inuisibili spiritus sancti potentia siue praesentia. Recte ergo cum dixisset, & uidi tanquam mare, addidit, mixtum igne, quia, uidelicet, in baptismo, sicut iam dictum est, uisibilis aqua nil ageret sine inuisibili spiritus uirtute. Et pulchre cum dicere posset: Et uidi aquam, dicere maluit: Et uidi tanquam mare, quia nimirum baptismi Christi quo peccata forberentur, cum Rubro mari, quo Pharaon cum curribus & equitibus suis perijt, non parua uel ignota quaedam similitudo est. ¶ Nouit autem catholica fides, quia illi quoque priores citharcedi siue cantores qui supra uisi sunt stantes cum agno supra montem Sion, simul cum istis iunioribus supra hoc mare steterunt, id est, non sine aqua baptismi, non sine sanguine passionis Christi & igne spiritus sancti salui facti, uel ad perfectum adducti sunt. Neque enim illa sacramenta umbratica, uerbi gratia quod in Mose baptizati sunt

Daniel. 12

Psal. 18 Phyalae apotolisunt & uiri apostolici.

Citharis uero assimilatur prophetae & legis doctores.

Septem angelici phyalae, sunt omnes praedicatores euangelij.

Yasa miseri cordiae ab ira dei praeseruat.

Roma. 1

Mare uitreum baptismus est.

Exodi 14 Sancti patres subiege, per signas cathedizati, p passionem Christi

zati sunt in nube & in mari, & manna comederunt, & aquam de petra biberunt, non, inquam, haec & caetera figuratiua dei mirabilia, illos ad perfectum adduxerunt, sed per illa omnia quasi do patefacto, sicut iam dictum est, eius latere, & profuente aqua cum sanguine, sacramentum baptismatis conditum est. Nos enim iccirco singulatim baptizamur, quia ecclesiae quae tunc re generata est, non dum incorporati eramus, imo necdum omnino eramus. ¶ Igitur quod nunc ait: Et eos qui uicerunt bestiam & imaginem eius, id est, diabolum & omnem impium hominem imitatorem eius. Denique cuncta crimina, uniuersa peccata tam originalia quam actualia, quae cumque siue suafione siue exemplo in gessit istis, illa bestia & illa imago eius in mari isto obruitur, ipsi uero supra mare stant, id est, superstites sunt, ut transeat ad ueram terram promissionis, quam promittendo sic abscisso debat litera legis, nunc autem reuelat spiritus euangelij. ¶ Quapropter pulchre dicitur, hoc mare uitreum, quia sicut in uitro quod continetur tranflucet, sic in isto euangelij sacramento iam nil occultum est, sed quod primum in figura gerebatur, nunc in re geritur, & totum manifestum est. Sed & iccirco mare uitreum dictum recte intelligis, ut cognoscas, quia omnes qui accedunt debent esse uitrei, id est, simplices, per ueritatem purae confessionis, quia scriptum est: Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum. Qui autem scrutatur corda & renes deus, ipse uidet quae mente, quo affectu quisque stet supra hoc mare, quali uel quanta cum gratiarum actione accipiat siue respiciat mare quod pertransiit, quales uel quatos inimicos persequentes euaserit, quomodo super hoc non ingratus humili exultatione trepidet aut tripudiet in laude dei. Vnde & protinus subiungit: Habentes citharas dei, & cantantes canticum Mosi serui dei, & canticum agni. ¶ Profecto cithararum dei non manufactae sunt, qualibus homo fiducias arte dimensas superex tendit, sed cithararum pectorum fidelium, in quibus per fidem musica caelestis, id est, uerbum in habitat ueritatis, ubi chordae sunt extentae praecipitorum dei, de quilibet Psalmista dicit: Cōstremui dño in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Decem quippe legis praecipita sunt, quos sine obseruatione non placet deo quicumque hoc mare transtulit. Cum enim dixisset, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, addidit adhuc, docentes eos seruari omnia quae mandauimus uobis. Haec enim imitatio obseruare, est super hoc mare stando cantare, primum in cithara, deinde in psalterio clarius sonante, id est, primum in timore, deinde in perfecta charitate. Habentes igitur citharas dei, inquit, id est, bene operantes ad gloriam dei, non ut uideantur uel audiantur ipsi ab hominibus, sed ut glorificent patrem ipsosque qui est in caelis. ¶ Porro quod dicit, & cantantes canticum Mosi serui dei, iuxta historiam notum est, quod uel quale canticum Moses seruus dei, cum filijs Israel transito mari caetera, submerso Pharaone cum curribus & equitibus suis: Cantemus, inquit, domino, gloriose enim magnificentia est, equum & ascensorem eius proiecit in mare, & caetera. Iuxta mysticum euangelicam ueritatis intellectum, qualiter canticum hoc eis congruat qui de lauacro regenerationis ascenderunt, fere nullus ignorat. ¶ Cum ergo dixisset cantantes canticum Mosi serui dei, recte addidit, et canticum agni, quia nimirum quod sub Mose historialiter in figura gestum est illo transitu maris, hic spiritualiter in baptismo suo quo nos regenerauit, agnus dei, Christus adimpleuit. Et pulchre hoc loco scriptura praesens, filium dei, cuius in morte baptizati sumus, agnum dei nominauit, quia, uidelicet, quando Moses canticum illud cecinit, id ipsum propter quod canebat euenerat per immolationem agni, mense primo, quartadecima die mensis ad uesperam domino iubente, immolati in typum eiusdem Christi filij dei, propter peccata nostra ut ea tollerent immolandi. ¶ Magna, inquit, & mirabilia opera tua domine deus omnipotens, iustae & uerae uiae rex seculorum. ¶ Hoc nimirum est non uerbis, sensu nihilominus canticum est Mosi serui dei. Etenim canticum illo non semel sed multis uicibus in operibus illis collaudant magnificentiam domini. Gloriose enim, inquit, magnificatus est. Item: Dexteram tuam magnificata est in fortitudine. Item: Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui magnificatus in sanctitate? Ergo canticum est Mosi, cantatur enim & sensu & exemplo Mosi. Sunt autem duo maxima quae hoc breui uersiculo citharizant in uoce exultationis & confessionis, scilicet, fortitudo dei, & iustitia regis sempiterni. ¶ Nam quod dicit magna & mirabilia opera tua, fortitudinis laus: quod adiciunt iustae & uerae uiae tuae, iustitiae confessio est. Nimirum haec duo in anima confidentis, non aequalium meritorum sunt. Nam bene quidem meretur qui fortissimi spirituum dei mirabilia uidet opera, timet & laudat atque confitetur. ¶ Optime autem is qui iustitiam eius in eisde operibus, & ubi intelligit, contra calumniam rem defendere nititur, & ubi deficit, minor sensu, nihilominus cum dilectione ueneratur, & dicit illud, quod quoniam nostrum dicere docet Apostolus: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. ¶ Exempli gratia, Phari-

baptizati sunt, 1. Cor. 10

Cur mare illud uitreum dicitur.

Sapient. 1 Hier. 17

Psal. 122 Psalterium decem chordarum. Math. ult.

Math. 5

Cantantes canticum Mosi. Exodi 15

Et canticum agni.

Roma. 8 Exodi 12

Magna & mirabilia opera dei: Exodi 15

Roma. 11 Fortitudo

manifesta. Exodi 15 Iustitia oc- culta. Exodi 7 Exodi 13 1. Cor. 13 Dug uig do mini. Psal. 24 Misericor- dia. Eph. 2 Veritas. Exodi 7 Roma. 9 1. Cor. 2 1. Cor. 13 Deo resiste re nemo potest. Iohan. 9 Psal. 75 Ordo narra- tionis. Marci ult. Templi ta- bernaculi, ecclesia sub lege. Exodi 16 Psal. 75 Matth. 23 Lucae 24 Templum illud aper- tum est in coe- lo, id est, in apostolis. Psal. 18 Matth. 10 Acto. 13

tia Pharaone submerso cum curribus & equitibus suis, super quo cantatur supradictum can- ticum Mosi serui dei, cantemus domino gloriose enim magnificatus est, promptum est scire, cur domino ut uere forti canteatur: quia manifestum est fortitudinis eius mirabile opus. Vbi autem de eodem Pharaone loquitur deus, ego indurabo eorum. Itemq; ad Mosent Misere- bor cui uolueris, ibi proculdubio & fininus uidetur, credenda & confitenda est iustitia uia- rum eius. Nam inde fit, ut prius latebat, ipsa subiectionis humilitas, interdum aliqua ex parte cognoscere mereatur, donec ueniat quod perfectum est. ¶ Sunt autē ipsae uiae domini duae, al- tera misericordia, altera ueritas. Sic enim dicit scriptura: misericordiae uiae domini misericordia & ueritas. De misericordia cantant uictores isti, quia tu solus es pius, quoniam omnes gentes uenient & adorabunt in conspectu tuo. Hoc namq; gratitae misericordiae uel misericordis gratiae est, quod gentibus omnibus absq; personarū distinctione euangelizatum est ut ueni- rent, & ut hi qui erāt longe, prope fierent. Idcirco cum dixisset, quia tu solus pius es, ipsum pie- ratis opus subiunxit quoniam omnes gentes uenient, & adorabunt in conspectu tuo. ¶ Por- rō de secūda uia quae est ueritas protinus dicunt hi: Quoniam iudicia tua manifesta sunt. Subau- ditur enim, quod sint uera. Vero namq; iudicio factum est & illud quod ad supra memoratū Pharaonem dicit: quia in hoc ipsum te excitauit, ut ostendam in te fortitudinē meam, & illud quod modo superius dictum est, uindemiauit gentem Iudaicam, ut non solum modo ceci fie- rent qui prius uidebant, uerum etiam caderent in ore gladii, & captiui ducerentur in omnes gentes. Huiusmodi eius iudicia manifesta sunt, non quidē omnibus, sed eis quibus ipse per spiritum suum reuelauit, & non perfecte adhuc, sed ex parte donec ueniat quod perfectū est. Quorum secundū sensum poterat hic latus tractari, si non traheremur studio proficiscendi. Inter huiusmodi opera fortitudinis & iustitiae domini admiratōes dicunt cantores isti: Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Cum dicunt, quis non timebit, subau- diendum est, & pacem habebit: Sic enim alia scriptura dicit: Quis restitit ei & pacem habuit? Item & alibi scriptura est: Tu terribilis, & quis resistit tibi? subauditur enim nullus. ¶ Et pro- tinus causa grauisima reddidit, cur resistere posset nullus: Extunc ira tua. Et est sensus: Ex quo peccator non per infirmitatem labendo, aut per ignorantiam errando, sed per ueritatem tibi resistendo peccat, extunc ira tua, ut uidelicet, non iam dissimiles aut auersum reuocet, sed ferias atq; fortiter confringas. Igitur quis nō timebit te domine, & magnificabit nomen tuum, idem est ac si dicat: Cum tam magna & mirabilia sint opera tua domine tamq; iustae & uere uig tue, superbi & ingrati ubi parebunt? Qui enim non timet nunc, subiectione timebit, imō conturba- bitur oppressus, iuxta illud quod per Esaiam propheta in eum inuestione dicitur: Ingrede- re in petram, abscondere fossa humo à facie domini & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Post hæc uidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cae- lo, & exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo, ueluti lapide mundo candi- do, & praecincti circa pectora zonis aureis. Et unus ex quatuor animalibus dedit septem an- gelis septem phyalas plenas iracundiae dei uiuentis in secula seculorum. ¶ Post hæc, inquit, uidi subauditur id quod supra iam narrare ceperam, dixerat enim: Euidi aliud signum in cae- lo magnum & mirabile, angelos septem habentes septem plagas nouissimas, quoniam in illis consummata est ira dei. Sed cum hoc dicere ceperat, protinus omisit, pulchramq; digressio- nem fecit, ut prius id quod simul uiderat, scriberet scilicet, mare uitreum, & eos qui stando su- pra illud plagas illas gratia Christi euaserunt, & deinde ordinem plagarum earum dem, quali- ter effusae sint siue effundantur in eos qui non crediderunt, & supra mare illud stare neglexe- runt. ¶ Nam hic est ordo euangelicus: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Prius salus creditibus, dein de damnatio proposita est non creditibus. ¶ Vidi ergo, inquit, post hæc, & ecce apertum est templum tabernaculi testimo- nij in caelo. Templum tabernaculi testimonij ecclesia erat teporis anterioris, cuius ritus omnia uel ordo figuratiuus à tabernaculo testimonij initiatus est, quod fecit in eremo Moses. Hoc templum, id est, hæc ecclesia in una tantum gente Iudaea claudetur, in qua sola notus erat deus. Claudebatur loci angustis, claudetur non intellectus ceremoniarum causis mysticis atq; figuratiuis. Verum domino Iesu tradente spiritum, & in morte sua supra dictum cond- re baptismatis sacramentum, uelum templi scissum est à summo usq; deorsum, & ipse resur- gens à mortuis, aperuit discipulis suis sensum ut intelligerent scripturas. ¶ Apertum est ergo templum tabernaculi testimonij, ubi in caelo, inquit, caelum uel coeli, omnes sancti, in quibus deus habitat, & maxime apostoli sunt. De illis namq; scriptum est: Coeli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum. In caelo ergo, id est, in apostolorum cordi- bus apertum est, utpote quibus sicut iam supra dictum est, aperuit sensum ut intelligerēt scri- pturas. Itaq; sic apertum templo. Exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo. Quomodo exierunt, uel quo exierunt? Nimirum relinquendo carnales legis ceremonias de templo exierunt, imō & excutiendo puluerem pedum suorum in Iudaeos incredulos, ad gen- tes exie-

tes exierunt. Habentes, inquit, septem phyalas, id est, praedicare iussu iram & indignationem & tribulationem in omnē animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci, sic econ- trario gloriam & honorem & pacem in omnē animam hominis operantis bonum, primū Iudaei & Graeci, uidelicet, quales erant illi quos paulo ante dixit stantes supra mare, & cantantes canticum Mosi serui dei. At uero plagas eiusmodi habentes, & seculo huic nequam mala uen- tura opportune importune nuntiat, oportebat ut essent inter aduersa securi, & ad perferē- das tentationes bene praeparati. Sequitur ergo: Ueluti lapide mundo candido, & praecincti circa pectora zonis aureis. Lapis mundus & candidus Christus est, sanctus, innocens & im- pollutus. Ait autē Apostolus: Omnes qui in Christo baptizati estis, Christū induistis. Porro zona aurea circa pectora, charitas in cordibus perfecta. Nam charitas dei, inquit idem Apo- stolus, diffusa est in cordibus nostris per inhabitantē spiritum eius in nobis. Bene igitur pra- parati & praemuniti exierunt, foris cōtra persecutiones lapidei, intus contra tentationes pra- ecincti. Et unus, inquit, ex quatuor animalibus dedit septem angelis, septem phyalas plenas iracundiae dei uiuentis in secula seculorum. ¶ Tunc angelis istis phyalae datae sunt, quādo qui erant homines sine literis & idiotae, acceperunt, sicut iam diximus supra, scripturarum intelli- gentiam, & omnīū linguarum copiam. Hoc quādo & qualiter factū sit unus & solus ex qua- tuor euangelistis Lucas scribit: Cum autem, inquit, complerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodē loco, & caetera. Recte igitur phyalas unis ex quatuor animalibus dedit, quia unus tantū ex quatuor euangelistis narrauit, quomodo discipulorum & corda per scientiam, & ora per omnimodā eloquentiam tanq; phyalas dilatauit, de quibus iam supe- rius dictum est. ¶ Et illud quoq; superius dictū est, quia spiritus sanctus qui repleuit illos, se- ptiformis est. Et idcirco quibus duodecim fuerūt apostoli, imō centū uiginti discipuli super quos spiritus sanctus descēdit, recte tam eos omnes q̄ & uniuersos praedicatores, quos extunc usq; in finem seculi spiritus idem mittere nō desinit, numero suo designant septē angeli. ¶ Eiusmo- di phyalas, quod ualde terribile est, plenas dicit iracundię dei uiuentis in secula seculorum. Quid enim est dei uiuentis in secula seculorum iracundia, nisi æterni iudicij sententia, æterna peccatorū uindicta. Huiusmodi iracundia phyalae plenas sunt, eis qui nō credunt, qui ueritati contra- dicunt, qui opera iniquitatis faciūt. Hæc ira dei de caelo per ministeriū euangelistarum reuela- tur super eos. ¶ Olim nō ita plenas iracundia habebāt phyalas praecones sancti, sicut iam su- perius dictum est: In una tantū gente, in una lingua ora sua cōstringebant, & cyathi potius q̄ phyalae erant, paucis hominibus loquētes, & eisdem per figuras & aenigmata loquendo, ple- raq; subtrahētes. Istos ora linguas omnibus in uniuersum orbem terrarū dilatata sunt, ut pa- lam regibus & gentibus annūtiarent futuri iudicij imminētē iracundiam, simulq; ipsam quę iudicatura est personā, quæ dictura est his qui à sinistris eius erunt: Ite male dixit in ignē æter- num, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sequitur: Et impletū est templum fumo à maie- state dei, & de uirtute eius: Et nemo poterat introire in templū donec cōsummarentur septē plagae angelorum. ¶ Exeuntibus angelis de templo, ipsum templū fumo impletū est: quia uide- licet, praedicatores relinquētes, & relinquēdas esse docentibus carnales legis ceremo- nias, Iudaei nimirum impatiētes, suo furore excecati sunt, & hoc à maiestate dei & de uirtute eius, id est, propter praedicationē sanctae trinitatis, & propter miracula quæ uirtuose fiebant, cum praedicatione fidei huius. Sic & Esaias scribit, quia clamantibus seraphin sanctus, sanctus, san- ctus dominus deus sabaoth, impleta est domus domini fumo. Vbi enim praedicari coepit una maiestas trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, & regnū domini sedētis, ut ait idem prophe- ta, super solij excelsum & eleuatū, scilicet, ad dexterā patris, supra omnem uirtutē, & princi- patum, & potestatē, Iudaica corda suis liuor excauauit, & hic est fumus quo templum imple- tum est à maiestate dei. Neq; enim alijs nisi tātum incredulis obortus est ille fumus. ¶ Stepha- nus cum staret in medio illorum, eiusmodi fumum sibimet facientium, nihilominus clare ui- dit, imō & multo clarius uidere meruit, dum intuens in caelum dixit: Ecce uideo caelos aper- tos, & filium hominis stantem à dextris dei. Hic deniq; de cōsortio angelorum istorum erat, qui de templo exierunt, & inde accusabatur à dicentibus: Audi uimus enim eum dicentem, quod Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & immutabit traditiones quas tradidit nobis Moses. Hic quoq; phyalam habebat plenam iracundię dei cum diceret illis: Dura ceruice & incircuncisis cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto resististis, & cetera. Et nemo, inquit, poterat introire in templum donec cōsummarentur septem plagae septem angelorum. ¶ Quod est diceret: Et nemo potest conuertere populū Iudaicum, donec per totum orbem præ- dicetur Christi euangelium, quo plagosum nuntiat imminere iudicium. Et audiui uocem magnam de templo dicentem septem angelis: Ite effundite phyalas irae dei in terram. ¶ Magna uox ista est quia magna sonat iram. Hęc de templo auditur: quia cum de ceremonijs templi Iudaici exiituri essent, sicut iam dictum est, eisdem angelis mox passurus praedixerat dominus Iesus: Et cum uenerit paracletus ille arguet mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio.

2. Timot. 4

Lapis Chri- stus est, zo- na, charita- tas. Galat. 2 Roma. 5

Quādo da- te sunt phy- alae in die pentecostes. Acto. 2

Septem an- gelis, uniuersos praedica- tores.

Roma. 1 Cyathi sub lege, phya- lae sub euan- gelio.

Matth. 25

Fum? quo excaecati sunt Iudaei gloria trini- tatis. Esaias 6

Stephanus de templo exiit. Acto. 7

CAP. XVI. Vbi iubet Chrs phya- las irae ef- fundere, Iohan. 16

De peccato quidē, quia non crediderunt in me: De iustitia uero, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: De iudicio autē, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Ite ergo, inquit, & effundite phyalas irae dei in terram, id est, palam arguite mundū, et dicite quas ob causas homines qui terra sunt amando terram, dei uuentis merentur iram. Et ab hinc primus effudit phyalam suam in terram: & factum est uulnus saeuum ac pessimum, in homines qui habent characterē bestiae, & eos qui adorauerūt imaginem eius. Hic iam ad memoriā reuocandus est primariū ordo plagarum, scilicet, earum quae superius ad uoces septem angelorum tubis canentium factae sunt. Illarum namque respectu plagarum istarum nouissimae dicuntur. Ad uocem primi angeli tertia pars terrae combusta: ad uocem secundi, tertia pars maris sanguis facta: atque ad uocem tertij, tertia pars fluminū in absinthium uersa: & ad uocem quarti, tertia pars solis, lunae atque stellarum obscurata est: ad uocem quinti angeli, locustae pugnaces de puteo abyssi in terram exierunt: ad uocem sexti, quatuor angeli qui alligati erant in flumine magno Eufrate, soluti sunt: atque ad uocem septimi, uictoriosae uoces in caelo factae sunt. Eodem ordine per easdem mundi partes plagarum istarum nouissimae effunduntur. Prima namque in terram, secunda in mare, tertia in flumina & super fontes aquarū, quarta in solem, quinta in sedem bestiarum, sexta in flumen magnum Eufratem, septima effunditur in aërem. Loco putei abyssi, sedem bestiarum in hoc ordine scripsit, cetera eisdem nominibus expressit. Nunc ergo nouissimae istae primis illis conferendae sunt, singulae singulis, pariterque uidentium prout ueritas sese ostendere dignabitur, qua ratione post illas istae nouissimae dicantur uel sint. Et factum est, inquit, uulnus saeuum ac pessimum, in homines qui habent characterē bestiae, & eos qui adorauerunt imaginem eius. Bestiae, id est, diaboli character superbia est, & hinc habere recte iudicatur quis scietur & per contemptū peccat, sicut de quibusdā Apostolus dicitur quia cum cognouissent deū non sicut deum glorificauerūt, aut gratias egerunt, imò & sicut idem ait: Non probauerunt deum habere in notitia. Itaque & in eo quod sequitur, & in eos qui adorauerunt imaginē eius promptum est intelligi idololatriae scelus, quia dicit ibidem de illis Apostolus: Et immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & uolucrū, & bestiarum, & quadrupedum, & serpentium. In istis profectofactum est uulnus saeuum ac pessimum. Quod est illud uulnus saeuum ac pessimum: Propterea, inquit, irādidit eos deus in passionem ignominiae, ut faciant ea quae non conueniunt. Nam feminae eorum immutauerunt usum naturae in eum usum qui est contra naturam. Similiter & masculi relicto naturali usu feminae, exarserunt in semetipsis in inuicem, masculi in masculos turpitudine operantes, & metcedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipere. Quid hoc uulnere peius aut seuius? Ecce cum dixisset uulnus saeuum, addidit ac pessimum. Est enim non solum peccatum, sed & pessima peccati poena. Igitur primus effudit phyalam suam in terram, id est, in eos qui peccauerunt peccatum Sodomorum, quorum peccatū fuit seditio panis & otium, quos terra coepit, quae, ut scriptura refert, irrigabatur prius sicut paradisi domus, eos, inquam, redarguit & conuicit: ecce tam pessime ulceratos esse, quia deum in notitia habere non probauerunt, & palam pronuntiauit quod pro hoc peccato, imò ab hac poena peccati iure transferri debeant ad poenam ignis aeterni. Hoc modo suam istae phyalam effudit, sed nihilominus factum est in illis uulnus saeuum ac pessimum, ipsi enim huiusmodi passionibus sese exulcerare per se iterunt, post auditum futuri iudicij adhaerentes contemptum. In quo haec prima phyla & illa prima tuba differunt, ut recte illa tuba primariū, & haec phyla nouissimariū una dicatur plagarum. In eo, uide licet, quod scriptura in qua tuba illa sonauit, id est, clamor Sodomorum ad deum legitur ascendisse, nullam futuram in nouissimo die damnationis uel iudicij sententiā siue doctrinam pronuntiat, sed tantummodo quod praesentialiter atque uisibiliter factum est, narrari uel scilicet, quod corporali morte multati sunt per pluiam ignis & sulphuris. Hic contra ubi praedicatores euangelij de caelo reuelant iram, nullam in similes peccatores corporalis uisibiliter aut praesentialiter de caelo uindicta descendit, sed cominatio fit de futuro tempore, de uisibili & aeterna damnatione, dicendo: quonia qui talia agunt digni sunt morte. Quae illic pro ratione temporis tacta est futura peccatorum poena, hic palam pronuntiat: & contra quae illic acta est corporalis uel praesentialis poena, hic pro exemplo quidē commemoratur, sed non inferitur. Ergo recte illa de primis, haec plaga una dicitur de nouissimis. Notandum praeterea, quia illic tertia tantum terrae uel arborum pars combusta esse narratur, per quas, uidelicet, arbores figurata locutione homines significantur, hic autē non tertia pars hominum, sed homines saeuo ac pessimo uulnere plagati esse referuntur. Denique tam Sodomitarum quae Aegyptij necnon & Chananaei, quae gentes temporibus illis diuersa iudicia sustinuerunt, omnes de tertia parte hominum fuerunt, scilicet, de stirpe Cham, qui ex tribus filijs Noë unus fuit, quem & pater male dixit. Sed in nouissimo magni iudicij die, nunquid illa sola pars generis humani quae de Cham processit, secundum opera sua iudicabitur? Imò absque distinctione personarum uel gentium ira & indignatio, & tribulatio in omnē animā hominis operantis malū, ait Apostolus, Iudaei primū & Graeci, quo-

VII. plaga primae per VII. tubas.

VII. plaga nouissimae per septem phyalas.

Cetera in reprobū sensum datae propter contemptum. Roma. 8

Vulnus saeuum & pessimum.

Gene. 19

Differentia inter primam tubam & primam phyalam.

Roma. 1

Alia differentia.

Gene. 9

Roma. 8

ci, quorum neuter de posteris Cham, sed alter de posteris Sem, alter de posteris Iaphet. Recte igitur non, ut illic, in tertiā partem hominū, sed in homines uindicta secuta est. Et secundus effudit phyalam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortuus & omnis anima uiuens, mortua est in mari. Mare omnes illi sunt, qui elati potentia seculi, tumore imitantur Pharaonis Aegypti. Pharaonemque & serui eius Aegyptij tanquam mare tumuerunt, & fluctus suos eleuauerunt contra dominum. Nam sicut mare tumidū reciprocis intra semetipsum fluctibus confunditur, & nunc accessibus nunc recessibus effertur, tandemque in semetipso de lassatum frenatur atque sedatur, sic Pharaon uel Aegyptus, contendendo contra deum uariabatur, nunc dicens, deo, peccauimus ingrauidando rursus cor suum, quod simile erat recessui & accessui maris, tādēque congruo moribus suis elemēto, scilicet, in medio maris perijt. Omnes ergo qui similitur contentēdo contra dominū uariantur in semetipsis. Exempli gratia, de qualibus Psalmista dicit: Cum occiderit eos quae rebant eum, & reuertebatur, & diluculo ueniebant ad eum: Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autē ipsorum non erat rectū cum eo, nec fideles habitati sunt in testamento eius: omnes, inquam, qui in eiusmodi infidelitate perseverant, recte intelliguntur sub appellatione maris, & in eos effunditur phyla irae undae dei taliter, ut modo supradicta plaga nouissima sit. Etenim ubi secunda tuba cecinit, per quam intelligimus clamorem filiorum Israel qui ascendit ad deum, propter superbiam Aegyptiorum, nulla de nouissimo die iudicij, uel de poenis inferni cominatio in eos sonuit, sed tantummodo minutis presentium malorum plagis decies percussus, tandē in mari Rubro leguntur & cantantur submersi. Superbia illorum igne ardens inuicem percutitur, ubi secundo canente angelo, & tanquam mons magnus, inquit, igne ardens missus est in mare. Porro euangelij praedicatio, nihil tale inserti milibus impijs, sed futuro illos iudicio terribiliter addicit. Itaque illa ad canticū angeli demerfio montis ardetis secunda, de primis: haec effusio phyalae in mare secunda dicitur de plagis nouissimis. Et factus est, inquit, sanguis tanquam mortuus. Id est, damnatio huiusmodi impij erit sicut damnatio diaboli, qui uere iam dudum mortuus, id est, deo uiuo contrarius est. Etenim sociabatur dicente iudicite in igne aeternū, qui praeparatus est diabolo & angelis eius. Et omnis, ait, anima uiuens mortua est in mari. Quia, uidelicet, non tantū tertia pars generis humani, de qua fuerunt Aegyptij, orti sunt quippe & ipsi ex uno de posteris Cham, sicut iam dictum est, sed omnis anima indifferenter iudicabitur, quae cumque est in mari huiusmodi, siue Iudaei animi sit siue Graeci. Et recte anima quae sic moritur, uiuens mori dicitur: quia, uidelicet, uere in peccato dicitur quicunque scienter & bono inuidens, malū operatur: sic Pharaon qui non per ignorantiam, sed per inuidiam filios Israel persequabatur. Et tertijs effudit phyalam suam super flumina & super fontes aquarū, & factus est sanguis. Fluminum appellatione hoc loco illi intelligendi sunt, qui materiali quoque gladio sanctos persecuti sunt. In eiusmodi flumina fontesque aquarū tertio angelo tuba canente, stella magna ardens tanquam facula de caelo cecidit, id est, ira dei quae septem gentes ad introitum filiorum Israel Iosue duce deleuit. Illarum namque gentes odio habuerunt Israel, ex quo ascendit de terra Aegypti, sicut habes in canticō Mosi. Cum enim dixisset, dux fuisti in misericordia populo quem redemisti, & portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctū tuum, continuo subiunxit: Ascenderunt populi & irati sunt, dolores obtinuerunt omnes habitatores Philistinum, & cetera. Nondum enim pertransierant filij Israel, & illi iam torquebantur. Unde & imprecatio dicitur: Fiant immobiles quasi lapis donec pertrafeat populus tuus dñe, donec pertranseat populus iste quem possidisti. Primus Amalech bello illos aggressus est, quem pugnante orādo uicit Moses. Unde dicit Balaam filius Beor: Principium gentiū Amalech, cuius extrema perdetur. Horum iccirco nunc meminisse libuit, ne dicas eos qui arma tulerunt contra Israel, zelo & necessitate ductos omnes propter terram suam quam auferret Israel. Solam quippe terrā, in qua ius sepulchri sibi emerat Abraham, ubi cum eo & cum Sara matre sua sepulti erant Isaac & Jacob, ex promisso dei repebebat Israel. Quare ergo uenit Amalech qui erat ex Edom fratre Iacob, & pugnavit cum Israel? Quare ipse Edom exiuit armatus obuiam fratri suo? Igitur super flumina & super fontes aquarū, quoque in tertiā partē tunc ira dei cecidit, quādo tertijs angelus tuba cecinit, effudit hic tertijs angelus phyalam suam. Et factus est, inquit, sanguis. Tunc non ita factū est, sed facta est tertia pars aquarum in absinthiū, & multi homines mortui sunt de aquis, quia amarae factae sunt. Multi namque Chananaeorum qui erāt de saepe dicta tertia parte hominū, tunc superauerūt, inter quos etiam comixti sunt filij Israel, & didicerūt opera eorum, & seruerūt sculptilibus eorum, & factū est illis in scandalū. Quod utique erat aquas uerti illis in absinthiū, quae & bibētibus ita amarae factae sunt, ut propterea dei sui iram incurrerēt. Porro hic ubi effunditur nouissimae tertiae plagae, id est, phyalae tertiae, non ita est: Non tertia pars aquarū fit in absinthiū, sed diuierfali ter fit sanguis. Non enim sola posteritas Cham, qui, ut saepe dictum est, de tribus Noë filijs unus fuit, sed diuersitas gentiū percutitur aeterno iudicio addicitur per hanc tertiā phyalam iracundiae dei, ita ut iam non supersint ex eis, qui sanctos eius persequi aut sollicitare ulterius possint. Ser-

Mare potestates seculi.

Exodi 18

Iudaei dicitur ut mare. Psal. 77

Plaga secunda: tubae in Aegyptios Eodi 14. Supra 8

Plaga secunda phyalae.

Diabolus quomodo est mortuus. Math. 25

Quod anima uiuens moritur.

Flumina, per lecutores sanctorum.

Odiū Amalech et Edō contra filios Israel. Deut. 32

Exodi 17 Numer. 24

Gene. 25

Plaga phyalae tertiae. Plaga tubae tertiae.

Psal. 105

Aqua sanguis.

Angelus aquarum, id est fidelium.

Elia 23

Iohan 7

Matth. 13 Malach. 3

Cur hic nō dicitur: Et qui uenturus es.

Psal. 101

Ante oēs iudiciū sanguinis bibere digni sunt.

Matth. 26 Aqua scripturæ iudg. 5 fit sanguis.

Psal. 68

Supra 6

Stetony-mia trop. loquendi.

Supra 8

Psal. 88 Ecclesia pri orascendit de Aegypto, posterior de baptismo.

quitur: Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es, quies, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, ut digni sunt. Quis est iste angelus aquarum? Imò quales istæ aquæ sunt? Vt quæ fideles de qualibus in Esaiâ scriptum est: Aquæ eius fideles sunt: Qui ambulat, inquit, in uisitibus & loquitur ueritatem, qui projicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aurem suam ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum: iste in excelsum habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Porro aquæ fideles aquæ uiuæ sunt, quæ de uentre credentis fluunt, sicut ait earundem dator aquarum: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Ergo iste angelus aquarum ille est, cuius aquæ illæ sunt, cui data sunt, cuius de uentre fluunt, uidelicet, omnis scriba doctus in regno cælorum, omnis sanctarum fidelis interpres, siue etiam autor scripturarum, qui pro eo quod labia eius custodiunt scientiam, meretur hoc loco insigniter dici angelus aquarum: non quod secundum personam unus homo tantum, sed quod secundum fidem unus sit sensus omnium. Omnium quippe qui ueraciter in sanctarum conuersantur aqua scripturarum, unus spiritus est, & una fides, & si illas rite consulas, omnes concorditer dicunt, & in isto cōsentiant, quia deus iudex iustus est. Ait igitur angelus aquarum: Iustus es, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, ut digni sunt. Hæc descriptio æterni dei iam ante in hac scriptura frequentata est, qui eras, & qui es, & qui uenturus es. Porro tertium hoc, & qui uenturus es, iccirco non dicitur hic, quia confessio ista uisitibus dei temporis illius est, post quod iam ultra non est uenturus. Igitur quies, & qui eras, id est, qui & nunc permanes in secula, & qui eras ante secula, in quo frustrata sunt omnia, quæ nomen tuum aborbere molita sunt flumina. Es enim qui eras, & in sua firmitate stat, & persistit illa ueritas prophetica: In initio tu domine terram fundasti, et opera manuum tuarum flumen cæli ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascunt: Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Tu, inquit, qui hæc iudicasti iustus es. Quid enim iudicasti? Quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: iccirco sanguinem eis bibere dedisti, & hac retributione homicidas & sanguinarios dignos iudicasti. Nimirum in tali damnatione primi ante omnes gentes bibere digni sunt Iudæi, quippe qui non solum sanctorum & prophetarum sanguinem fuderunt, uerum etiam ipsum sanctum sanctorum & prophetarum dominum occiderunt. Iccirco iam adhuc uiuentes prægustant potum sanguinis ubique miseri, & torti conscientia crudeli, trahentes à patribus suis hæreditatem sanguinis, cum isto quasi scripto testamento: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Iccirco quicquid de scripturarum aquis bibere se putant in synagogis suis, sanguis eius fit: quia mortifero illa intellectu corrumpunt sibi metipsis, concedente illis & iudicante spiritu prophetæ cum dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Sequitur: Et audiui altare dicens: Etiam domine deus omnipotens uera & iusta iudicia tua. Apud nonnullos ita legitur: Et audiui alterum dicens: & legendo alterum, subaudi-ri uoluit uerbum siue responsum. Porro in emendationibus codicibus altare scriptum est, & hoc non frustra placet si recolas sanctos & prophetas, quorum isti sanguinem iudicasse occurrunt superius subtrus altare clamasse ad deum, ubi sic scriptum est: Et cum aperuisset sigillum quintum, uidi subtrus altare animas interfectorum propter uerbum dei & propter testimonium quod habebant, & clamabant uoce magna dicentes: Vtique domine sanctus & uerus non iudicas, & uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra: Quia uerum dicitur, audiui altare dicens, fitque sensus, audiui eos qui erant subtrus altare dicentes, non inuisita tus apud grammaticos locutionis modus est, fitque per tropum qui uisus dicitur, per id quod continet significans id quod continetur. Igitur audiui altare dicens, id est, audiui subtrus altare illos quos prius audieram non iam clamantes, & iudicium aut uindictam sui sanguinis repositæ, sed iam peracta uindicta quam exigebat, iudicantis atque uindicantis iustitia laudantes atque dicentes: Etiam dñe deus omnipotens uera & iusta iudicia tua. Vera utique in uerbo, iusta in facto. Et quartus angelus effudit phyalam suam in solem, et datum est illi estu afficere homines et igni. Illic ubi quartus angelus tuba cecinit percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, tertiaque pars stellarum. Et hic illic per solē illa dei sedes intelligitur, de qua in psalmo dicitur: Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, scilicet, ecclesia de qua uel in qua Christus est, sol iustitiæ. Verum hoc interesse didicimus, quod talis illic ecclesia significata est, qualis habens iam re promissionem nascitur ex se solis Christi, de Aegypto ascendit, percussa est atque in deserto prostrata pars eius quæ murmurauit. Hic autē talis significatur, qualis de baptismo post Christi passionem ascendit, & damnantur in ea qui sunt falsi fratres, falsi Christiani, deum se nosse confidentes, factis autem negantes. Denique in eos quoque pleno ore sua effunditur phiala, pro eo quod

eo quod sua elemosynis redimere negligunt peccata, nec faciunt sex opera misericordie, que sunt, esurientes cibare, sitientes potum dare, nudum uestire, hospitem colligere, infirmum uisitare, ad eum qui in carcere est, uenire. Qui ista non faciunt imò & facie tibus detrahunt, nunquid non et ipsi bibunt de phyalâ iracundiæ dei, ut eant in ignem æternum? Effudit igitur phyalam suam in solem, & datum est illi estu afficere homines & igni. Hoc datum est huic angelo, ut homines, uidelicet, carnales, inter quos uerbi gratia, zelus est & contentio, re darguens quod homines sint, afficiat eos malo duplici, æstu & igni, id est, præsentiali pariter & futura potestate iudicandi. Nam de illis quidē qui foris sunt dicit Apostolus, quid ad nos iudicare? subaudiendum, in presentia de illis autē qui intus sunt, nonne uos iudicatis, ait & intelligendum est tam de presentia quæ de futuro iudicij. Iudicant namque prælati iam nunc eos qui intus sunt, exempli gratia cum dicit idem Apostolus: Ego quidem absens corpore, præsens autē spiritu, iam iudicauit tradere eiusmodi hominē Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini. Taliter iudicare nimirum est homines estu afficere. Aestuant namque quodā pudoris æstu, quando à cœtu ecclesie segregantur, ita ut nec aue dicere, nec cibum liceat cum huiusmodi fumere. Quod si tali æstu correpti non corriguntur, tunc demum iustū erit ut in futuro afficiant eos igni, ut iudicio ipsorum, quonia rebelles & cōtemptores extiterunt, tradatur gehennæ igni. Sequitur: Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt poenitentiam ut darent illi gloriam. Hoc plerumque fecerunt & faciunt in omni ordine ecclesie homines eiusmodi, superbi, elati, procaces, proterui, detractores, meretriciosi, uoluptatū amatores, doctrinæ sanctæ cōtemptores, qualium omnium exemplum fuerunt Dathan & Abyron, & cæteri carne & nō fide filij Israël, quorum sicut superius in ordine septem tubarum quarto canente angelo meminimus, corpora in deserto diuersis modis prostrata sunt. Eiusmodi namque homines quādo pro suis excessibus corripuntur, æstuant æstu magno, uidelicet, irascendo, cōtradicens, contentionis, rixæ & implacabilis odij flammā contra rectores suos conspirando, secundū formam iam dictorum Dathan & Abyron, & ceterorum qui cōfunderunt aduersus Moysen & Aaron. Talium amaritudo & uerbamala quæ proferunt ex abundantia fellis, quanti sint criminis illud insinuat quod subiungitur: Et blasphemauerunt nomen dei. Quicquid enim aduersus solentos uel patres infantiunt, totum redunt ad deum, quem admodum iam dicit attestantur Moyses & Aaron. Nos enim, inquit, quid sumus quia murmuratis cōtra nos? Neque enim contra nos est murmur uestrum, sed contra dominum. Hoc ipsum præsens locus adhuc altius exprimit cum præmisso, & blasphemauerunt nomen dei, subiungitur: Habētis potestatem super has plagas. Ac si dicatur, blasphemando prælatos, & eorum contemnendo iudicialē sententiam, non ipsos sed nomen dei blasphemant, & iccirco illis culpa hæc pro blasphemia in deum iuste reputabitur: quia quod prælati propter disciplinam faciunt aut iudicant, non sua sed dei potestate uel autoritate faciunt. Quod perpendens Paulus non dubitat dicere, quod sciret esse districtus, uidelicet, pro potestate eius qui in ipso loquebatur. Ait enim: An experimētum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Recte igitur rebellio contra disciplinā in deum illis reputatur, præsertim quia de illis subditur adhuc: Neque egerunt poenitentiam ut darent illi gloriam. Cor namque impenitēs conuincitur blasphemare deum, imò spiritum sanctum, quia dum defendit iniquitatem, sine dubio pugnat cōtra deum, impugnat spiritum sancti iudicium. Hinc est illud quod ad Saul Samuel loquitur: Quoniam quasi peccatū ariolandi est, nolle auscultare, & quasi idololatriæ scelus, nolle ad quietem. Et quintus effudit phyalam suam super sedem bestie, & factum est regnum eius tenebrosum. Et cōmanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt deum cœli præ doloribus & uulneribus, & nō egerunt poenitentiam ex operibus suis. Ibi quintus angelus tuba cecinit, illic aperitur fumigantis puteus abyssi, hic autem ubi quintus angelus phyalam suam effudit, sedes bestie cōtenebrescit. In cæteris tam tubarum cātibus quæ phylarum effusionibus res fuit pre mundi nominibus eisdem proferuntur, terra, mare, flumina & fontes, sol & fluiuius Eufrates: hic appellatio uariatur, cum pro puteo abyssi sedes bestie scribitur. Quid rogo est sedes bestie, nisi illud super quod bestia innititur? Quid autē illud est nisi mendacium? Denique sicut autoritas dei non nisi ueritas est, sic fulcimentum diaboli non nisi mendacium est. Igitur sicut illic in puteo abyssi, sic & istic in sede bestie mendacium recte intelligitur. Nimirum ex quo diaboli mendacio per linguas hæreticorum se prodente, uenerabilis ordo sanctorum patrum e contra exirexit, & perfidiam illorum promptis scripturarum testimonijs conuictam, insuper æterno anathemate damnauit, extunc angelus iste suam super sedem bestie phyalam effudit. Sed quid e contra hæretici? Nunquid quieuerunt, & uictrici obtemperauerunt ueritati? Non utique imò magis insanierunt, & magis suam impietatem dilatauerunt, & in furore suo laborare fecerunt orbem terrarum. Sequitur ergo: Et factū est regnum eius tenebrosum, & cōmanducauerunt linguas suas præ dolore. Ipsi enim regnum bestie fuerunt uel fuerunt, utpote in quibus locum paratū inuenit illa sedes bestie, id est, mendacium

Tit. 1 Daniel. 4 Matth. 25

1. Cor. 3

1. Cor. 5

Actus eorum cōmunicatio per prælatos. Ibidem. 1. Iohan 1. Ignis, gehēna ad iudicatio.

Numer. 16 Roma. 10

Numer. 16

Rebellio cōtra prælatos, in deū blasphemia est.

2. Cor. 13

Defendere peccatum grauis blasphemia. 1 Reg 15

Sedes bestie mendacium.

Phyala quæta in hæreticos.

Effusa ergo phala, regnum bestiae factum est tenebrosum, quia datis sententijs iudicialibus super perfidiam hereticorum, illi furore & inuidia fumigantes amplius excecati sunt. Quomodo autem isti comandaauerunt linguas suas? Nimirum contra semetipsos sentiendo, contra se fibemeti pps dicendo, aduersus semetipsos sectarum contrarietatibus dimicando. Nam contra catholicam ppsidem ecclesiam pari & quasi concordia malignitatis spiritu depugnant, sed contra semetipsos discorsiter colligendo, haereses multas fecerunt, & ita suas quoque partes defendendo, contemendo atque rixando linguas suas comandauit. Quare: Prae dolore, inquit, id est, praee inuidia, non enim hic dolor aliter intelligendus est, quam illic ubi scriptum est: Ecce parturit in iustitia, & coepit dolere, & peperit iniquitate. Item: Cuius male dictione os plenus est, & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. Prae dolore huiusmodi linguas suas comandauit. Additur adhuc: Et blasphemauerunt deum praee doloribus & uulneribus suis. Mira res. Et blasphemauerunt, inquit, deum. Quare: Prae doloribus & uulneribus suis, id est, propter inuidias & odia priuata, quae profecto uulnera sunt non corporis, sed cordis. Hoc mirabile est, attamen uerum est. Nam exempli gratia, sicut ecclesiasticę literae testatur, propter odium in Alexandrum pontificem suum Arius presbyter in blasphemiam contra deum erupit, & ut illi scandalum concitaret, quoniaa oderat eum, & inuidebat illi, contraria de filio dei dogmatizare coepit. Igitur uniuersaliter de haeretico ueraciter dixerit: quia blasphemauerunt deum praee doloribus & uulneribus suis. Ad extremum dicit adhuc. Et non egerunt poenitentiam ex operibus suis. Quomodo isti agerent poenitentiam, qui contra spiritum sanctum uerba dicebant? Denique sicut priorum quoque patrum tradit autoritas, ille contra spiritum sanctum uerbum dicit, qui non per ignorantiam, sed per inuidiam sanctę scripturae contradicit, quae sine dubio uoces & uerba sunt spiritus sancti. Dns autem dicit: Quia quicunq; dixerit uerbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Iudicium namq; est spiritus sancti, ut qui sic peccauerit, nunq; condignam poenitentiam agere inspiret illi. Vbi autem poenitentia non praecedat, remissio non potest subsequi. Non igitur remittetur eis qui poenitentiam non egerunt neq; agere poterunt, ex operibus suis, deserti iudicio spiritus sancti, quia blasphemauerunt deum, non per ignorantiam, sed ut iam dictum est, praee doloribus & uulneribus suis, doloribus inuidiae, uulneribus odij. Et sextus effudit phala suam in flumem illud magnu Eufraten, & siccauit aquas eius, ut pararetur uia regibus ab ortu solis. Et uidi de ore draconis, & de ore bestiae, & de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos in modum ranarum procedere. Vbi sextus angelus tuba cecinit, soluti sunt quatuor angeli qui alligati erant in flumine magno Eufrate, & plaga facta corripit populum dei per quatuor principalia regna mundi, sub quibus afflicti sunt filij israel sive iuda per iudicium dei. Non fuit illa plaga de nouissimis in quibus consummatur iracundia dei: quia non animas sed corpora tradebat talibus angelis, id est, regnis terrenis. At uero haec phala in flumen effunditur iracundiae dei, in illud flumen, non ut solueretur talis angelus, sed ut siccarentur aquae eius, & pararetur uia regibus ab ortu solis. Ergo in aquam fluminis effunditur phala irę dei, & iccirco aquam talem oportet intelligi, cui rationabiliter dicatur deberi iracundia dei. Alias autem cum & mare, & flumina, & fontes aquarum in sanguine anteriores phalę damnauerint: Quid est quod flumen Eufrates propria meretur phalam, nisi quia inter caetera mala quae sunt sub sole, malum quoddam aquae fluminis diuini significat? Est enim malum cuius damnationem in anterioribus phalys nondum attigimus, quod hic & prius per aquas fluminis illius, & deinde per tres immundos spiritus in modum ranarum praestigia magorum, commeta philosophorum, fragmenta poetarum. Eorum profunda malitia & turbida loquacitas congrue per aquas Eufraus significatur. Quia, uidelicet, Eufrates Babyloniae flumen est, & per eam fluens in multa capita diuiditur, quae ipso quoque nomine suo in scripturis significare solet uniuersam generationem impiorum, contrariam generationi rectorum, ciuitatem diaboli contraria ciuitati dei. Babylon quippe interpretatur confusio. Igitur postquam in mare & super flumina fontesque aquarum phalę effusa sunt, effunditur & ista in Eufratem quia condemnationem sibi aquiserunt tyranni uel reges impium cum nationibus sibi subditis, illis quoque ira debetur qui illos demeruerunt, erroremque illis auxerunt uaniloquus, imo & scripturis suis malitiosis, mendacibus, fabulosis. Antequam super aquas huiusmodi reuelaretur ira dei de caelo per euangelium Christi, non poterat eas transire reges sancti, scilicet, hi qui principes sive autores fuerunt scripturarum ueritatis, quorum etiam seculari dignitate reges fuerunt nonnulli, quales recte dicuntur uenisse ab ortu solis, quia non uenerunt aut locuti sunt a semetipsis, sed ut loquerentur, quid loquerentur acceperunt ab illuminatione diuinitatis. Non poterat aquas illas transire reges istos, non poterat cum una lingua Hebraica occurrere Graecis facundis, disertisque Latinis gramaticis, rhetoribus, dialecticis, tor poetis, tragicis, comicis, satyricis. At ubi uenit ille spiritus ueritatis ut argueret mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio nimirum arguendo

Comandaauerunt linguas suas, scilicet, sentiendo contraria.

Psal. 7 Psal. 9

Arris blasphemiam, ex odio.

Haeretici peccant in spiritu sanctum.

Matth. 12

Plaga sexta cuba in corpora.

Plaga sexta phala in animas.

Malu sexta phala trisidum.

Eufrates.

Prophetae Eufraete non transierunt sicut apostoli.

Iohan. 10 Spis Chri

arguendo id quoque effecit, ut siccareretur tantae aquae tam magni fluminis stultam enim fecit sapientiam huius mundi. Procedente namque sapientia dei & ratione reddente de eo quod uidebatur stultum dei, quemadmodum Apostolus dicit: Nos autem praedicamus Iesum Christum, & hunc crucifixum. In dieis quidem scandalum, gentibus stultitia, ex comparatione eius stultum esse apparuit & aridum, quod eatenus graue uidebatur & profundum. Quam uilis quamque execrabilis & abiecta fuerit apparuerit illa talis sapientia seculi in oculis eorum quos ueritas illuminauit, pulchre in sua persona insinuat, ut dicitur: Et uidi de ore draconis, & de ore bestiae, & de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos in modum ranarum procedere. Spiritus immundos, ait, id est, sectas quasi sapientie & scientiae, magicae, poeticae & philosophicae, quas contrarius sancto spiritui immundus huius mundi spiritus aspirauit. Spiritus namque immundos magi praecipue patronos quo nescio infelici quodam pacto ascuerunt sibi poetae sub nominibus honestis, eos de rogant spiritus immundos aspirare sibi, sacrilega praesumptione deos appellantes cum daemones sint. Porro qui philosophos spiritus aspirauit, is quoque sine dubio immundus ex titur. An non de illis Apostolus dicit: quia dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & euauerunt in cogitationibus suis: Et uide quantam usque ad immunditiam euauerunt, qui seruitutes creaturae potius quam creatori, propterea in passionibus ignominiae suae in desideria cordis sui in immunditiam traditi sunt. Recte ergo dicitur spiritus immundi. Porro draconis nomine diabolus, bestiae uero appellatione bestiale regnum diaboli hoc loco designari recte intelligitur. Nam apud Daniele per quatuor bestias quatuor mundi principalia regna significatur, scilicet, Babylonium, Persicum sive Medicum, Macedonicum atque Romanum. De ore ergo draconis spiritus primus processit, quia magicam artem humana curiositas de confabulatione diaboli addidit. De ore bestiae sequens spiritus exiit, quia bestiali regno mundi huius ad aliam humanam mentis ignobilis reges terrenos, homines, figmentis poeticis in deos euegit, & in caelum stellarumque orbis traia tos fabulosis naniis decatauit. Pseudopropheta philosophia quoque extitit, quae phanaticorum spurcitas deorum, uerbi gratia, adulteria louis zelumque lunonis fororis & coniugis, & meretricia ueneris, & caetera talia retulit ad elementa mundi, cupiens ea, quae iam erubescere poterant homines, de dijs suis quasi interpretationibus subornare allegoricis. Vere pseudopropheta talis quisque in interpretis extitit, quia de corde suo prophetauit, & uane pudore humanum consolatur, adulteria deorum fictis & inuilibus adornando mysterijs, & in eorum mane de nihilo mitus ut seruiret creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula, amen. Vidi, inquit, de ore draconis, & de ore bestiae, & de ore pseudoprophetae exire spiritus tres immundos, & addidit adhuc. In modum ranarum. Nimirum ranae & immundae sunt & turpes, & exiguae, & quasi loquaces. In luto namque comorantes importune & quasi cum garrulitate coaxando quietem auferunt. Congrua ergo assimulatio dum ranis adaequatur, uel similes perhibetur hi qui sibi magni & eloquentes uidentur. Verbi gratia, poetae qui sibi magna sonare uidentur, sed omnino eorum materia fabulosa lutum est, & magnitudo eorum inflatio est. Quapropter quoniaa scilicet illorum, cum nulla sit, inflatur aduersus scientiam dei, pulchre satis eorum spiritui congruit illud de fabella Aesopi, ubi sufflando tentans se extendere ad magnitudinem bouis, dum conatur & pellem frustra distendit, tandem ultra uires sufflando crepuit. Denique ubi nunc illi sunt gra diloque qui se extulerunt aduersus ueram magnitudinem scientiae dei: Perijt memoria eorum cum sonitu, & dominus eorum in aeternum permanet. Quis enim loquacitati illorum hominum credit? Imo quis eorum thelogias turpes legens uel audiens non iridet? Porro magi quorum principes in Aegypto Iannes & Mambres, per incantationes suas coram Pharaone aduersus Moisen & Aaron ranas eduxerunt, & ultra non ualuerunt, modum recte dicuntur habere ranarum, ut eis similes sint quas contra deum fecerunt, ultra quas eorum praestigia non ualuerunt. Sequitur: Sunt enim spiritus daemoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terrae cogere illos in praelium ad diem magnum omnipotentis. Vere, inquit, illos spiritus immundos dixerim, sunt enim spiritus demoniorum. Nam reuera cum ueritati contraria sint dogmata eorum, nulli dubium quin omnes magnitudines imo in inflationes eiusmodi sint aspirationes demoniorum. Et procedunt, inquit, ad reges totius terrae congregare illos in praelium. Primi hoc (ut sancta narrat scriptura) iam dicti malefici illi Iannes & Mambres fecerunt. Processit enim qui in illis erat spiritus seductionis ad regem Aegypti, & fiducia signorum quae faciebant quasi similia signis uirtutis dei, auxerunt stultitiam eius, ut contra deum pugnantem pro israel auderet praelium. Tales uel simili modo caeteri malefici poetae, philosophi, congregauerunt reges totius terrae, non quidem in unum locum, sed in unum eundemque pessimae uoluntatis statum, ut praeliantur contra dominum, ut praeventi magna aestimatione illorum reges terrae, de dignarentur aut negligerent magna aestimare miracula quae serui dñi facerent, uel mirari sapientiam quam praedicarent, quoniaa & illi e contra mira facere, & magnifice ut sapientes illi loqui cōsueuissent. Praelati sunt ergo & praelium non desinunt, persequendo oes qui in Christo pie uiuere uolunt, sed malo suo, quia taliter congregati in praelium congregabuntur in iudicium.

Stultos effecit sapientes mundi. 1. Cor. 1

Spis immundi praesunt magis, poetis, philosophis.

Roma 1

De ore bestiae magica, poetica & philosophica. Philo sophia. Phantasia. Philo sophorum genitium. Ezech. 13

Roma 1

Similitudo eorum cum ranis.

Inflata scientia poetarum. 1. Cor. 10

Psal. 9

Magi quoque ranis similes.

Congregant reges non in unum locum sed in unum uoluntate uerestante deo.

2. Timot. 2

Vnde cum dixisset hic, congregare illos in praelium, addidit: Ad diem magnum omnipotentis. Nam dies omnipotentis dies erit iudicij, sine dubio magnus, sicut propheta dicit: luxta est dies domini magnus iuxta & uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, & cetera. luxta est ait ille, & uerum est. Nam etsi aliqua mora uidetur ex quo ille propheta uisit usq; ad illum diem magnu omnipotentis, at certe prope est unicusq; mors, id est, presentis uitae finis, & nescitur quando uenturus sit. Ait ergo confestim: Ecce uenio sicut fur. Malus seruus dicit in corde suo, moram facit dominus uenire. Dominus autē dicit: Ecce adiuu, cito uenio: additq; sicut fur, uidelicet, negligentibus & dormientibus formidandus. Furis namq; similitudinem ipse sibi adhibere dignatus est, dum praemisso seruis suis praecipit ut uigilent, quia nescitis, in quibus, qua hora filius hominis uenturus est, ait: Illud autē scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur ueniret, uigilaret utiq; & non sineret perfodi domu suam. Ea dem intentione uel causa qua illic dicit: Sint lumbi uestri praecincti, beati serui illi quos cum uenerit dominus inuenit uigilantes, continuo & hic subiungit: Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinē eius. Hoc propter magnum diem suum omnipotē intulit, quia praemissum erat cōgregari reges terrae in praeliū ad diem magnum omnipotētis. Sequitur: Et cōgregauit illos in praeliū in loco qui uocatur Hebraice Hermagedon. Quos illos cōgregauit: Vtiq; reges, quia de regibus cōgregatio ista scribi cepta est. Sunt autē hic diuersi imō oppositi & contrarij reges. Nam de bonis regibus praemissum fuerat, ut pararetur uia regibus ab ortu solis de malis uero subiunctum, & procedent ad reges totius terrae cōgregare illos in praeliū. Quos ergo regum istorū cōgregauit in loco qui uocatur Hebraice Hermagedon, uel quis cōgregauit tali illos in loco? Non enim singula reū aliquam praemiserat, neq; aperte distinguit quos malos a bonos congregauerit. Ergo dicitur elicit, quia malorū & bonorum cōgregatio hic illa praesignata est, de qua nō ignoramus, quia cum federit filius hominis in sede maiestatis suae, tunc congregabūtur ante eum non solum reges sed etiam omnes gentes. Illic in praeliū mirabile congregabūtur, quia, uidelicet, illic praelij malorū & bonorum mirabilis & horrendus finis statutus est. Ille status recte designatur hoc nomine, quod hic ponitur Hermagedon. Interpretatur em̄ consurrectio in priora, siue mons globosus. Cōgregationem ergo illam recte significat, ubi & sancti reges qui uenerunt ab ortu solis in priora consurgent, & ad iudicandū sedebunt, & mali reges tanq; mons globosus tollentur cum diabolo suo principe, quia tunc reuera dicitur monti huic, tollere & mittere non iam in mare, sed in profundum gehennae. Et septimus effudit phyalam suam in aërem: Et exiit uox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et illic ubi septimus angelus tuba cecinit, factae sunt uoces magnae in caelo dicētes: Factum est regnum mundi huius domini nostri & Christi eius. Itaq; & hic cum dicitur, factum est, idem intelligendū est. scilicet, regnum domini nostri & Christi eius, illa tamen cum discretionē, ut plus iracundiē dei uis uentis in hac septima phyla, quam in illa septima tuba perpēdamus. Ista namq; plaga nouissima sunt, illae autē primae: quae in eo discernuntur, quod illae uisibilium, istae inuisibilū diuersitate distinctionesq; sunt malorū. Ergo in illa septima tuba uisibilis cōflagratio uniuersi mūdi huius, in ista septima phyla recte illa plenitudo damnationis intelligitur, qua demones puniendi sunt, qui nunc per istum aërem de caelo proiecti uagātur. Nam hoc est quod dicit: Et septimus effudit phyalam suam in aërem. Id est, super cateruas siue potestates aëreas. Et recte in illos phyla effunditur septima, quia, uidelicet, quicquid malorū praecedētib; sex phyalis uindicatur, in ipsos redundat, qui malorū eorundem in centores sunt. Vnde & principatus, & potestates, & rectores mundi huius, tenebrarū harum, ab Apostolo uocantur. Cum igitur dicit magna uox ista: Factum est. Idem est, ac si dicat: In electis regnum dei adimpletum, & in reprobis ira dei cōsummata est, quia diabolus quoq; cum angelis suis in profundū inferni praecipitatus est. Et facta sunt fulgura, & uoces, & tonitrua, & terræ motus factus est magnus qualis nunq; fuit, ex quo homines fuerunt super terram talis terrae motus sic magnus. Non post illam uocem magnā dicentem, factum est, sed interim dum phyalas suas effundunt angeli, facta sunt fulgura, & uoces, & tonitrua, & terræ motus. Fulgura namq; miracula, uoces testimonia scripturarū, tonitrua cōminationes futurorū sunt malorū, quibus omnibus confirmauerunt sermonē suum angeli qui phyalas suas effuderunt, id est, praedicatores qui iudicium dei futurū praedicare missi sunt in mundū uniuersum. Porro terræ motus qui factus est sic magnus, terræ motus cordium nostrorū extitit, quae commota sunt auidita praedicatione & uangelij, in quo reuelatur ira dei. De hoc tali terræ motu Psalmista dicit: Commota est & contremuit terra, & fundamenta montiū conturbata sunt, & cōmota sunt, quoniam iratus est eis, & cetera. Talis terræ motus sic magnus nō fuit, inquit, ex quo homines fuerūt super terrā quia, uidelicet, nunquam ante Christi aduentū factum fuerat, ut praedicatores missi uniuersum cōmouerent mundū, ut caelis etarrantibus gloria dei, in omnem terram exiit sonus eorū, & in fines orbis terrę uerba eorū. Terræ motus eiusdem magnitudinem ex subsequētib; uellit in-

Sopho. 1
Lucae 12
Dies dñi ut fur ueniet. Ibidem.
Reges hic duplices sunt boni & mali.
Supra 11
In quo differunt septima tuba & septima phyla.
Effusio septime phyalae in demones. Ephe. 6
Terræ motus in cordibus hominum. Psal. 17
Psal. 18

telligi cum dicit: Et fracta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gētium ceciderunt. Ciuitas magna hoc loco generis humani uniuersitas est. Nam ne putemus iam hic eam solum intelligi diuisionem in qua deputantur tātummodo reprobi, continuo subiungit de illa & dicit: Et Babylon magna uenit in memoriam ante deum, dare ei calicem uini irae in dignationis eius. Ergo utrunque oportet animaduerti, & unum quodq; suo sensu probabiliter distinguui. Quod uniuersitas mūdi nō solum una ciuitas, uerum etiam quasi unum atrium unius fortis ante aduentū Christi extiterit, permixtū ex electis et reprobis, nota dñi nostri Iesu Christi autoritas hoc modo tradit: Cum fortis armatus custodit atriu suum, in pace sunt omnia quae possidet. Si autē fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius in quibus cōfidebat auferet, & spolia eius distribuet. Porro q; haec ciuitas ad praedicationē euangelij quo sicut iste phylae sumet effusione significat reuelatur ira dei, in tres partes diuidēda esset, ipse dñs hoc modo praedixit: Nolite putare quod uenerim pacem mittere in terrā. Non enim ueni pacem mittere, sed gladium. Veni em̄ separare hominē aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Ista sunt tres partes quas Lucas adhuc distinctius expressit his uerbis: Putatis quia ueni pacem dare in terrā? Nō dico uobis, sed separationē. Erunt em̄ ex hoc quinq; in domo una diuisi: Tres in duos, & duo in tres diuidētur. Pater in filiu, & filius in patrem suū: Mater in filiam, & filia in matrem suam: So-crus in nurum, & nurus in socrum suam. Notādum quia duo sunt, scilicet, pater & mater, id est, uir & uxor, in quos tres diuidētur: ipsi autē duo, scilicet, uir & uxor, cōtra se nequaquā propter euangelij diuiduntur. Neq; euangelij causa, imō nulla, nisi sola fornicationis causa uiro ab uxore, uel uxori a uiro discedere cōceditur. Igitur phyalis effusio iracundiā dei ciuitas magna in tres partes facta est, id est, reuelata per euangelij irā dei, alijs ad poenitentia cōfugietibus, alijs in impenitentia remanentibus, cōmunes hominum necessitudines, quae naturaliter magnae sunt, trifariam diuisae sunt, dum sibi in uia dñi non consentiunt, disceditq; filius à patre, filia à matre, & nurus à socro sua. His partibus factis dum isti conuertuntur & sunt Hierusalem ciuitas dei, illi ueris permanent, ut erant, Babylon ciuitas diaboli, profecto sunt inexcusabiles, & tunc demum peccati illos, quo fideles persequantur, deus recordatur, ut, uidelicet, sicut scriptum est: Quoniam requirens sanguinem, eorum recordatus est, non est oblitus clamorē pauperum. Sequitur ergo: Et Babylon magna uenit in memoriam ante deum, dare ei calicē uini irae in dignationis eius. Sententiam damnationis appellat calicem uini, addendo, irae & indignationis: uidelicet, ad distantiam boni & praecleari calicis, de quo in psalmo deus dicit: Et calix irae infeliciter inebriat, ut ciuitas diaboli aeterna sopiatur stultitia, sicut dicit Ecclesiastes, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia sunt apud inferos quo tu properas. Causam adhuc maiorem reddidit cur ciuitas illa talem in memoria ante deum uenerit. Ait enim: Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Idem namq; est ac si diceret: Et in eo ciuitas illa memoriam sui in malum suum suscitauit: quia persecutiones tanq; fluctus maris fugientes serui dei, absconderunt se in remotis locis, sicut & de antiquioribus sanctis Paulus congregemiscendo dicit: Circuierunt in melotis, in pelibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis, & in caernis terrae. Deniq; per insulas, ecclesias: per montes, sanctos eminentiores, significari in scripturis usitatum est. Nunquid per ipsam sanctorū fugam euangelij praedicatione cōtuit? Non utiq; imō magis inualuit. Sequitur ergo: Et grandis magna sicut talentum descendit de caelo in homines. Et iram dei de caelo super omnem impietatem hominum reuelauerunt. Haec erat grandis magna, inquit, sicut talentum: quo dicto significat unicusq; reddi quod meretur, quasi ad pondus secundum peccati sui modum. At illi qui eiusmodi sunt homines impij, & rebelles iustitiae & ueritatis, quanto plus arguuntur tanto deteriores sunt, imō interdum uerbo quoq; resistunt, & contradicunt & maledicunt. Sequitur ergo: Et blasphemauerunt homines deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta est uehementer. Quod est dicere: Et conuerterunt se ad blasphemias impij, propter insuperabilem constantiam praedicationis, & quia ratione non poterant defendi, & ueritatem male dictis, quia tantus erat in illis spiritus sapientie & fortitudinis, ut nullo modo possent exuperari. Tales primum sunt Iudaei, de quibus in Actibus Apostolorum Lucas dicit: Cum uenissent autē Macedoniae Syllas & Timotheus, infra-bar uerbo Paulus testificans Iudaeis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem eis & blasphemantibus, excutiens uestimenta sua dixit eis: Sanguis uester super caput uestrum. Mandus ego ex hoc ad gentes uadam.

uniuersitas mundi una ciuitas ante aduentū Christi. Lucae 11
Hec ciuitas in tres partes diuisa. Lucae 12
Matth. 19
Psal. 9
Duplex calix, unus praeclearus, alter irae dei. Psal. 22
Eccles. 9
Heb. 11
Deut. 25
Blasphemiam impij rum cōtra uerbu dei. Actos. 18

Falsa & aliena pulchritudo in auro & gemmis.

Potio eius, error & obliuio.

Poculū aureū, ut magis alliciat.

3. Reg. 12 Aurei uiculi Hieroboam

Gymnastiū ephoeboꝝ. 1. Macha. 1. a. Macha. 4.

Proverb. 2

Hiere. 7

Esaie 3 Quōd publicum crimē hic dicitur mysteriū.

Sāguis sanctorum & martyriū.

uerfa, misera & tabida non minus regum quam rusticoꝝ sunt mortalia corpora. Sequitur ad huc. Et inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis. Omnes istæ sunt diuitiæ mulieris, omnes isti sunt fructus humanæ cupiditatis falsæ & fallentis. Querit enim extra se humana præsumptio non suam pulchritudinem, & alienum quasi suum affectat fulgorem, dum nõ ualens mutare naturam suam quin ipsa sit lutum, rutilum sibi met circumdat aurum, lapidesq; pretiosos, & margaritas, ut interdum scabie squalens & lepra lurida, desuper talibus instrumentis ad se non pertinentibus superbissime niteat. Est autē etiam in hoc nonnunq̃ rationabili electoꝝ intentioni permolesta, eorumq; mentes multiplici tēatione fatigat. Sequitur ergo: Habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationū & immunditię fornicationis eius. Ad quid enim poculū habere in manu dicitur, nisi ut propinet & potionem suam offerat cunctis prætereuntibus: Quæ autē est potio eius, nisi error & obliuio qua recedit ad deo sensus hominis uitiorum delibutus illecebris: Poculum ergo mulier habere dicitur in manu sua plenum abominationum & immunditię fornicationis suæ: quia nimirū totus cupiditatis fructus siue effectus est, subuertere hominē rationalem, sensumq; eius funditus obruere, ut ad deo uiuo & uero mente fornicetur & corpore, traditus in anima idololatrię, subditus in corpore omni immunditię & cunctis passionibus ignominia. ¶ Et noranda pessimā intentionis in stātia: quia ut magis alliciat & citius decipiat, non ligneum aut æneum, sed aureum dicitur habere poculum in manu sua. Tale nimirū poculum tunc mulier ista corripuit, quando ad seducendos facilius oculos hominū cupidinosos atq; ambitiosos, nõ solum lapidea siue lignea, uerum etiam aurea statuerūt reges mundi simulacra, quæ colere nimirū abominationum summa, totiusq; immunditię & fornicationis principium erat. Exempli gratia: Quando Hieroboam non ligneos aut lapideos, sed aureos fecit uitulos, quosq; alterum posuit in Bethel, & alterū in Dan: tunc nimirū mulier poculum habuit aureum in manu sua, plenum abominationū & immunditię fornicationis eius: quia regnandi cupiditas quę nimia sedebat super hominē illum, per auri pulchritudinē populares decepit oculos, ut biberent fornicationem dicerēt. Isti sunt dii tui Israel qui te eduxerunt de Aegypto, ut fornicarent ad deo suum, et recederēt a domo Dauid, & a templo domini quod erat in Hierosolymis: maxime quia apud tales deos licebat illis edere & fornicari, polluere & pollui, & cunctis abominationibus atq; immunditijs afficere corpora sua in semetipsis. Eiusmodi contumelias non saltem in occulto gemis exercebant, uerum, quod deterius est, publice & passim gloriabundifrequentabant. Vnde & de quodam Iudæicę gentis homine sacrilego, in libro Machabeoꝝ scriptum est: quia secundū exemplum gentium aufuse est gymnasiū & ephoebian in Hierosolymis constituit, & optimos quosq; ephoeborum in lupanaribus ponere. Sequitur ergo: Et in fronte eius nomen scriptū, mysterium: Babylon magna: mater fornicationum & abominationum terræ. Nam idem est acsi dicat: Quia ciues ciuitatis diaboli non saltem abscondunt opera suæ turpitudinis, imò lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis. Deniq; in fronte nomen scriptū, quod est Babylon, habere, quid est, nisi opera cōfusions publica testati professione: Hinc profuturæ Iudæę per prophetam exprobrando deus dicit: Frons mulieris meretricis facta est tibi, et erubescere noluit. Recte ergo mulier hæc in fronte sua nomen scriptū habere dicitur, Babylon magna: mater fornicationum & abominationū terræ: quia ipsa est corpus siue uniuersitas impioꝝ, qui fornicationes atq; abominationes adinuenerunt, & frontosi in ipsis aduentionibus suis incedunt, de qualibus item scriptū est: Peccatū suum sicut Sodoma prædicauerunt nec abscondunt. ¶ Sed cum ita sit & taliter habeat in fronte sua scriptū, seq̃ in rebus pessimis magnificet, dicatq; quod sit Babylon magna, magnificādo fornicationes suas: quomodo ipsum in propatulo scriptū dicitur uel est mysterium? Sic enim ait: Et in fronte eius scriptū mysterium. Ergo uel ironice dictum, uel iccirco quia omnem fornicationis actum, in quo meretrix ista gloriatur, ipsa natura uult esse mysterium, id est, secretum: & licet meretricia procacitas prædicet, naturalis tamen pudor contendit fieri occultum. Hæc, ut iam supra dictum est, prima demonstrandę damnationis causa est. Sequitur, causam edicens aliam: Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyꝝ Iesu. Uiderat iam meretricis huius habitū eiusmodi: qui & si solus esset, ad damnationē eius sufficere poterat. At illa non contenta, talem esse qualem præmissa descriptio denotat, adiecit hoc aliud malum, ut sanguinem funderet sanctorum, eo quod uideret illos non esse consentiētes immunditijs fornicationū suarum. Recte igitur repetitum uisionis uerbum interposuit, dicendo, & uidi: quia non quidē aliam mulierem siue meretricem, sed eiusdem aliam iniquitatem uidit. ¶ Notandum præterea quia distinctio nem fecit sanctorum & martyrum Iesu, dicendo: de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrum Iesu: illos proprie nuncupans martyres Iesu, quos eadem meretrix occidit pro cōfessione nominis Iesu post aduentū ipsius. Cum ergo dicit, de sanguine sanctorum: subaudiendum est, prophetarum, & alioꝝ qui occisi fuerūt propter testamentū dei, anteq̃ in carne uidentur Christus Iesus: & cum subiungit, & de sanguine martyꝝ Iesu: illi manifeste designatur, qui, ut iam dictum

est, interfecit sunt pro testimonio uel confessione nominis huius, quod est Iesus. ¶ Proinde cōstat quia prima & præcipua meretricis huius portio gens Israelitica extitit, quæ sanctos prophetas occidit. Vnde & merito nomina fortitur muliebria, & fornicata fuisse cōuincitur cum regibus, de qualibus hic in damnatione meretricis huius supra scriptū est, cum qua fornicati sunt reges terrę. Ait enim dñs per prophetā: Fili hominis, duę mulieres, filię matris unius fuerunt, & fornicatę sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatę sunt. Ibi subacta sunt ubera earum, & fractę sunt māmę pubertatis earum. Nomina earū Oolla maior siue senior, & Oolla soror eius, & habui eas siue factę sunt mihi, & pepererunt filios & filias. ¶ Et nomina earū Samaria Oolla, Hierusalē Ooliba. Fornicata est igitur Oolla super me, & insaniuit siue abiit ad amatores suos in Assyrios, qui adpropinquabāt ei, uestitos hyacinthinis, principes & magistratus, iuuenes cupidinis siue electos uniuersos, equites ascēsores equoꝝ, & dedit fornicationes suas super eos, electos filios Assyrioꝝ, uniuersos, & omnium, super quos insaniuit, immunditijs siue adiuentionibus suis polluta est, insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto non reliquit. Nam & illi dormierant cum ea in adolescentia eius, & cōregerant ubera pubertatis illius, siue et ipsi de uirginauerant eam, & effuderāt fornicationē suam super illam. Ad eo carnalis Israel ad nomine uel corpore meretricis huius quæ hic dicitur Babylon non excipitur, ut taliter cum diuina autoritate cum mulieribus & meretricijs denotetur nominibus, & femineis arguatur insaniisse libidinibus. Nam nomina, inquit, earū Samaria Oolla, & Hierusalē Ooliba, ¶ Quod q̃ recte dicitur facile aduertis, si recolas quia mulier Iezabel in Samaria, & filia eius Athalia insaniuit in Hierusalē, agendo ut Israel & Iudas fornicaretur cum Baal, & occidendo sanctos prophetas. ¶ Igitur mulier ebria de sanguine sanctorum gens quoq; Israelitica est, sicut & cæteræ, imò plusquam cæteræ gentes, quia fudit sanguinem sanctorum, imò quia fudit sanguinem Christi sancti sanctorum, & inde ebria est: quia non intelligit neq; uidet, & ratio uel sensus ueritatis illi non est, imò cunctis errorum rebus præ ebrietate illaqueata est, cōpleta propheta quæ diuinæ cōcedendo iustitię, cum præmississet: Et derunt in escam meam sel, & in siti mea potauerunt me aceto, continuo subiunxit: Fiat mēsa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. ¶ Martyrū quoq; Iesu, id est, eoz qui receperūt siue perhibuerūt testimoniū Iesu credendo euangelio eius, sanguinem prior ipsa fudit, quia Stephanum protomartyrem ipsa lapidauit, & Iacobum fratrem Iohannis ad placitum eius Herodes gladio occidit, ceterosq; tunc temporis testes Iesu flagellauit in synagogis suis, & de ciuitate in ciuitatem persecuta est. Hæc iccirco dicta sint, ut non dubiū sit, aut excusari carnalis Iudaismus possit, quin illius Babylonis magnæ ciuitatis, imò sicut hic scriptū est magnæ meretricis, cuius prima fundamenta posuit Cain, qui iustum fratrem suum occidit, prima uel præcipua portio sit. Sequitur: Et miratus sum cum uidissem illam admiratione magna. Admiratio hæc cordis imperfecti est. Neq; enim cor perfectū purpuram, coccinumq; aurum, lapidesq; pretiosos & margaritas meretricis multū admiratur aut magnipendit. Num ergo Iohānes iste cordis erat imperfecti: Non utiq; sed imperfectoꝝ formam in semetipso gerit. Sic magnus & sanctus propheta Dauid nõ suo sensu, sed in eorum persona qui sunt cordis imperfecti, talē qualis ista est admirationem, exprimit, cum dicit: Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelauit super iniquos pacem peccatoꝝ uidens. Nimirum hæc & cætera quæ sequuntur, non suo, sed alioꝝ qui adhuc infirmantur sensu dicit, qui adhuc tentantur & suspirāt post uanitates seculi, uidentes se tota die flagellari, peccatores autē prosperari & pacem habere in uoluptatibus suis. Nam suo sensu quæ mirari dignaretur. ¶ Porro electis dei quicunq; meretricem illam per infirmitatem admirantur siue admirati sunt, consolatio nõ defuit aut deesse poterit spiritus sancti suggerentis eis, quod non debuērunt aut debeant super ea admirari, quodq; illa nihil dignum habeat quod quos pro felicitate admirandū sit. Sequitur ergo: Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego tibi dicam sacramentū mulieris & bestię quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem. Bestia quam uidisti fuit, & non est, & ascensura est de abyssis, & in interitum ibit. Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in libro uite: & constitutione mundi, uidentes bestiam quæ erat & non est. Hic sermo angeli non dignam admirationem redarguentis, forma est uniuersæ ueritatis, quę nos in sanctis instruit scripturis, non debere nos attendere ea quæ uidentur, sed quę nõ uidentur: quia quę uidentur temporalia sunt, quæ autem non uidentur, æterna sunt. Exempli gratia, cum dicit: Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tanquam foenum uelociter arscēt, & quemadmodum olera herbarum cito decident, & cætera. Ait ergo: Quare miraris? acsi dicat: Tu qui æterna cognoscis & æterna speras, quate zelaris, quate mouetur pe-

Gens Israēlitica præcipua portio huius meretricis. Ezech. 23

Duæ meretricis unius matris filię Samaria & Hierusalē.

Iezabel & Athalia.

Psal. 68

Martyrū q̃ Iesu sanguine Israel effudit. Actoꝝ 7 Actoꝝ 12 Actoꝝ 14.

Iohānes in persona imi perfectioꝝ hic admira tur.

Psal. 71

1. Cor. 4

Psal. 36

tur pe des tui uident do talem, id est, non ueram sed phantasticam pulchritudinem meretriciae. Simulq; ut supra pra miserat, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnae quae sedet super aquas multas, ingreditur ad consolandum eos de quorum sanguine illa sese inebriare non desinit, & dicit: Ego tibi dicam sacramentum mulieris & bestiae quae portat eam. Sacramentum hoc, id est, secretum, malum illius est, quod nunc ab oculis eius absconditum est, dum in purpura & cocino, auroq; & lapidibus pretiosis & margaritis nitet & fulget. Neque nunc interim credit aut scire uult, quod mali quippiam sibi euenire possit, sed dicit: Sedeo regina, & uidea non sum, & ignorabo fertilitatem. Sacramentum ergo, id est, secretum est, quod illi futurum est damnationis iudicium, & hoc ierico sancti set prophetis reuelatur, quorum nunc Iohannes typum gerit, ut consolentur in deo, nec moueantur pedes eorum aut zelentur, pacem, ut iam dictum est, peccatorum uident. Vnde & hoc non praeter eundem; quia tunc maxime cepit eiusdem mulieris siue bestiae damnatio reuelari, quando in captiuitatem Babylonicam ductus est populus dei, ut non mouerentur a spe sua ciues tardantis regni dei, uidentes prosperantem & quasi matutinam gloriam regni huius mundi, sub quo te nebatu captiui. Tunc enim Daniel huiusmodi uisionis rerumq; imagines uidit, quae madum in ter ca tera dicit: Et uidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius & tradita esset igni ad comburendum. Aliter quoque sacramentum mulieris & bestiae, quae portat eam, significatio eius potest intelligi, ut quod ait: Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestiae, quae portat eam, quae habet capita septem & cornua decem, idem sit ac si dicat: Ego tibi dico quid significent bestiae capita septem & cornua decem. Sequitur enim: Bestia quam uidi, fuit, & non est, & ascensura est de abyso, & in interitum ibit. Magnifice consolentur captiui filij Sion, quantumcunque tyrannizer captiuando illos crudelis & bestialis Babylonia quia bestia quam uidi, inquit, fuit, & non est. At uero deus in quo uos spera uestram posuistis d captiui & peregrini, erat, & est, & uenturus est. Sic enim & pro hac eadem intentione in initio libri huius dictum est: Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est. Consolemini igitur, quia qui pro uobis est deus, semper est; quae autem contra uis est bestia, fuit, & non est. Non enim semper est, sed omne quod agit, quod ualet aut potest, transitorium est. Ipsa esse desinit, dominus autem in aeternum permanet. Et ascensura est, inquit, de abyso, & in interitum ibit. Quod idem est ac si dicat: Crudelitate sua potentiam, quae fuit & non est, resuscitabit in Antichristo: sed cum ad modicum sae uerit, in interitum ibit: quia dominus seles interficiet eum spiritu oris sui. Et nuc quidem hoc tantum ueraciter dictum sit quia fuit, & non est tunc autem dicitur, quia fuit, quidem bestia haec & iam non est, nec erit. Et mirabuntur, ait, inhabitantes terram quorum nomina non sunt scripta in libro uite: a constitutione mundi. Quid mirabuntur illi? Nimiru illud quod ego te nolo mirari, arguens te & dicens: quare miraris? Mirentur illi qui caelum non aspiciunt, sed terra sicut corpore ita & mente inhabitant. Quorum nomina non sunt scripta in libro uite, id est, quos deus ad uitam non predestinavit a constitutione mundi, uidelicet, quando deus mundum sine genus humanum constituit, quando creatis hominibus primis benedixit eis & dixit: Crescite & multiplicamini. Quos tunc deus in libro suo non scripsit, quos tunc illa benedictione sua nasci non iussit, uel qui ad illam non pertinent benedictionem creatoris, illi mirabuntur ut haec tenus mirati sunt bestiam huiusmodi. Qui nam sunt illi? Nimirum omnes quorum causa ut nascerentur peccatorum exitit primae praenaricationis, quia propter illud nati sunt illi omnes superflui, dicente ad mulierem deo: Multiplicabo arumnas tuas & conceptus tuos. Illi mirabuntur & semper mirati sunt magnitudinem bestiae siue pulchritudinem meretricis, purpuram eius, cocinum eius, aurum eius, pretiosos lapides eius, margaritas eius. Uidentur bestia quae erat, & non est. In hoc iam stultitiae arguuntur illi imitatores dum dicitur, quae erat, & non est. Contra, tu illum mirare & mirabilem praedica, qui erat, & qui uenturus est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Ac si dicat: In his quae uidi & quae dico, sensus & utilitas later, & ille sentit qui habet sapientiam, id est, qui in scripturis sanctis exercitatus est. Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Hoc superius iam diximus, quia septem capita septem sunt regna mundi nouissima, quorum unumquodque suo tempore, sicut sacra testantur scripturae, contra regnum dei stetit ciues; eius in hoc mundo peregrinantes, uarijs tribulationibus preffit. Primum enim Aegyptiorum regnum filios Israel afflixit secundum regnum Israelitarum, iustos homines & prophetas domini Iezabel incipiente, occidit: tertium regnum Babyloniolum, Hierusalem igne succendit, & populum eius captiuaui, & tres pueros misit in caminum ignis: quartum regnum, Perlarum & Medorum, instigante Aman superbissimo, uniuersum genus Iudaeorum propter Mardocheum pene deleuit: quintum regnum, Macedonum per Antiochum Epiphanen, populum eundem crudeliter afflixit: sub quo & Machabaei fratres, mirando sunt martyrio coronati: sextum regnum, Romanorum, orbem terrarum Christianorum sanguine

Esaiæ 47
Sacramentum mulieris, damnationis iudicium.

Daniel 7

Osolatio iustorum.

a. Thess. 1

Scripti in libro uite a constitutione mundi.

Non scripti in libro uite.

Gene. 3

Tribulationes iustorum a septem capitibus bestiae.

Exodi 1
Exodi 5
Reg. 19
Daniel 3
Hester 3
Macha. 1
Macha. 5

sanguine impleuit, septimū regnū Antichristi tāta tribulatione fideles tribulabit, ut si fieri potest, in errore inducatur etiam electi. Isti sunt septē montes, id est, septē regna. Deniq; regna hec propter superbiam ipsorum qua in altū cōtra deum tumuerunt, mōtes appellauit. Vnde cū dixisset, septē capita, septē montes sunt, exponens quid dixerit, addidit: Reges septē sunt. Reges em̄ pro regnis equipollēter posuit, imō magis proprie, quia nō tam regna uel spatia terrarum q̄ reges in crimine sunt, ut bestia capita dicant & sint. Et quis multi in singulis regnis per successiones regnauerint, pulchre tamē quot regna sunt tot reges posuit, quia nō tam perfonas regnātes q̄ regias potestates numerari praesens causa flagitat. Sequitur ergo: Quinq; ceciderunt, unus est, & alius nondū uenit. Etenim quādo haec uidi Iohannes, illa mundi aetate iam & Aegyptius rex qui filios Israel oppressit, & Israeliticus rex Ahas siue Iezabel, quae uel cuius posteritas prophetas occidit, & Babylonius rex, qui populū dei captiuaui, & Perficus rex, imō qui illū in stigmatum Aman hostis Iudaeorum, & Antiochus de regno Graecorum, qui tanta tamq; nefanda gessit in illū dei populū, isti quinq; ceciderūt, in inferno sepulti fuerant. Notandum quippe quia super singulos istorum talia coelitus iudicia facta sunt, ut si cōsideres singulorum euentū, fateri nō dubites proprie dictū esse, quia ceciderunt. Deniq; rex Aegyptius cum curribus & equitibus suis in mare cecidit, sanguine Achab linxerūt canes, & comederūt Iezabel: Nabuchodonosor de regno eiecit, scenū ut bos comedit: Aman in panibulum suspēsus est: Antiochus cōpurescens impia miserabili obitu uitā finiuit. Quinq; ergo iam ceciderūt, & unus est, inquit. Quis ille unus? Nimirū rex siue imperator Romanus, qui tūc erat & in Christianos sequiebat, quando haec dicebantur. Iam quidem Nero de decorolis turpiter perierat, sed persecutio quā primus in Christianos edixerat, tūc in Romano principatu uigebat. Quāuis multi fuerint eiusdē imperij principes, Christianorum persecutores, tamē pro uno, sicut iam dictū est, regno uniuersitas illos rex unus est. Et alius, inquit, nondū uenit. Nimirum qui Antichristus erit. Vnus ille quē tunc esse dixit, & alius quem nondū uenisse asserit, ad dūtū illis quinq; qui ceciderūt, & septē sunt. Cum dixisset, & alius nondū uenit, cōtinuo subiunxit: Et cum uenerit oportet illū breue tēpus manere. Quare breue & non longū tempus oportet eum manere? Videlicet, propter electos. Erunt em̄, inquit dñs, illi dies tribulationis tales, quales nō fuerunt ab initio creature quam cōdidit deus usq; nūc, neq; fient. Et nisi breuiasset dñs dies, nō fieret salua ois caro. Sed propter electos quos elegit, breuiavit dies. Ergo cum uenerit, oportet quidē illum manere, sed tempus breue. Hic quia superbi & infirmi sumus, misericordia domini cum socia ueritate & terret nos de magnitudine aduersitatis, & refouet de breuitate temporis. Sequitur: Et bestia quae erat, & non est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum uadet. Hoc loco bestiam, unum bestiae caput intelligi oportet, quod uidelicet, caput Antichristus est. Hec, inquit, bestia & octaua est, & de septem est. Quod idem est ac si diceret: Antichristus unum idemq; bestiae caput, & octauum & septimum est. Quod nimirum stare uel intelligi non posset, nisi constaret, quia in uno eodemq; Antichristo duo quae dam sunt pariter. Etenim ille filius perditionis simul & homo & diabolus est. Itaque si solum quod exterius uidetur in Antichristo attendas, de septem est: quia de genere uel natura ceterorum regum uel impiorum hominum est. Si autē ad id respicias quod intrinsecus later, octauum caput est, quia diabolus est, qui antequam ingrediatur habitaculum illius perditū hominis, in caelo semetipsum aduersus deum erexit, & nunc usque inuisibiliter superbit. Nihilominus tamen & in interitum, inquit, uadet: quia tam facile est deo mittere in interitum hominem simul & diabolum, quā hominem simplicem uel solum, ut ueraciter dicatur de utroque, quia fuit & non est, deus autem semper est. Sequitur: Et decem cornua quae uidi, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt: sed potestatem tanquam reges una hora post bestiam accipient. De hoc iam superius dictum est, quia septem quidem regna sunt notissima de sanctarum serie scripturarum, quae contra sanctos altissimi inimicitias exercuerunt: sed eorundem regnum decem reges sunt, quia, uidelicet, unum ex illis regnum Macedonum post mortem Alexandri in quatuor successores eius per quatuor uentos caeli diuisum fuit, qui singuli diademata sibi imposuerunt, atque hoc modo decem reges facti sunt. Ierico autem superius dixit, & reges septem sunt, & nunc dicit, decem reges sunt, quia tres ex illis successoribus Alexandri nihil fecisse leguntur aduersus populum dei, sed solus ille quartus qui Syriam tenuit. Ergo numero quidem decem, sed pro actu qui ad praesentem causam pertinet, id est, pro persecutione martyrum, tantummodo septem sunt. Cum autem paulo ante dixerit, quinq; ceciderunt, & unus est, quomodo nunc dicit, qui regnum nondum acceperunt? Videlicet, mira irrisione, tāquam dicat, regnare quidem uisi sunt, & regum fastum nomenq; sibi met usurpauerunt, sed ueraciter nunquam regnauerunt. Neque enim regnum illorum uere & sit regnum, sed solius domini est regnum. Hoc ad illud spectat quod superius arguendo dixit: Quare miraris? Nam uere reges huiusmodi non mirandi, sed miseri sunt iudicandi, qui ut regnarent tot homicidia fecerunt, nanq; ceciderūt & mortui sunt, & regnum

Matth. 24
VII. regna, mōtes dicuntur propter superbiam.

Exodi 14
3. Reg. ult.
4. Reg. 9
Daniel. 4
Hester 7
1. Macha. 6
Et unus est, scilicet, Romanus.

Alius nondū uenit, scilicet, Antichristus.

Matth. 24

Antichristus ut homo, & septimauit diabolus, & octaua bestia.

In interitum uadet.

Daniel 5

Regnū nondū acceperunt, quia nunqueregnauerunt. Psal. 21
Psal. 109

Potestatis una hora accipient.

nondum acceperunt. ¶ Sed quid? Potestatem, inquit, tanquam reges una hora accipiet post bestiam. Non uere regnum, sed quasi reges quandā potestate accipient, hoc una hora post bestiam ac si dicat: Extollētiā illorum nequaquam regnum uoces aut uocari debere putes. Regnū nanq; diuturnitatē potestatis sonat: At illi nō diuturnam potestātē, sed una hora potestatem acceperūt siue accipient. ¶ Nam iccirco tēpore futuro accipient dicit, quia cū Antichristus uenerit, eorundē regum qui iam ceciderūt uires siue regna ad perfectionē sanctoꝝ reparabit. Quam autē uel qualē potestātē accipiet breuiter insinuat cū dicit: Post bestia. Idē nanq; est ac si dicat: ad effundendū sanguinem sanctoꝝ, quia potestas bestie nō uere est ad regnandū, sed ad infantiendū, ad sanguinem effundendū. Pulchre igitur & uere dicit, quia regnum nondum acceperunt. Sequitur: Hi unum consiliū habent, & uirtutem & potestatem suam bestie tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus uincet illos, quoniam dñs dominorum est, & rex regum, & qui cum illo sunt electi, & uocati, & fideles. ¶ Vnum, inquit, cōsiliū habent hi, subauditur cum Antichristo uenerit, & breue tempus nam utromnes enim conspiciant ad consensum illius filij perditionis. Quid illi reges ante aduentū eiusdem Antichristi? Nonne iam unum consiliū cum uenturo illo habuerunt? Nonne eandem intentionem? Nonne eandem uoluntatem? Deniq; quo consilio, qua intentione, qua uoluntate ille sanctos persequetur cum uenerit, eadem & rex Aegypti & cæteri, de quibus iam dictū est, suis quicq; temporibus affligerunt populū dei, uidelicet, ut nullus memor existeret unius & ueri dei, & laborabat in eis & per eos diabolus irritā facere fidem promissionis, scilicet, feminis, quod est Christus, quem patribus deus reprobauit. Hoc fuit antiquum serpentis illius consiliū, quam do primum decepit hominem, uidelicet, ut nullus saluaretur hominum, & eodem cōsilio cum cōsistens armauit, quos iam sæpe diximus Aegyptios, carnales Israelitas, Babylonios, Persas siue Medos, Macedones, siue reges Antiochos, Cæsares Romanos: tandem quicq; caput eiusdem consilij fuscitabit in illo sæpeditio homine peccati Antichristo. Vere ergo unum cōsiliū habent hi. ¶ Et uirtutem, inquit, & potestatem suam bestie tradent. ¶ Quod idem ac si dicat: Illi quod intenderunt perficere non potuerunt aut poterunt, diabolus autem cui deseruiunt, uirtutis potestatis illorum hęc edem faciet illum proprium hominem suum Antichristum, quasi id quod per illos adimplere non ualuit, saltem efficere possit per istum egregium. Sed quid? Hi cum agno pugnabunt, ait, & agnus uincet illos. ¶ Omnes iam dudum uicti sunt suis quicq; temporibus, & adhuc in uno Antichristi o simul omnes uincet. ¶ Et pulchre cum dicere possit, hi cum Christo pugnabunt, & Christus uincet illos, maluit dicere: Hi cum agno pugnabunt, & agnus uincet illos, quia nimirū primus illorum, scilicet, Agyptius rex per immolationem agni uictus est, ut filios Israel dimitteret, eosq; persequens in mari Rubromersus est. ¶ Quā uis igitur fururo tempore dicat: Hi cum agno pugnabunt, & agnus uincet illos, nihilominus & de præterito ante istum Iohannem tempore intelligendum est, quia cum agno pugnauerunt, et agnus uicit illos. Iohannes nanque hic omnī illorum typum gerit, qui ab antiquo ex quo populus dei cepit affligi sub regnis supradictis, meruerunt diuinitus consolari. Hoc mirabile imō laudabile & uerum est, quia antequam agnus isse in hunc mundū uenisset, hi cum agno pugnauerunt, & ipse uicit eos. ¶ Vnde satis eleganter in propheta iubetur uocari nomē eius, uelociter spolia detrahe, cito prædare: siue, accelera spolia detrahete, festina prædari. Quare? Quia, inquit, antequam sciat puer uocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Quod idem est ac si diceret: Puer iste qui saluator est, antequam nascēdo ueniat in hunc mundum, sciens siue expertus matrē utiq; uirginem, & Ioseph patrem optimum, ipse liberabit Israel de manu inimicoꝝ suorū. ¶ Mira acceleratio, miranda festinatio, ut nondum natus puer ipse promissionem suæ natiuitatis habentem siue expectantem populū liberet. Hoc tamen ita uerum est, ut qui istud non credit, fidelis nō sit. Oportet enim credere quia priusquam nasceretur iste puer ex matre, deus omnipotens erat cum patre. Vnde cum dixisset: Et agnus uincet illos, continuo subiunxit: Quoniam dominus dominos est, & rex regum. ¶ Nonne antequam nasceretur, Babylonios quoq; & Persas siue Medos atq; Macedones, qui cōtra se, id est, cōtra suos ueni uenturi fidem habentes pugnauerūt, eosq; captiuos tenuerunt, iste uicit? Quid enim aliud Nabuchodonozor regi siue prophetae Danieli demonstratur, quando lapis abscisus sine manibus percussit statuam grandē, & cōtrita sunt pariter aurum, argentū, & ferrum? Quid, inquam, nisi quia Christus qui est, ut dicitur, agnus, priusquam nasceretur miranda, sicut iam dictum est, festinatione uincere festinabat, suosq; electos sub illis regnis captiuos supra id quod poterant sustinere, tentari non sinebat? Qui enim postquam de uirgine natus est, ferrum, quod erat Romanum imperium, euangelicæ prædicationis uerbo tandem uicit & fregit, ipse priusquam nasceretur, aurum, argentum, id est, regna magna & fortia: Babylonium, Persicum & Macedonicum contriuit, præeunte uerbo propheticæ ueritatis. Exempli gratia: De Antiocho Epiphane Daniel prædixerat: Et sine manu conteretur, & ita factum est. Diuinitus quippe percussus inuisibili

Hi unū consiliū habent, scilicet perdere populū dei.

Antiquum serpentis consiliū.

Exodi 12 Cur ait pugnabunt, potius q̄ pugnauerunt.

Elia 2

Christus anteq̄ nascere tur ex uirgine, reges illos uicit.

Daniel 2

Daniel 2

inuisibili & insanabili plaga computruit, miseramq; uitam misere, ut dignus erat, finiuit. Igitur & agnus, inquit, uincet illos: quippe qui et prius quam nascere, uicit primos: Vnde nō dubitatur quin uincat & residuos. ¶ Victoriae eius participes sunt sancti siue electi eius: ipsi enim laborantibus, adiuuando uincit agnus. Iccirco addidit: Et qui cum illo sunt electi, & uocati, & fideles. ¶ Isti deniq; pugnat & uincunt, sed uictoriam agno attribuunt, sine quo sese nequaquam uincere potuisset aut posse sciunt. Vnde unus illorum cum dixisset: Quia plus laboraui, continuo subiunxit: Non autē ego, sed gratia dei mecum. Electi, & uocati, & fideles, ipsi sunt de quibus Apostolus dicit: Quos autē prædestinauit, hos & uocauit: Et quos uocauit, illos & iustificauit. Quos autē iustificauit, illos & magnificauit. Deniq; quos prædestinauit, ipsi hoc loco dicuntur electi. Prædestinari nanq; eligi siue prælegi est. Item quos uocauit, ipsi hoc loco dicuntur uocati. Et quos iustificauit ipsi hoc loco dicuntur fideles: quia, uidelicet, electoꝝ siue prædestinatoꝝ atq; uocatoꝝ iustitia uel iustificatio fides est. Vnde idem Apostolus post multa ueritatis argumenta dicit: Iustificati igitur ex fide habemus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum. Item quos magnificauit, ipsi hoc loco pugnat & uincere dicuntur cum agno. Talem nanque bestiam uicisse, uera magnificentia est. Sequitur: L. Aquas quas uidisti ubi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ. ¶ Merito aquarum nomine designatur populi & gentes, super quas meretrix sedet: quia nimirum pro hoc ipso quod eis domina talis prædestinat, fluxa sunt & instabiles. Cum autē dicit, populi & gentes: Proculdubio non excipiuntur Israeliticæ tribus, de quibus Balaam ariolus loquitur: Populus solus habitabit & inter gentes non reputabitur. Ergo populorū nomine hoc loco carnales tribus Israel, gentium uero uocabulo cæteræ designantur nationes. Quis enim super Israel quoq; id est, Iudaicum populū, meretricem istam sedere aut se disse dubitet? Ipsi nanq; maxime cum cupiditate mundi fornicati sunt, quippe qui fornicationem ipsorum redarguentes sanctos & prophetas occiderūt. Aque igitur & ipsi sunt, suo, uidelicet, uitio, sicut propheta dicit: Audite hęc domus Iacob qui uocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, id est, qui tantum carnis & non fidei filij estis. ¶ Cum dixisset, populi sunt & gentes, ad quid addidit, & linguæ? Hoc enim necessario consequeretur, etiam si non dixisset: quia linguæ nō loquuntur nisi populi & gentes. Cur ergo addidit dicens, & linguæ? Nisi forte ut ad memoriam nobis reuocet, quod ut diuidentur & multiplices fierent linguæ, superbia cōmeruit meretricis huius magnæ, in ipso iam pueritiae siue petulantis adolescentiæ eius tempore: Cum enim construeretur turris Babel per superbiam hominū in cœlum ascendere uolentium, à cuius nomine nunc hæc ipsa meretrix dicitur Babylon, uident hoc deus confudit linguam eorum, & inde diuisi ab inuicem recesserunt. Itaq; non frustra cum dixisset, aquæ super quas meretrix sedet populi sunt & gentes, addidit & linguæ: ut nec illud prætermitteret, qd diuisiones quoq; linguarum damnum uel plagam nobis superbia meretricis huius intulit. Sequitur: L. Et decem cornua quæ uidisti, & bestia, hi odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt & ipsam igni concremabunt. ¶ Mira assertio, mira & uehemens impiorū detestatio, Quo modo reges qui per cornua designantur fornicariā suam odisse dicuntur, cum qua ipsi fornicati sunt: Ipsi nanq; & non alij sunt reges, de quibus supra cum dixisset: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ quæ sedet super aquas multas, addidit: cum qua fornicati sunt reges terræ. Ipsi ergo qui cum illa fornicantur, illam odisse & desolatam nudamq; facere, & carnes eius manducare, & ipsam igni concremare dicuntur. Mirum hoc, attamen uerū est. ¶ Quis enim nesciat de regibus mundi quantis odijs semper fuerint inquieti? Et cui sua inquietudine fuerunt infesti, nisi ipsi cupiditati uel gloriæ mundi, cum qua utiq; fornicati sunt, præferendo illam suo creatori? Instrumenta fornicationis eorum, pulchritudines ciuitatum, & locupletū multitudines gentiū quibus imperabant, extiterunt, cæteraq; talia quæ eunq; in mundo sunt prouocantia concupiscentiā oculorum. At illi nunquam hæc in pace sua florere permiserunt, bellis omnia desolantes, turbas hominū gladio interficientes, ciuitates & castella igni concremantes. Nec uero solummodo in alterutros reges contra reges, regna aduersus regna hostili more hæc fecerunt, sed populis suis ciuitatibusq; proprijs singulis reges persæpe mala hęc intulerunt. ¶ Nam ut de cæteris taceam, quis unquam Romæ ciuitati populorū & senatū proprio imperatore suo Nerone crudelior aut nequior hostis extitit? Ille desolatam urbem fecit, ille populū & senatum occidendo, quodammodo carnes eius manducauit ille ciuitatem materiali quoq; igne concremauit, solummodo ut pulchritudine flammæ delectaretur, spectando in ea similitudine qualiter quondam arsisset Ilium, sedensq; in altissima turri Meccenatia, tali spectaculo tripudians Iliada decantabat. Tanta crudelitatis quidam reminiscens & congemiscens ita cecinit:

Non uisum quantas dederit ruinam
Urbe flammata patribusq; cæsis,
Fratre qui quondam ferus interempto

Marris effuso maduit cruore,
Heu grauem fortem, & cætera,

1. Macha. 6

Electi dñi uincēt, non per se, sed p̄ Christum. 1. Cor. 15

Roma 8

Roma 8

Populi, Iudæi: Ceteræ reliquæ nationes. Numer. 23

Elia 2
Roma 10
Cur addidit: & linguæ? quia p̄ superbiam confusa ac diuisa sunt. Gene. 6

* In bestia. Decē cornua odient illam.

Neronis odium in regnum Romanum.

Boethi de Consolat. Philoso. lib. 2. met. 6

Verum ergo est quia reges terræ qui relicto deo cum pulchritudine creaturæ mundanæ fornicati sunt, fornicariâ suam oderunt, & quale uehementissima odia ministrabant pretium suę fornicationis, illi rediderunt. Non enim est pax impij, dicit dominus. ¶ O igitur miserabilis conditio Babylonis terrenæ ciuitatis, quæ a deo fornicatur cum amatoribus, quia non saltem fornicatur cum amatoribus, sed cum hostibus, quorum & si quis amor est, tanto felle amaritudinis permiscetur, ut ipsam hostiliter dilanient cum qua fornicantur. Horum causa uel incitator malos diabolus est. Iccirco non dixit tantummodo, & decem cornua que uidisti hi odierunt fornicariam, sed & decem cornua que uidisti, & bestia, inquit, hi odierunt fornicariâ suam, & cætera. Continuo subiungit: L. Deus * autē dedit in corda eorum ut faciant quod illi placitū est, ut dent regnum suum bestię donec consummentur uerba dei. ¶ Ut faciant, inquit, quod illi placitū est. Cui illi? Videtur hoc referri ad deum, quia sic præmissum est: Dedit em̄ deus in corda eorum, & ita intelligi, ut faciant quod illi, subauditur deo, placitū est. Verum quia præmiserat: Et decem cornua que uidisti & bestia, hi odierunt fornicariâ, & deinde cum dixisset, ut faciant quod illi placitū est, addidit, ut dent regnum suum bestię, rectius refertur ad eandem bestiam, scilicet, ut faciant quod illi, subauditur bestię, placitū est: & deinde, ut dent regnum suum bestię, id est, ut totius regni sui uires impendant diabolo, faciendo uoluntatem eius, quæ semper aduersatur bono dei proposito. ¶ Quid em̄ illi faciunt nisi malum? Malum autē deo non placet, imō eos qui malum operantur ipse odit, sicut scriptura ei testis est dicens: Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Item: Quoniã non deus uolens iniquitatē tu es. ¶ Sed iterum scriptura dicit: Faciens pacem & creans malum. Intra hæc secundū ueritatis rationē, & secundum patrum orthodoxorū ueridicam autoritatē dicendum & sentendum est, quia malum illud quod est afflictio siue bellum paci contrariū, de qua dictum est, facies pacem, deus aliquando creat propter correctionē: malum autē, id est, iniquitatem siue peccatū neq; creat, neq; illi placitum est. Et est quidē uoluntatis eius, ut bellum siue aliam eiusmodi afflictionē, cum super uenerit ijs qui peccatis præcedentibus perpeti mererentur, effugere nō possint, ut autē homines mala faciant uel mali fiant, nunq̄ fuit autē est placitū illi. ¶ Queritur ergo: Si malū quod faciūt, uel hoc ipsum q̄ mali sunt, non est deo placitū, quomodo hic præmissum est, deus em̄ dedit in corda eorū: Quod dū queritur, cōsequenter uel simul & illud quaerendū est quod dicit Psalmita: Cōuertit cor eorū ut odirent populū eius, & dolum facerent in seruos eius. Illud autē sic intelligi oportet, quatenus nulla unq̄ suspicio in corde hominis locū inueniat, quasi deus odij uel doli aliquādo autor existat, quod uel suspicari dementissimū atq; impiū est. Deus em̄ neq; Pharaonē indurauit, neq; cor Aegyptiorū in odiū conuertit, uoluntatē habendo duritiæ uel odij ipsorū, sed tantūmodo bona fecit filijs Israel, multiplicādo eos in terra illa, sicut Abraham promiserat dicēs: Bene dicā tibi, & multiplicabo semē tuū. ¶ Pharao autē & Aegyptij sicut uerbita & inuidi erāt, & secundū morem inuidentij, quāto plura uel maiora dei beneficia uidebant impēdi his quibus inuidebant, tāto maiori cōtra illos odio fœuiebant. Hoc præuidens deus dicebat Moysi: Ego indurabo cor Pharaonis. Quod idem est ac si diceret: Ego quidem si gna & prodigia pro filijs Israel faciā corā Pharaone & seruis eius, sed quia inuidi sunt, hoc illis ad nihil aliud ualebit, nisi ut odio maiori cōtra eos indurentur. Hoc sensu uersiculū prædictum pater Augustinus explanat. ¶ Igitur & quod hic dictū est, deus em̄ dedit in corda ipsorum sic intelligi oportet, ut nullatenus suspicemur q̄ deus in corda quorūlibet regū illos miserit, quatenus facerēt quippiā mali, aut ipi fierēt mali, sed bona que uoluit singulis in tēpore suo fecit regnis, reges autē mundi ut superbi ita erant & inuidi, & alternā inuidebāt felicitati. Exempli gratia: Prospera fecit deus Babylonij, ut ualentiores essent gentibus cæteris. Et ne dubium sit hoc illis a deo esse datum, deus ipse in propheta dicit: Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut seruiant Nabuchodonozor regi Babylonis, & seruiant ei. Insuper & bestias terræ dedit ei. Hoc datum dei misit in cor Medis & Persis, ut pote inuidentibus & æque superbis, ut ascenderent & facerent in eos quicquid potuerunt mali, deo non resistente illis, imō permittente propter peccata Babylonis. Eodem modo postea Macedones Perfarum & Medorū felicitas cōcitauit, quam utiq; non casus sed ordinatio dei fecerat illis. Itaq; deus, inquit, dedit in corda eorum ut faciāt quod illi placitū est, ut dent regnum suum bestię, id est, felicitas alijs concessa dono dei, aliorum inuidentium corda in odium conuertit, & ita contra alterutros per inuidentiam excitati sunt, ut uniuersas regnorum suorum uires ministerio certatim impenderent malitiæ diabolicæ. ¶ Vtque quo? L. Donec, inquit, consummentur uerba dei. Id est, adimpleantur ea que deus per sanctos & prophetas suos de regnis illis futura iudicia sua prædixit. Quid enim euenturum fuerat illis quod non ante prædixerat factus ad homines sermo dei? Aut quid prædixit de illis sermo dei, nisi quod eis iuste obuenire debuit? Deniq; futurū erat & fieri iuste debebat, ut Aegyptij postquam oppressissent filios Israel, ipsi pœnas darent suæ iniquitatis, & hoc ante loquens ad Abraham deus ipse prædixit. Ait enim: Scito prænosces q̄ peregrinum futurū sit semen tuum in terra non sua, & sub-

Esaia 57
Miserabilis
conditio re-
gnorū tem-
poralium.

* Enim.

Mali face-
re, deo non
placet.
Psal. 5
Esaia 45
Deus creat
malū, non
culpæ, sed
pœnæ.

Quō deus
dedit in cor-
da eorum.
Psal. 104

Gene. 22
Quō deus
indurauit
cor Pharao-
nis.

Exodi 7
Ex bonis da-
tis dei se-
quitur est i-
udicia regū
cōtra se in-
uicem.
Hier. 23

Oīa regno-
rum gesta
prædicta
a deo pœ-
na, & in scri-
pturis præ-
dicta.
Gene. 15

& subijciet eos seruituti, & affligent eos quadringentis annis. Veruntamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia. Item futurum erat, ut reges Israel & Iuda, propter abominationes quas fecerunt, & propter sanguinem innocentem quem effuderūt, condigna recepturi forent, tandemq; Israel & Iudas in Assyrios atq; Chaldaeos traducti captiui abirent, & hoc ante per prophetas deus non semel prædixit: Ple- ni sunt libri prophetarū Esaia, Hieremias, Ezechiel quoq; uerbis domini ita prædictis: Item futurum erat ut Babylon subuerteretur à Medis & Persis, & hoc ante per eosdem prophetas, & per Danielem deus quorū prædixit: Item futurū erat ut Persæ & Medi ab Alexandro Macedone superarentur: & hoc ante per iam dictum Danielem deus præostendit & prædixit: Item futurū erat ut tam Macedones quàm cæteræ gentes cōminerentur atq; conculcarentur uiribus Romani imperij, & hoc ante eidem Danieli præostendit per bestiam quartam magnam terribilem, & fortem nimis, dentes ferreos habentem, comedentem & cōminuentem, & reliqua pedibus conculcantē. Item futurū est, ut Antichristus regna hæc omnia supergre- diatur operatione habitatiua in illo diaboli, & plus omnibus cōterat sanctos altissimi: hoc an- te nō solum in prophetis uerum etiā per semetipsum in euāgelio suo prædixit filius dei. Igitur recte & ueraciter dictū, donec cōsummentur uerba dei, quia, uidelicet, nihil egerit aut agere possunt regna mundi quasi cōtra propositū dei, q̄d deus nō præscierit imō & prædixerit. ¶ No- tanda tamē infinita cunctosq; peruerfitas cum dicitur primo: hi cum agno pugnabūt, & dein- de, hi odierunt fornicariâ & desolatam faciet eam, & cætera: quia cōcorditer quidē contra deum dimicant, & uno spiritu malignitatis in hoc sibi cōsentiunt: ad concupiscentias uero suas, uel propter cupiditatē eorum que in mūdo sunt, discorditer infamiūt, & inuicem sęquunt, & omni- bus modis a semetipsis serpentina hæc capita dissentiūt. Tandemq; angelus idem dicit: Et mul- tier quam uidisti est ciuitas magna, quæ habet regnū super reges terræ. ¶ Breui recapitulatio- ne renouat quod superius dixit, uel q̄d ipsa in fronte mulieris scriptura signauit: Babylon ma- gna, mater fornicationū & abominationū terræ. ¶ Porro quod illic dixerat, cum qua fornica- ti sunt reges terræ, hic paulisper cōmutauit dicendo, quæ habet regnū super reges terræ. Et quidem multū est illic dictū ad significandā ignominiam regū terræ, sed multo amplius hoc ualeat ad insinuandā seruilem stultitiā regum terræ cum dicitur, quæ habet regnū super reges terræ. Quid em̄? Nonne reges terræ supini incedunt & sese esse liberos cōsidunt? Sed ecce re- gnum super se habere cōprobantur: & quod turpissimū est, mulier meretrix super eos regna- re, & ceruicibus eorū incumbere rationabiliter atq; irrefragabiliter asseritur. Mentuntur ergo liberos se esse pronuntiantes: quia serui sunt, & meretriciū portant iugum, semper anhel- tes & sub onere curui, tot dominorū serui quot uitios captiui. ¶ Et post hæc uidi alium ang- elum descendentē de caelo, habentē potestatem magnā: & terra illuminata est a gloria eius, & clamauit in forti uoce dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demonio- rum, & custodia omnis spūs immundi, et custodia omnis uolucris immundæ & odibilis, quia de irafornicationis eius biberūt omnes gētes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & merca- tores terræ de uirtute deliciarū eius diuites facti sunt. ¶ Necdum is qui loquebatur angelus suū uidetur sponsonē peregrisse quia dixerat: Veni, ostendā tibi damnationē meretricis magnæ, & alius iam introducit angelus exclamās in forti uoce: & hic maxime damnationē eiusdē expri- mit meretricis, quam ille tantūmodo quæ nam esset designauit, capitāq; eius & cornua descri- psit. Hoc recte & secundū rem factū proprie per pēdis, si recolas quia meretricē hanc & prius- torus prophetalis ordo, maximeq; Daniel demonstrās contra libidines & crudelitatem eius multa declamauit: & deinde per semetipsum ueniēs filius dei, angelus magnus & fortis de q̄ propheta dicit: Et ecce ueniet ad templū suum dominator quē uos queritis, & angelus testa- menti quē uos uultis, damnationē eius in auditu orbis terrarū iam adesse forti uoce clamauit, & euāgelica manifestatione prædicauit. ¶ Nūc alium angelū pulchre de caelo descendentē se uidisse dicit, quia, uidelicet, iste de caelo per humilitatē descendit, unde quidā alius per super- biam cecidit. Hic habet potestatem magnam, inquit, quod dixisse ad rem præsentē multū atti- net, id est, ad eam que hic ostēditur damnationē meretricis. Ipse em̄ quodā loco de semetipso loquens cum dixisset: Sicut em̄ habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio uitā habere in semetipso, cōtinuo subiunxit: Et potestatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Item: Neq; pater iudicat quenq; sed omne iudiciū dedit filio. Recte ergo habentē potestatem ma- gnam dixit, potestatem faciendi iudiciū siue damnationē meretricis. ¶ Et terra illuminata est a gloria eius. ¶ Et hoc uere dictū est, quemadmodū & eo ueniēt Zacharias propheta cecinit di- cēs: Visitauit nos oriēs ex alto, illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedēt. Et ipse cū ueniēsset de semetipso dixit: Ego sum lux mūdi, qui sequit me nō ambulabit in tenebris. Itē: Quandiu in mūdo sum, lux sum mūdi: Iste illuminator angelus: Exclamauit in forti uoce, di- cēs: Cecidit cecidit Babylon magna. ¶ Vbi uel quādo angelus iste hoc clamauit? Nimis apud multā Iudæorū turbā, in istate articulo suæ passiois, qua, uidelicet, passione actū est, ut caderet ci-

Esaia 10
Hier. 27
Ezech. 12
Daniel. 7
Daniel 8

Peruerfitas
in reges ter-
ræ.

C. A. XVIIII.

Angelus hic
de caelo de-
scēdit Chris-
tus est.
Iohan. 5

Christus lux
mundi.
Luca 1
Iohan. 8: 12
Iohan. 9

CLXIII. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. XVIII.

uitas diaboli. Dixit enim: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi eiecietur foras: Hoc non quomodocumq; sed in forti uoce clamauit, id est, cõtra infirmitatem carnis confortatus ratione diuinitatis. Nam infirmabatur quidem caro ita ut diceret: Nunc anima me turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Confortauit autẽ semetipsum pro tinus, dicẽdo: Sed propterea ueni in horam hanc. Pater glorifica tuum nomen. Confortatio siue fortitudo hæc nimirum memorabilis & laudabilis est. Recte igitur & opportune dictum, quia in forti uoce clamauit. Sed quomodo non repugnant sibi partes clamoris siue dictio nis huiusmodi? Cum enim dixisset, cecidit cecidit Babylon magna, addidit: Et facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immundæ & odibilis. Quomodo & cecidit & nihilominus tamen ita clausa & munita est, ut uolucres uolare non possint? Ad hæc breuiter dicendũ clamante angelo isto, id est, patiente Christo, quæ, uidelicet passio eius clamor grandis extitit. De quo Apostolus, qui in diebus, inquit, carnis suæ preces supplicationesq; ad deum, qui illum saluum facere possit à morte, cum clamore ualido ac multis lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: taliter ad clamorem eius ciuitas diaboli cecidit, ut omnes & soli euadere ac ruinas eius trãsire possent electi, ruptis uinculis peccatorum: tam originalis quàm etiam actualium, propter iustitiam fidei ipsorum. ¶ Recte igitur & cecidit Babylon, ait, & nihilominus facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spūs immūdi, & custodia omnis uolucris immundæ & odibilis: quia, uidelicet, in electis tñ ois structura peccati, cũ cõtraq; mortis & inferni potestas corrui in reprobis, & dñatio peccati, & pœnalis inferni carcer persistit. ¶ Quod dixit, habitatio dæmoniorum, hoc repetiuit dicẽdo & custodia omnis spiritus immūdi. Demones quippe spūs immūdi sunt. Et quã ob rem repetiuit? Videlicet, quia damnati angeli qui sunt dæmones siue spiritus maligni, duplici pro causa pœnas dabunt. Altera causa est, quia in cœlo cõtra creatorẽ superbierunt. Altera, quia genus humanum prima per serpentẽ præuacatione deceptum, cunctis uitiorum fordidibus polluerũt. Propter istam dæmones, hoc est, scientes, quia contra scientiam dei sese extulerunt: propter istam causam spiritus immūdi dicuntur, quia spurcissimi sunt: quia, sicut iam dictum est, genus humanũ per suas suggestiones multimodis immun dicitur atq; ignominie passionibus affecterunt. ¶ Porro uolucres immundæ & odibiles omnes superbi tam dæmones quàm homines recte intelliguntur. Volatus namq; uolucrum, leuitatem atq; unitatem significat superbientium. Nec uero qualibuscunq; uolucris, sed immundis assimilantur. Verbi gratia, nocturnis siue upupis, quæ ster coribus humanis insidere delectantur, atq; iccirco recte in mundæ & odibiles habentur. Taliscunq; uolucris Babylon facta est custodia, & sicut per Esaia dictum est, non poterit auolare de angustia. Causa siue ratio ruinæ quæ subiungitur, manifesta & superiorum partim exposita est: Quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt: & quia de delicijs eius mercatores terrę diuites facti sunt. ¶ Triahic dicuntur, quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, quia reges terræ cum illa fornicati sunt, & quia delicijs eius mercatores terrę diuites facti sunt. ¶ Causę summa, totum fornicationis opprobrium, regibus imputatur, & hi sa pius in hac lectione fornicatiõis eius dem scelere denotãtur. Et merito, quia, uidelicet, quod meretrix illa docuit non solum susceperũt, uerum etiam imperij sui decreto simul & gladio roborauerunt. Porro gentes quæ regibus subiectæ siue pro imperio illorum, siue sponte sua pro deo, monstra coluerunt: recte de ira, inquit, fornicationis eius biberunt. Non ait tantũ de fornicatione eius, sed de ira fornicationis eius biberunt: quia, uidelicet, fornicationem qua coluerũt & seruierunt creaturę potius quàm creatori, protinus ira dei subsecuta est, ut dereliqueret eos, & traderet passionibus ignominie, traderet eos in desideria cordis eorum in immunditiam, ut traderet eos in reprobum sensum, ut facerent ea quæ non conueniunt. ¶ Nunquid uero contestanter dicitur, quia mercatores terrę de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt, & non potius iñdem mercatores sic falso arbitrari esse culpantur? Deniq; non ipsa Babylon, id est, ipsa cupiditas radix omnium malorum, & quicunq; cupiditati præ sunt, maligni dæmones atq; peruersi homines orbis terrarum seductores, qualium uniuersitas hic Babylon dicitur, & magna fornicationum mater non, inquam, peruersitas talium, sed unius dei bonitas etiã bona eiusmodi, de quibus mercatores terrę ditati sunt, creauit & dedit: ipsi autem aliter sunt arbitrati. Vnde recte de talibus deus per prophetam dicit: Et filijs illius non miserebor, quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum. Confusa est quæ concepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & oleum meum, & potum meum. Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum, & uinum, & oleum, & argẽtum multipli caui ei, & aurum quæ fecerunt Baal. ¶ Sed & quod non dixit tantũ de delicijs, sed de uirtute, inquit, deliciarũ eius diuites facti sunt, stultitiam denotat ipsorum, apud quos paupertas probro habetur, & uelut immane contemnitur uitium, diuitiarum autẽ abundantia uirtus existimatur, cum e contra Ethnicus quoq; dicat:

Vilius

Vilius argentum est auro, uirtutibus aurum. ¶ Notandum tamen qd non contentus est dixisse semel tñ cecidit Babylon, sed geminato casus uel ruine uerbo, cecidit cecidit, inquit, Babylon. Et quidẽ repetitio affirmatio est, sed & præter hoc sciendũ, quia Babylon hæc, clamante angelo clamorem superaddidit, id est, patiente Christo pro salute omnium, utrobicq; cecidit, tam apud inferos q; apud superos, id est, uiuẽtes, corrui. Deniq; & potestas eius infernalis contracta mortuos amittit, ut sanctos; populus qui tenebat in morte captiuus, de illis exiret claustris & uinculis, & salutas eius deu data est atq; subuerfa hic apud uiuẽtes in dæmonũ templis atq; simulacris, ut qui tenebãtur in diuersis erroribus à diabolo captiui, exirent ad deũ uiuum per euangelicã prædicationẽ de tenebris suis ad lumẽ uerũ euocati. Recte ergo geminatũ est uerbũ, quæ illic uis mortis, & hic dæmonũ cultus cecidit. ¶ Et audiui aliã uocẽ de cœlo dicentẽ: Exite de illa populus meus, ut nec participes sitis delictorum eius, et de plagis eius nõ accipiat, quoniam peruenit peccata eius usq; ad cœlũ. Et recordatus est dñs iniquitatũ eius. ¶ Postq; angelus ille clamauit, aliam uocẽ de cœlo audiui, inquit, quia postq; ipse Christus euangelizauit atq; passus est, spūs sanctus de cœlo uenit, & linguas alias apostolis Christi dedit. Extic trũphus dñicæ passionis cepit annũtiari uniuerso orbi, extic in oēs gentes pœnitentia & remissio peccatorum: cepit prædicari. Exite ergo, inquit, uox ista de Babylone populus meus, id est, agite pœnitentiã, & unufcuiq; uerũ in nomine dñi baptizetur. Hoc em ueraciter de Babylone exire est. ¶ Populus aut meus, id est, o tu ois qui ad uitam æternã es præordinatus. Nam fortis quidẽ omnibus prædicatur, & plerunq; reprobis quoq; quasi ad credendũ perducitur, sed inuis in proposito dei soli electi requiruntur. ¶ Et quid intẽ dat dicendo, exite: pulchre diffinit, subiungendõ ut non participes sitis delictorum eius, & de plagis eius nõ accipiat. Nõ ergo de loco ad locũ exire iubent, sed uitã mutare, ut relictis peccatis & supradictis fornicatiõibus eius, cõsequenter & cõdigne plagarũ quoq; eius immunes habeãtur. Quoniã, inquit, peruenit peccata eius usq; ad cœlũ, id est, quoniam fornicãdo, & sanguine sanctorum sese in ebriando ad hoc usq; peruenit, ut ipsum occideret cœli regẽ & dominũ. Et ob hoc recordatus est, ait dñs iniquitatũ eius, id est, diẽ statuit iudicij uniuersalis, in quo iniquitates eius puniãtur. Vnde & sequitur: L Reddite illi sicut ipsa reddidit uobis, & duplicate duplicia secundũ opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi dupli. ¶ Quantũ glorificauit se, & in delicijs fuit, tñ date ei tormentum & luctũ. ¶ Qui nam sunt hi qui reddere illi, sicut ipsa reddidit eis, & secundũ opera eius duplicia duplicare iubentur, nisi hi qui cum dño sedente ad iudicandum in sede maiestatis suę sedebũt, & ipsi iudicarijs sedibus, uidelicet, sancti & martyres Iesu, quos uerbis sanguine hæc meretrix superius ostenditur: Reddite ergo, inquit, illi sicut ipsa reddidit uobis, id est, cõdemnate illam sicut ipsa sanguinẽ uestrum innocentẽ condemnauit, Parum erat dixisse, sicut ipsa reddidit uobis, nisi addidisset protinus, & duplicate duplicia secundũ opera eius. Constat enim, quia dum hæc sanctos persequitur & martyres Iesu, corpus tñ occidit, & post hæc non habet quid faciat, ipsi autẽ potestatem hanc in iudicio cum eodem dño Iesu habent, ut corpus & animã mittant in gehennã. Bene ergo, duplicate duplicia, inquit, secundũ opera eius. Itẽq; & in poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Cõtinuoq; ait: Quantũ glorificauit se & in delicijs fuit, tantũ date ei tormentum & luctum. Pro gloriatione qua se extulit, luctum: pro delicijs quibus inordinate usa est, date illi tormentum. ¶ Duę istę damnationis eius causę sunt: altera, quia sanctis & martyribus Iesu mala reddidit, dum sanguinẽ eorum fudit; altera, quia affluxit in delicijs & fornicationibus suis: quæ, uidelicet, causę & superius perscriptę, & hic ordine præpostero repetitę sunt. Summa reatus eius nota, ut peccati eius interminabilis sit superbia eius, quia, uidelicet, non ut quocumq; peccat aut fornicatur, sed in peccatis & fornicationibus suis gloriatur siue glorificat se. Vnde adhuc subdit: Quia in corde suo dicit: Sedeo & regina, & uidua non sum, & luctum nõ uidebo. ¶ Deo in una die uenient plagę eius, mors, & luctus, et fames, et igne cõburetur, quia fortis est deus qui iudicauit illã. ¶ Quod taliter & sic dicat in corde suo, sedeo regina, & cetera: & quicirco plagas istas sustinere habeat, prophetica iam dudũ firmavit ueritas. Nam in Esaia propheta dicitur illi inter cætera: Descende, sede in puluere uirgo, si lia Babylonis, sede in terra. Virgo grauissima cum ironia dicitur illic: nam hic ueraciter pronuntiator meretrix. Subinde dicitur ei: Dixisti: In sempiternũ ero dña. Non posuisti hæc super cor tuum, neq; recordata es nouissimi tui. Et nũc audi hæc delicata & habitãt cõfidenter, quę dicis in corde tuo: Ego sum, & præter me nõ est amplius. Non sedebo uidua, & ignorabo sterilitatem. Veniet tibi hæc dum subito in die una, sterilitas & uiduitas, & cetera. ¶ Itaq; propter superbiam, quia nõ quomodocunq; peccat hæc meretrix, sed superbiẽdo peccat, & peccãdo superbit & exultat, quod nõ ita ut ciuitas dei, quæ in hoc mũdo peregrinat, uidua sit, cũ sit meretrix: multi reges cũ ea fornicentur, tanq; hoc sit matrimoniu legitimu beata reginæ potentis & dominatũ. Propter hoc, inquam, iustum & irprehensibile est iudicium ut ueniant plagę istę super eam, mors, & luctus, & fames, & æterno comburatur igni. ¶ Hęc uero sententia dubitabilis est quin certum debeat habere effectum: quia fortis, inquit, est deus qui iudicauit

Cur ait hic, cecidit cecidit. Alia uox de cœlo spūs sanctus est in uarijs linguis. Actio 2. Exire, id est, uitam mutare. Matth. 9. Reddito ei duplicia. Luca 12. Duę dñationis eius causę. * Vt regina. Esaia 47. Babylo iro nice uirgo. Ibidem. Iusta in eã sententia. * Nec.

dicaui illam, & semel uoce uel scripto prolata, non impotes est adimplere sententiam. Et flebunt, & plagent se super illam reges terre, qui cum illa fornicati sunt, & in delicijs uixerunt. Et cum uiderint fumum incensij eius, longe stabunt propter timorem tormentos eius, & dicent: Vix uae ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam una hora uenit iudicij tuum. Hic iam meminisse iuuat scripti illius siue uoluminis de quo in ezechiele propheta scriptum est: Et uidi, & ecce manus missa ad me in qua erat inuolutus liber, & expadit illam coram me, qui erat scriptus intus & foris, & scripte erat in eo lametationes & carme, & uox. Ille nanq; liber, ois scriptura diuinitus inspirata est, qui coram propheta expaditur, quia fidelis uiro gratia christi aperiete intelligibilis reddit. In illo libro scripte sunt lametationes, & carme, & uox: quos, uidelicet, triu, carmen & uox opposita sunt, lametationes uero quasi medicum obtinent locum. Carmen quippe sempiternum sanctis & electis in futuro seculo sancte scripturę repromittit: Vix autem omnibus impijs, quales in isto loco denotatur reges terre qui cum meretrice fornicati sunt & in delicijs uixerunt, & mercatores terre, qui de uirtute deliciaru eius diuites facti sunt. Porro lametationes poenitentiu sunt, qui in presentis peccata sua temporaliter lamentantur, ne perueniant ad illud uox sempiternum. Hęc oia, scilicet, lametationes, & carmen, & uox, scripturę huius presentis locus simul congregata studiose legentibus demonstrat. Cum em dicitur: Exite de illa populus meus, ut ne participes sitis delictos eius, et de plagis eius non accipiatis poenitentia, sicut iam ante dictum est, in oes gentes predicat, quod nimirum lamentari est. Vix autem manifestius, quod impijs est, hic exprimit, cum ipsi dicunt: Vix uae ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam una hora uenit iudicij tuum. Et rursum: Vix uae ciuitas illa magna que amicta erat bysso, & purpura, & coccino, & deaurata est auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam una hora desitura sunt tantę diuitie. Itemq; tertio: Vix uae ciuitas magna, in qua diuites facti sunt oes qui habent naues in mari de pretijs eius: quoniam una hora desolata est. Tertio uae congemmatum est, atq; ita sexies uox dictum est. Et una eademq; causa dicendi uox ubiq; reddidit, paucis tamen commutatis uocibus, quoniam una hora uenit iudicij tuum, quoniam una hora desitura sunt tantę diuitie, quoniam una hora desolata est. Omnium nanq; mundi ætatu, quę sex numero sunt, tunc simul uindictabuntur in eis scelera, quos; nulla est septima, id est, uox ubiq; reddidit. Et hoc mirum atq; miserum erit uidere eis, qui tãtopere amant hoc ne quam seculu quia tor diez uel tempoz, tot mundi ætatu opera mala iudicabuntur, & gaudia peribit succedent in interminabili quãtitate tormentos, una hora iudicij, una hora desitutiois, una hora desolationis. Tunc oia simul peribit, in quibus fornicatores mundi amatores cum predicta meretrice luxuriati sunt. Aurum, & argentu, & lapides pretiosi, & margarite, & byssus, & purpura, & sericū, & coccinū, & omne lignu tinum, & oia uasa eboris, & oia uasa de lapide pretioso, & ærametu, & ferro, & marmore, quę uniuersa pertinent ad fornicationem oculos. Deinde & cinamomu, & amomu, & ceterę species thuris, & odoramentoz, quę nimiru hic ad fornicariu referunt olfactu. Deinde & species unguenti, quę ad luxuriosum spectant. Deinde, inquit, & uini, & olei, & similes, & tritici, quę uel quoz similia referuntur ad gustu. Post multa interit & uox citharcedoz, & musicoz, & tibia canentiu. Et tuba nõ audietur in te amplius, quę ad quintu spectant corporis sensum, id est, ad auditu. Igitur oia fornicationis instrumenta in quinq; sensibus corporis lenocinãtia damnatur, per quos, uidelicet, sensus omne adulteriu animæ a deo fornicãtis exercetur. Lumentoz quoq; & ouiu, & equoz, & rheadaru, & mancipioz, & animarum hominu seruitia, inter peritura mundi supellectile numerantur. Sed & poma suo nomine exprimitur, & ipsa cupiditati inordinatę perire debeant, dicēdo: & poma tua desiderium animæ discellit a te. Nihilominus inter hæc concluduntur quę cunq; sunt irritameta gula siue experimenta culina, dum additur, & oia pingua & clara perierunt a te. Fere oia uoluptatis instrumenta quę cunq; uel quantacunq; quinq; sensibus corporis hauriuntur, & per quę dignior pars languescit hominis & captiuatur, suis nominibus peritura exprimitur, oportuna nimiru uidentis & scribetis diligencia. Quia, uidelicet, in illa hora cum ceperit hic mundus supremo igne coflagrari, miseru cunctis amatoribus eius dedit spectaculu, ubi nõ sine magno dolore perire uidebunt, quę cunq; cum amore nimio possederunt. Vnde ut doloris uehementia insinuet fore nõ paruam, semel & iteru ac tertio flentiu atq; lugentiu in consolabilem prescribit miseriam. Ait em: Et flebunt, & plagent se super illam reges terre. Et iteru: Et negotiatores terre flebunt, & lugent super illa, quoniam merces eoz nemo emet amplius. Ac deinceps: Et ois gubernator, & ois qui in loco nauigat, & nautę, & qui maria operantur longe steterunt, & clamauerunt uidentes locu in cendij eius, dicētes: Quę similis ciuitati huic magne? Et miseru, inquit, puluerẽ super capita sua. Puluis super capita poenitudinis tristitia significat. Veru illa poenitudo iam utilis nõ est, aut fructuosa, quia nimiru sera est. Simulq; sciēdum, quia iam in ipsis poenitibus ratio aut sapiētia nulla est. Qualis em uel q; rationalis est modus poenitētię, ubi flentes & lugētes clamant & dicunt, quę similis ciuitati huic magne: Et nunc phantasia glorię transitorie, quam uiderant, arbitratu magnam ciuitatẽ fuisse. Nõ ergo tam

Liber in uoluntate in quo carmen & uox.

Ezech. Carme est beatorum, uox damnatorum, lametatio, poenitentium.

Sexies uox.

Ois mundi concupiscentia peribit.

Oculoz.

Olfactus. Gustus.

Auditus.

Ois supellex.

Omne irritamentum gula.

Miseru spectaculu in ultimo mundi incendio.

Non uera illorum sciēgentiu poenitudo.

tam dolere se uoluptates noxias admisisse, q; easdem uoluptates sibi irreuerabiliter perire. Et profecto si possent cuncta hæc pereuntia cupiditatis fometa quę hic cum tormēto ipsoz nominatim exprimitur, de incendio liberare, sibiq; retinere cuperēt. Sed proculdubio non poterunt, rebusq; pereuntibus longe aberit auxiliu ipsorum pariter pereuntiu. Vnde cum magna in ualitudinis eoz significatio semel & iteru ac tertio hic est dictu, quia longe stabant. Cum, inquit, uiderint reges terre fumum incendij eius, longe stantes propter timorem tormentorum eius, dicent, uox, uox. Item: Et mercatores hominu qui diuites facti sunt ab ea longe stabunt, propter timorem eius stantes & lugētes, & dicētes, uox, uox. Et paulopost: Et ois gubernator & nautę longe steterunt, & clamauerunt stantes & lugētes, & dicētes, uox, uox. Oes omnino tam reges q; nautę siue gubernatores, tam nautę q; negotiatores longe stabant, non tam loco q; defectu cordis, & animo inualido: quia, uidelicet, nec reges tunc arma uel exercitus ad pugnandum, neq; nautę remos ad nauigandũ, neq; negotiatores in stras ad colligendas farcinas habebunt. Nam & iumentoz, & equorum, & rheadaru subiecta cuncta deerunt. Notandũ interea q; pastores aut rucicolę stant hanc & lucu habituri non scribuntur: quia, uidelicet, simplicis uitę officia sunt, magisq; necessario usui q; superflua cupiditati famulatur. Ab eiusmodi stetit & lucu redite nimiru nautę nõ ex capiuntur, quia nõ nihil & ipsi ridet & gloriatur dum remigat, & prospero per maria cursu ferunt. Hoc ita esse proculdubio presentis quisquis nauiu prosperę uel ficiantium aliquado uidit, nautarumq; lasciuientiu celeuma (quod est carme nauticu) audiuit. Neq; em sic excusabiles ut rucicolę aut pastores, quoz cum nonnullis deus ab initio locutus est, isti quoq; uideri possunt, quoz lacertis nõ solum mercatorie, uerum etiam pugnatore naves actę cucurrerunt, & bellico sanguine marinos persepe fluctus infecerunt. Sequitur: Exultate super eam cœlum, & apostoli, & sancti prophete; quoniam iudicauit deus iudicij uestrum de illa. Iam de lametationibus & uox hic in loco suo diximus, de carmine quod tertiu erat in supradicto uolumine scriptu, post modu suo loco dicemus. Nunc interim quod super est de damnatione meretricis magna, quodq; adhuc ad uox ipsius pertinet, profequamur. Exultate, inquit, super eam cœlum, & apostoli, & sancti prophete; quoniam iudicauit deus iudicij uestrum de illa. Istamq; sequitur: Et fuit unus angelus quasi lapidẽ quasi molarẽ magnu, & misit in mare, dicēs: Hoc impetu mittetur Babylon magna illa ciuitas, & ultra nõ inuenietur. Memoriter tenendũ est, quia cuncta hæc dānatio meretricis ad consolationẽ, non solum huic Iohanni, sed prioribus quoq; reuelata est prophete, sicut prædiximus in initio huius uisionis, uidelicet, consolationem habeant in aduersis, & tribulationes patienter ferant, scientes quia quę illos persequitur pars aduersa, nõ sic semper erit, nõ semper uoce præualebit, sed tolletur de medio, partimq; relinquet dei regnu, & nullu ultra faciet illiscandalu. Quod cum factum fuerit, sicut præcedēs sermo uehemētẽ declamationẽ significauit, tunc nimiru & angelis & hominibus sanctis plenum gaudiu erit. Ait ergo: Exultate super eam cœli, id est, iam cõpleta ex hominibus cœlestis societas angeloz, exultate apostoli, exultate prophete sancti, & uos oes martyres Iesu, quoniam iudicauit deus iudicij uestrum de illa, quoniam factum est ut clamor uester expebat dictum: Vix uae dñe sanctus & uerus nõ indicas & uindicas sanguinẽ nostrum de his qui habitant in terra: Hic illius uocis uerba finiuntur, quę superius audita de cœlo sic exorta est: Exite de illa populus meus. Porro hic angelus fortis, qui continuo lapidem magnu quasi molarẽ sustulisse & in mare misisse dicitur: Hoc, inquit, impetu mittetur Babylon magna illa ciuitas, & ultra nõ inuenietur, ipsum forem & potentẽ significat dominu, qui sedens in sede maiestatis suę, congregatis ante se cunctis gentibus, his qui a sinistris eius erunt proprio ore dicitur: Est ite maledicti in ignem eternu, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc em ueraciter uniuersa ciuitas diaboli cum magno impetu in profundu mittetur, & sicut lapis magnus in mare missus nõ supernat neq; reuoluit, sic illa semel precipitata, de inferno nõ emerget amplius. Et cõgrue non qualemcunq; lapidẽ, sed quasi molarẽ, pro exprime dā similitudine dixit: quia, uidelicet, Babylon ista sicut peccati pondere grauis, ita & erroris agitatione instabilis est. Hoc utrumq; lapis molaris cõuenienter innuit, qui & pondere grauis est, et pro molēdi officio semper circuit. Et continuo sequitur: Et uox citharcedoz, & musicoz, & tibia canentiu, & tuba nõ audietur in te amplius. Hoc autẽ superius anticipauimus pro cõtinuandis quinq; sensuum corporis uoluptatibus, quę cetera quę illic desebant, ceteris sensibus, luxuriatibus famulatur, istis autẽ, id est, musicis instrumentis demulcetur auditus. Nec uero frustra tantę meretricis musica ois condēnatur, quia nimiru ludicra et lasciuia, imò etiam turpia, & demoniuz quoq; phantasmata sunt, quę ab illa cõtitantur et eoz suauitate maxime ad incitamenta libidinu eadẽ meretrici abuti. Ceteru in ueris dei ueris laudibus pulcherrime artis musicę rationabile obsequiu laudabiliter acceptat, & eis qui legitime canunt & sapienter psallunt, remuneratione uel premiũ erit carme eternu, de quo post paululu scriptura hæc bonu referens auditu, magnifice cõsolatur patientia sanctoz. Et ois artifex, & ois ars non inuenietur in te amplius. Et uox molę non audietur in te amplius. Et lux lucenę non lucebit tibi amplius. Et uox sponsi & sponsę

Pastores et rucicolę nõ habebunt illud uox sicut nauatę.

Consolatio iustoz in tribulatione, quia tribulantes peribunt.

Supra.

Angelus lapidẽ in mare mittens: Christus est in die iudicij. Math. 25.

Musica meretricis damnata, non autẽ cãtus sanctoz.

spiritus propheta: Roma 8

Cur ait spiritus prophetae, potest spiritus sanctus.

pheta: nisi spiritus sanctus: Hic plane testimonium nostrum est, sicut dicit Apostolus: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Ergo quia testimonium fidelium Christi spiritus sanctus est, & non de qualibet parua re testificat eis, sed de eo quod sunt filij dei, recte monent in uno Iohanne, quatenus neminem nisi solum & unum deum adorarent, suae conditionis & acceptae gratiae respiciendo dignitate. Quod cum ita sit, poterat quidem recte sic dici: Testimonium enim Iesu spiritus sanctus est, siue spiritus adoptionis filiorum, quem accepit, sed pro persona Iohannis pulchrius dixit: Testimonium Iesu, est spiritus prophetiae: quia prophetia est haec Apocalypsis, sicut praemisimus est in exordio uoluminis cum dicitur: Beatus qui legit & qui audiunt uerba prophetiae huius. Dicendo ergo, testimonium Iesu est spiritus prophetiae: Iohannem ipsum commonitum esse uoluit, eius quam acceperat excellentioris gratiae, quia cum omnes qui spiritum sanctum acceperunt testimonium habeant quod sint filij dei, multo magis iste dilectus Iesu Christi, qui talem tantamque prophetiam accepit.

LIBRI DECIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO. RVM LIBER XL.

Sancti ex peregrinatione consolati in patria coelesti.

Psal. 125



AVDENDVM ET EXULTANDVM ESSE CONSOLATI CIUIBUS REGNI DEI, peregrinantibus hic inter filios huius seculi, uox paulo ante de caelo audita cecinit: circiter, quia dominus de meretrice magna iudicauit, & quia ipse dominus deus noster omnipotens regnauit, & quia uenerunt nuptiae agni. Recipiunt consolationem istam insinuatam mentibus suis a sancto spiritu pietatis. Exempli gratia, dum ipsi dicunt in Dauid: In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletus est gaudio os nostrum, & lingua nostra in exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis.

Psal. 2 Duplex timor, scilicet, poenalis & liberalis.

I. Iohan. 4. Roma 8. Psal. 18. Nicagen. dum de spiritu timoris domini.

*Cum iustitia iudicatur & pugnat.

Spiritus sapientiae. Supra 4

Co gaudeamus igitur & nos exultemus sicut consolati, sed ita ut gaudium & exultationem moderetur, & cum disciplina sua dirigat timor domini. Nam in eodem Dauid dicit ipse spiritus timoris domini: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sunt autem duo timores: alter seruilis siue poenalis, quem perfecta charitas foras mitit, de quo Apostolus: Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum in timore: alter liberalis & dulcis, de quo Psalmista: Timor, ait, domini sanctus permanens in seculi seculi. Seruilis ille timor locum non habet hic. Vbi enim electi dei sic sunt consolati, post audita atque intellecta spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis opera, quae sicut in scripturis sanctis sparsim expressa, ita & in hac mystica reuelatione sunt sub tantis imaginibus congregata, quod locum ullum timor poenalis habere potest. Ergo timor domini quidem consolatis, sed timore sancto, timore casto, uidelicet, ut humiliter in fundamento humilitatis stent, qui consolatione spiritus sancti digni habiti sunt. Itaque ab alio rursus exordio demonstratio salutaris repetitur, & quia pius in his reuelationibus agnus uisus uel dictus est Christus dei filius, tali schemate semel & iterum ac tertio conspicitur, ut obliuiscere non possint etiam consolati adhuc superesse quippiam cur timeant. Nam sequitur: Et uidi caelum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis & uerax. Iustitiam iudicat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Et uestitus erat ueste aspersa sanguine: & uocatur nomen eius, uerbum dei: Et exercitus qui sunt in caelo, sequentur eum in equis albis, uestiti byssino albo mundo. Et de ore ipsius procedit gladius acutus, ut in ipso percutiat gentes, & ipse reget eos in uirga ferrea. Et ipse calcet torcular uini furoris irae dei omnipotentis, & habet in uestimento in scemore suo scriptum: Rex regum & dominus dominantium. Cuncta haec bene perspecta usque ad id quod ait: Et uidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra, & caelum: & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui, & iudicatus est de singulis secundum opera ipsorum, & infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis, cuncta, inquam, haec diligenter animaduersa plena timoris sunt, & prudentem animam ad timorem sanctum bene & utiliter instruant: quippe cum nemo sapiens gloriarum audeat, quod in illa die, in illa hora bene praeparatus inueniatur casto corde & perfecta conscientia. Nunquam in omnibus, quae in hac Apocalypsi a septem spiritibus, qui in conspectu throni dei sunt, reuelantur sub imagine tam terribili, Iesus Christus qui est testis fidelis conspicitur, ab eo loco ubi sedens supra sedem similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardini, & iris erat in circuiu sedis, usque ad locum praesentem: ubi spiritus

ritus sapientiae reuelationes atque apparatus considerauimus. Secundo loco agnus uisus est in medio throni, & in ipso accipiente de dextera sedentis in throno libri & aperiente illum, & sol uente septem signacula eius suis in operibus sancti praedicauimus intelligentiae spiritum. Tertio loco ubi in figura eius stetit scribitur angelus ante altare, aurei habens thuribulum in manu sua, septemque tubis in ordine suo canentibus, rursus ante cantum tubae nouissimae conspicitur angelus & iris in capite eius: ea quae per ipsum circa nos egit sanctus consilij spiritus opera per se ruximus. Quarto loco filius maiculus muliere magna pariente natus conspicitur, qui reclusus erat oras gentium in uirga ferrea, qui & raptus est ad deum & ad thronum eius, & ibi subse quentibus bellis uictoriae: multiplici celebrata, sancti uictoriae operantem agnouimus. Quinto loco agnus supra montem Sion stans, cum sodalibus suis canticum nouum citharizantibus conspiciat: & deinde idem filius hominis faciem in manu habens acutam, postquam ingre diunt septem angeli, habentes atque effundentes septem phyalas plenas iracundiae dei, & ibi se clauimus sancti scientiae spiritum, quae uel qualia circa genus humanum operatus sit. Sexto loco siue sexta recapitulatione, ostensa meretrice & bestia quae portat eam, & praemisso de cornibus eius, id est, de regibus terrae, quae hic cum agno pugnant, & agnus uincet illos: item angelus de caelo descendens, habens potestatem magnam conspicitur, & terra illuminata est a gloria eius, & ex eius ore loquente spiritum pietatis, ea quae ad consolationem pertinent sanctos, agnouimus. Nusquam talis tam terribilis facies eius apparuit, ut in hac septima parte uisionis, ubi primum cum exercitu & gladio oris sui iudicatus & pugnat, tandem sedens fugiente terra & caelo, iudicium agens conspiciat. Unde hic non incognitae is qui in numero septem spirituum deorum nouissimus est, spiritus timoris ordine suo recognoscit, ex operum suorum proprijs imaginibus. Nunc scripturae serie persequamur. Et uidi, inquit, caelum apertum, et ecce equus albus. Caelum hic apertum, descendit ad nos dei & domini nostri designat prospectum, iuxta illud propheticum: Quia prospexit de caelo sancto suo, dominus de caelo in terram aspexit. Item: Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit. Denique hoc est quod protinus sequitur: Et ecce equus albus. Si quidem equus albus, immaculata uirgine sumptum est domini corpus, de quo plenius illic diximus, ubi aperiente agno unum de septem libri signaculis, exiit equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum & data est ei corona, & exiit uincens ut uinceret. Ipse qui illic habebat arcum, & cum corona exiit uincens ut uinceret. Uocat hic fidelis & uerax: & iustitia, inquit, iudicat & pugnat, & oculi eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, & exercitus qui sunt in caelo sequentur eum in equis albis. Et de ore eius procedebat gladius utraque parte acutus. Primum quod digna & uera sunt uocabula, fidelis & uerax. Fidelis namque est, uidelicet, deo & patri, cui fideliter obediuit, quem admodum Apostolus dicit: Considerate apostolum & pontificem confessionis nostrae Iesum, qui fidelis ei qui fecit illum, sicut & Moses in omni domo illius. Amplioris enim gloriae iste praemose dignus habitus est, et Moses quidem fidelis erat in tora domo eius, tanquam famulus in testimonio eius: quae dicenda erant: Christus uero tanquam filius in domo sua, quae domus sumus nos. Sed & per prophetam deus ipse dicit: Et ferui uobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fidelis. Ecce testem populis dedi eum, duce ac praecceptoris gentibus. Item: Verax iste est, imo & ipsa ueritas: Ego, inquit, sum uia, ueritas, & uita. Et Iohannes Baptista: Qui autem, inquit, accepit eius testimonium, signauit, quia deus uerax est. Nimirum scriptura dicit: Omnis homo mendax. Hic autem quia non homo tantum, sed & deus est, recte dicitur & est, deus uerax, homo cuius solius ueritas, imo quicum sit ipsa ueritas, nos liberat. Ipse qui posuit haec nomina quoque ipsorum causas actuales apposuit, dicens: Et iustitia iudicat & pugnat. Nam quia iustitia pugnat, & neminem nisi causa iustitiae impugnat, neminem nisi iuste expugnat: quippe qui non nisi contra superbos bellica corripit arma, sicut scriptum est: Deus superbis resistit, profectus fidelis est. Item quia iustitia iudicat, nec dicit malum bonum, & bonum malum, nimirum uerax est. Et quae per ignorantiam falli nunquam potest, ut iniuste iudicet, oculi, inquit, eius sicut flamma ignis. Oia clare uidet, & sicut iam dictum est, falli non potest ut iniuste iudicet. Sunt autem oculi eius omnes numero septem gratiae sancti spiritus. Unde in hoc eodem libro agnus, & in propheta Zacharia lapis unns septem oculos habere scribitur. Item quia iustitia iudicat siue iuste pugnat, semper superat, & tam in sua persona quam in singulis fidelibus suis pugnando triumphat. Idcirco protinus subditur: Et in capite eius diademata multa. Videlicet, quia sanctorum omnium uictoriae uel coronae ad gloriam & gratiam ipsius referuntur, idcirco multa diademata in capite eius. Nam hinc est quod de ipso sub nomine Iesu filij Ioseph sacerdotis magni ad prophetam Zachariam deus loquitur: Summe a transmigracione a Beldai, & a Tobia, & ab Idaia, & uenies tu in die illa, & intrabis domum Iosae filij Sophoniae, qui uenerunt de Babylone, & sumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Ioseph sacerdotis magni, & loquetis ad eum dicens: Haec ait dominus exercituum dicens: Ecce uir oriens nomen eius, & caetera. Denique iuxta sensum mysticum Iesu filio Ioseph sacerdoti magno imponuntur coronae, sumptis argento & auro a transmigracione, siue ab ijs qui uenerunt de Babylone: quia nobis

Spiritus intellectus. Supra 5. Spiritus consilij. Supra 8.

Spiritus fortitudinis. Supra 12.

Spiritus scientiae. Supra 14.

Spiritus pietatis. Supra 17.

Spiritus timoris domini.

Caelum apertum prospectus dei ad nos. Psal. 101. Psal. 64. Supra 6.

Vocatur fidelis & uerax. Heb. 3. Ebrae 55.

Iohan. 14. Iohan. 3. Psal. 115.

Iacobi 4. Ebrae 9. Oculi eius ut flamma ignis Zacha. 3.

In capite eius diademata multa. Zacha. 6.

Christus in singulis uis

tutibus no-
stis coro-
natur.
2. Timot. 4
Ephes. 1 in fi-
ne.
Nomen qd
nemo no-
uit nisi ipse
scriptū est i
libro uitae
seu presciē-
tia dei.
Vestis, id ē,
caro eius a-
spersa san-
guine.
Esaia 63
Cant. 5
Dñs exerci-
tuum.
Esaia 6
Psal. 23
Lucā 14
Nō intran-
dū iudici-
um cū deo
ga semper
habet du-
plū contra
nos.
Iob 9
Heb. 4
Matth. 15
Esaia 29
Matth. 9
Cladio oris
sui Chri-

proficiētibus & reuerfis ad meliora, p singulas uirtutes nostras dñs coronat, imò nobis p uir-
tutem pœnitētiæ coronatis, saluator in singulis coronā accipit, iuxta illud qd et Paulus loqui-
tur: De cæteris reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi iustus iudex: nō solum autē
mihi, sed & omnibus q diligūt aduentū saluatoris nostri Iesu Chri. Quia ergo ueraciter multa
diademata in capite eius, & sicut Apostolus ait ipse oia in omnibus adimplet, recte subiungit
tur: Habēs nomen scriptū, qd nemo nouit nisi ipse. Nam pter ipsum nemo scit quanto noie
uel quantum ipse sit nominatus aut nominādus, qppe cum numerū eorū pter ipsum nemo sciat,
quorū coronis ipse coronatur, quorū salutis autor ipse noiat. Vbi ergo scriptū habet nomen
istud, si nō scitur: Deniq; in sanctis scripturis eius nullū scriptū est nomē ipsius qd nō legatur,
qd non sciat? Nec uero qā dixit, habēs nomen scriptū qd nemo nouit nisi ipse, cōsequenter di-
ci potest indiffinitē, q nomē eius nesciat. Nam qā hoc dixit, ipse protinus ait: Et uocat nomen
eius, ybum dei, illud ergo nomen qd scriptū est, à nemine scire asserit ubi scriptū est: Ni-
mirum in magno libro uitae, q nō est aliud q secretū eius sciētiæ siue psciētiæ. Nam ubi scripta
sunt noia electōrū oim, ibi nō potest abesse quantum salutis autor ipse sit, quorū numerus pfecto
cuiusdā nois eius oibus in cogniti diffinitio est. Et hic uertitur erat ueste alba sanguine,
& nomē eius, ybum dei. Quod idē est acsi diceret: Hic & ut homo passibilis & mortalis, pas-
sus & mortuus est: & impassibilis atq; immortalis, deus est. Nā in passiōe uestis eius, id est, ca-
ro eius suo sanguine aspsa est. Vnde & ppheta uehemēter admirāspunctatur & dicit: Quis
est iste q uenit de Edom, tinctus uestibus de Bofra: Et illo respōdente, ego q loquor iustitiā, &
ppugnator sum ad saluandū. Ait: Quare ergo rubrū est indumentū tuū, & uestimēta tua sicut
calcantū in torculari? Quare, inq; rubrū fecerūt uestimētū tuū: quare sanguinē tuum fude-
runt, si tu iustitiā loqueris, si tu peccata nō fecisti, nec inuētus est dolus in ore tuo: Ergo uestis
sanguine aspsa caro eius est innoxia, mortē et ppriū sanguinis effusione ppeffa. Porro nomē
eius uocat ybum dei, ybum p quod oia facta sunt, & sine quo factū est nihil, qd mori non po-
tuit: quod & ipsa, que mortua fuerat, caro reuixit. Exemplū patietie & mortis eius mollia san-
ctōrū sequūtur: Ait ergo: Et exercitus q sunt in celo sequebant eū in equis albis, uestiti byssi
no albo mūdo. Deniq; exercitus eius martyres et oēs sancti sunt, qui cūq; in hoc mundo qli-
ber modo ppter ipsum agonizati sunt. Nā ppter ipsos agones q̄s pulerūt, exercitus dicunt.
Quō sequebātur eū: In eqs albis, inq; uesti byssino mūdo. In eqs albis, id est, in corporibus cā-
didis, baptismo purificatis, iustificatione bonorū opum, quæ p byssinum albū & mundū signi-
ficātur, decēter ornatis. Taliter eūtes sequebātur eū, hi maxime q uirtē munditiā sanguinis sui
aspiratione lupin duerunt per martyriū. Nā & ipse prius equo albo sedēs, post etiā suo sangui-
ne aspsus est. Vnde spōsa eius in Canticis recte gloriādo loquitur: Dilectus meus cādidus & rubi-
cundus, electus est ex milibus. Cādidus, uidelicet, uirginitate, rubicūdus passione. Preterea
exercitus eius oēs uirtutes celoꝝ sunt, & ipse est qui in prophetis & psalmis toties dicit dñs
exercitū, dñs uirtutū. Hic iam multū est quod timeat dum dicitur, qā iustitiā iudicat & pu-
gnat, & qā exercitū siue uirtutū dñs est. Nā ipse est ille rex cui ad bellū non temere est occur-
rendum, id est, apud quē uel cuius in iudicio nō facile est de iustitiā p̄sumendū. Deniq; iux-
ta illud exemplū euāgelicū contra nostrū qualemcunq; exercitū ipse habet duplū. Si nos-
ter decē millū, eius exercitus uiginti millū est, id est, si nos de opibus iustitiæ nostræ confidimus,
ipse de operibus simul & cogitationibus rationes cōtra nos est positurus. Iccirco p̄uadet & di-
cit: Aut q̄s rex iturus cōmittere bellū aduersus aliū regē: nōne prius sedēs cogitat, si possit cū
decē milibus occurrere ei q cum uiginti milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agen-
te legationē mittens rogat ea quæ pacis sunt? Hoc sciens uir sanctus loquitur: Vere scio q nō
iustificetur homo cōpositus deo. Si uoluerit cōtendere cū eo, nō poterit ei respōdere unum p-
mille. Et post pauca: Quātus ergo sum ego, qui respondeā ei & loquar ybis meis cū eo? Qui
etiā si habuero quippiā iustum, nō respondebo, sed meum iudicē deprecabor. Quod est dice-
re: Etiā si quid iusti operis admisi, nihilominus legationē mittens, rogabo ea quæ pacis sunt: qā,
uidelicet, ad minus duplū cōtra me ille habet exercitū, id est, si de operibus ego me iustifico, il-
le cogitationes quoq; adducit ad iudiciū, qā scrutator est cordiū. Vnde adhuc subditur: Et
de ore ipsius prodeit gladius utraq; parte acutus, ut in ipso percutiat gētes, & ipse reget eos
in uirga ferrea. Hic namq; gladius ille est de quo Apostolus loquitur: Uirius est em sermo dei
& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingēs usq; ad diuisionē animæ ac spūs,
cōpagum q̄q; ac medullarū, & discretor cogitationū & intentionū cordis, & nō est ulla crea-
tura inuisibilis in cōspectu eius. Bene ergo gladius utraq; parte dicitur acutus, qui pcedit de
ore eius iuxta uocēf nomen eius, & sit, ybum dei, nō solum facta uel dicta discernit, sed inti-
mas quoq; cogitationes penetrat & percutit. Exēpli gratia cum dicit pharisæis: Hypocritæ be-
ne prophetauit de uobis Esaia dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū lōge est
à me. Item: Quid cogitatis mala in cordibus uestris: Et multa ijs similia. Nam ad eorū procedit
de ore ipsius quomodi gladius: Vt in ipso, inquit, percutiat gentes. Hoc iam factum est & sit,
& usq;

& usq; in finem seculi fieri non definit, donec distinguat gentes bonas à dextris, & malas sta-
tuens à sinistris suis, ubi & ultimā eandemq; irreuocabilē exerat uim gladij, id est, sententiā iu-
dicij in utraq; partē pro ipsoꝝ meritis. Nūc interim differ tur quidē ictus percutiētis, sed iam
uibratur gladius cōminantis. Hinc Palmista dicit: Nisi cōuerfi fueritis, gladiū suum uibrabit.
Item in cātico Deuteronomij ipse dicit: Si acuro ut fulgur gladiū meum, & arripuerit iudici-
um manus mea, reddā ultionē hostibus meis. Veraciter ergo dictū est, ut in ipso percutiat gen-
tes. Sed addit adhuc. Et ipse reget eos in uirga ferrea. Quos ipse reget, nisi ex gentibus pœ-
nitentes: Nam quia dicitur de ore ipsius procedere gladius utraq; parte acutus, qā predicatū
est & pra dicit, q ipse sit gētes inuictabili uerbo iudicij percussurus, pœnitentiā egerunt gen-
tes euāgelio credentes, & istos ipse reget in uirga ferrea, id est, in inflexibili iustitiā, sicut dicit
illi pater in propheta: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes
hereditatē tuam, et possessionē tuam terminos terræ, reget eos in uirga ferrea. Quod illic cō-
tinuo dictū est, tanq; uas figuli cōfringes eos, & hic dicit, ut in ipso percutiat gentes, partim in
bonam partē recte intelligi potest, qā, uidelicet, est percussio salubris, & cōtractio utilis, dum
gentes, id est, ad uitā p̄ordinati ex gentibus, audita per euāgelium futuri iudicij animadu-
erione, timore cōcūntur, & ad pœnitentiā cor de cōfringuntur. Ceterum oēs in infidelitate
remanētes, malo suo percutientur, & malo suo confringentur, eruntq; sicut uas figuli irrecu-
perabiles, cuius partes nō possunt rursus cōiungi aut conglutinari. Dicit aliquis: Quid uero Iu-
da regem, iam calcat torcular uini furoris iræ dei omnipotentis, id est, iam parat pressurā po-
pulo illi, iam caufc suscitātē sunt propter quas ueniat & incumbat illis p̄odus & pressura Ro-
mani imperij, ut cōcludat multitudines eorum, & in angusto cōprimat exercitus Titij & Ve-
spasiani. Hæc pressura nimirum recte & nimis congrue designatur per torcular uini. Gens
namq; illa fuit uel esse debuit uinea dñi, et quia cum debuisset facere uuas, fecit labrucas, malū
hoc illi euenturū deus ipse in propheta p̄dixit: Et quia de uinea Sodomorū uinea eorū, quia
uua eorum uua fellis, iccirco mala hæc illis reddenda apud te condita & in thesauris suis esse
signata, deus p̄dixit in cātico Mosi. In propheta Esaia cum ille ex persona sua p̄ximiffisset
Cantabo dilecto meo canticū patruelis mei, uinea suæ, & cætera. Tandē deus dicit: Nūc er-
go habitatores Hierusalē & uiri Iuda, iudicate inter me & inter uineam meam. Paucisq; inter
directionem. Diruam macerā eius, & erit in conculcationē, & cætera. Post huiusmodi cōmi-
nationes item dicit: Uinea enim dñi exercituum domus Israel est, & uir Iuda germen delecta-
bile eius. Dauid quoq; propheta cum dixisset, uineam de Aegypto transfulisset, eicci fuit gentes
& plantasti eam, & cætera. P̄uidens hoc torcular & hanc pressuram, exterminauit eam, in-
quit, aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Nam aper de sylua siue singularis fe-
rus, gentilis imperator, & Romanus intelligitur exercitus. Pulchre ergo ubi dixit, & ipse re-
get gentes in uirga ferrea, uolēs significare quid futurū esset Iudæis incredulis, & ipse, inquit,
calcat torcular uini furoris iræ dei omnipotentis, pro eo ut diceret: Iudæi cadēt in ore gladij,
& in omnes gentes ducētur captiui, siue erit pressura magna super terrā, & ira populo huic.
Quare autē non cōtētus fuit dixisse solummodo furoris siue solummodo iræ, sed utraq; furo-
rem, scilicet, & iram cōiungit dicēdo torcular uini furoris iræ dei omnipotentis: Videlicet, quia
uinum Iudæorū, quod uerius dici potest fel & uenenū, sicut Moses testatus est dicēs: Fel draco-
num uinū eorum, & uenenū aspidum infanabile. Vinū, inquam, Iudæorū uenenatū atq; fellitū,
qui ipsum uinea dñm felle & aceto suspesum in cruce potauerūt, nō solum furorē aut solā irā,
sed furorē simul & irā sibi cōparauit, id est, non tm̄ in presenti aut tm̄ in futuro, sed in presenti
simul et in futuro damnationē sibi adq̄fuit, ut corpora hic trucidaret et captiuaret Romanus
exercitus, animas autē illic possideret diabolus, cruciaret infernus. Vtrinq; uindictā Moses u-
no breui uersiculo exprimit: Ignis, inquit, succēsus est in furore meo, & ardebit usq; ad infer-
ni nouissima. Hoc p̄missio & calcat torcular uini furoris iræ dei omnipotentis, qd grauissime
sonuit. Neq; em̄ leue est tali in loco deum omnipotentē enuntiare, repente mirabiliter intulit.
Et habet in uestimēto et cœmore suo scriptū: Rex regū, & dñs dominantū. Subtiliter nāq;
& grauitur hoc dicto summā percutit reatus populi Iudaici, pro q̄ calcātur in torculari furo-
ris iræ dei omnipotentis. Ipsi namq; sunt ciues illi, qui rege isti siue hoie nobili abeunte, iuxta para-
bolam euāgelicā, in regione longinquā, accipere sibi regnū & reuerri miserunt legationem
post illū, dicētēs: Nolumus hūc regnare super nos. At ille cū redisset accepto regno, & rationē
cū feris suis habuisset tandē ad suos cōuersus, ueruntamen, inquit, inimicos meos, qui nolue-
runt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. Igit illis ante regē quē negaue-
rūt interfecit, & iuxta presentē scripturę huius locū calcatis in torculari furoris iræ dei omni-
potentis,

Itos in iud-
icio separa-
bit agnos
ab hoediis.
Psal. 7
Deut. 32
Reget i uir-
ga terrea,
id est, in iu-
ditiā inflexi-
bili.
Psal. 2
Tanq; uua
figuli con-
fringes eos
Vinea dñi
lij Irael.
Esaia 5
Psal. 79
Torcular
uini furoris
iræ dei.
Deut. 32
Matth. 27
Deut. 32
Chrs rex rē
gū, inuitis
& crepanti-
bus Iudæis.
Lucā 19
P 3

Exprobra-
tio contra
Iudæos.

Pfal. 2

Vestimen-
tū Chri-
stī uer-
acipit
scripturis
diuersis.

Pfal. 21

Pfal. 10

Iohan. 19

Pfal. 132

Vestimen-
tū hic, sacra
scriptura ē.

Pfal. 71

Rex regū,
teste dauid

Dñs domi-
nantū, eo-
dem teste.

Pfal. 19

Lucæ 19

Hic rursum
dicit ange-
lus Chri-
stī.

potentis, repente infertur: Et habet in uestimento in scemore suo scriptū: Rex regū & dñs dominantū: quæ uidelicet, irridendi sunt, & subannandū illis est, qui illū respuerūt, putātes quod esse rex nō posset nisi secundū ipsorū placitū, nisi ipsi uellent, nisi ipsi reciperēt eum. ¶ Eadē exprobrans animi in dignatione in psalmo propheta, cum dixisset: Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terræ & principes cōuenērunt in unū, aduersus dñm et aduersus Christū eius. Distrāpamus uincula eorū, & projiciamus a nobis iugum ipsorū, statim intulit: Qui habitat in cælis irridebit eos, & dñs subannabit illos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo cōturbabit eos. Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius, & c. ¶ Quo autē in uestimento, uel q̄ in scemore suo nomen hoc habet scriptū: Rex regū, & dñs dominantū: Vestimentū huius regis Chri- aliter atq; aliter pro loci diuersitate intelligi debet. Nam aliās sanctā ecclesiā siue fidem catholicā, aliās sanctā significat scripturam. Vtrumq; ex uno psalmi uersiculo intelligit, ubi ipse loquitur dicens: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & sup uestem meā miserunt sortē. Nam uestimenta dñi diuina, significant sacramenta scripturā ab hæreticis sæpius deprauatā, ut alibi Psalmista: Quæ pfecti dēstruxerūt. Vestis eius quæ desup erat incōutilis, & sup quam sortē miserunt, designat ecclesiā uel fidem catholicam, diuina electione fidelibus datā, quæ a nullo corrupti potest. Item: Vestimentū eius ecclesiā intelligit, cum iterū dicit psalmus: Ecce q̄ bonum et q̄ iocundū habitare fratres in unū, si congruentū in capite, qd descendit in barbā Aaron, qd descendit in oram uestimētī eius. Et est sensus: Spūs sancti gratia, quæ plenarie in Chri capite nostro inhabitat, primum ex eo descendit in fortes uiros apostolos, qui significant per barbā Aaron: & deinde in martyres cæterorū ecclesiæ filios, magnos quidē, sed inferiores apostolis, qui intelligunt in ora uestimētī quæ post apostolos in ecclesiā sunt scipui, cuius fide & uirtutibus Christus ipse decorat, ad modum alicuius, q̄ uestimento prius induit. ¶ Porro p̄senti loco uestimentū recte sanctā intelligitur significare scripturā. Amplius autē, qd magis placeat & pulcherrime splēdeat uestimētum, simul & scemur eius cōtinens hoc scriptū, una eademq; est scriptura sancta, scriptura illa quā patres carnis eius, quæ per scemur intelligit, conscripserunt. Hæc autē præcipue sit scriptura psalmorū, quæ ueraciter scriptura est scemoris Chri: quæ scriptura est patris eius secundū carnem Dauid. Nepe q̄ iste sit rex regū, ubi taliter scriptū habes: Deus iudiciū tuum regi dā, & iustitiam tuā filio regis. Versiculus quidē iste, non dñm regem regū, sed tantūmodo regē pronuntiat illū. Sequitur aut postmodū: Et domiabit a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarū. Reges Tharsis & inuicē munera offerent, reges Arabū & Saba dona adducunt, & dona adducūt, & nō solum hoc faciunt, sed etiā adorant eum, rex regū est. Et recte homines reges adorant regē hunc, qui cum homo sit, est etiā deus, qd breuiter & magnifice innūtiat, cum dicit in eodē: Ante solē permanet nomen eius. Quod idē est ac si diceret: Iste rex deus erat, ante q̄ homo nāsceret: quæ erat ante q̄ fieret mundus, cuius uita & pulchra pars est sol iste quē uidemus. ¶ Porro dñs dominantū non adeo expressum est in hoc loco scripturæ, nisi qd ait: & domiabit a mari usq; ad mare. Aliās ergo queramus. Dixit enī alio loco idē pater carnis eius, multorū profecto seruorū, dñs, qui publica & solenni appellatione, ut regibus mos dicitur erat, appellabat dñs, quod promptū habes in historia gestorū eius: Dixit, in quā, idē rex & dñs: Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis. Dominū suū & que ut deū patrē appellauit eū ille regnās & dominās. Item in eodē psalmo: Dominare, inquit, in medio inimicorū tuorū: quo rum multi profecto dñi sunt uel fuerūt, & per amplā dominati sunt, & dominātur spatia terrarum, & in uelint nolint effugere nō ualent dñi huius dominatū. Igitur uerū est, manifestū est, quæ habet in uestimēto & in scemore suo scriptū, id est, in scriptura quā patres carnis eius cōscripserunt testificatū, q̄ sit rex regū & dñs dominantū. Et quidē ciues eius qui oderant illū, negare illū & post illū legationē mittere potuerūt dicentes: Nolumus hūc regnare sup nos, sed scripturā hāc soluere uel abscondere non possunt. Sequitur: Et uidi aliū angelū stantē in sole, & clamauit uoce magna dicēs omnibus auib; quæ uolabāt per mediū cælū. Venite, congrega mini ad cœnā magni dei, ut māducetis carnes regū, & carnes tribunorū, et carnes fortū, & carnes equorū, & carnes sedentium in ipsis, & carnes omnū librorū ac seruorū, & pusilloꝝ ac magnorū. ¶ Et hic alius, & adhuc tertius angelus eūdem signat Christū, propter aliud atq; aliud rēpus aliudq; negotiū. Nam quod prius dicitū est: Et uidi cælū apertū, & ecce equus albus & sedens sup eum qui fidelis & uerax uocabat Christus deus uerus est de uirgine incarnatus: hic autē alius angelus in sole stans, idem Christus est, uerus hominis & dei filius, per speciem colūbæ in Israēl manifestatus. Porro ea quæ iam dicta sunt, & in capite eius diademata multa, & uestitus erat ueste aspersa sanguine, & cætera: per anticipationē dicta sunt. Nam ab hinc latius eadem explicāda per figuras cōpetentes, atq; secundū ordinē quo gesta uel gerēda sunt usq; in finem seculi sese p̄sentare incipiunt. ¶ Igitur uidi alium angelū stantem in sole, id est, uidi Christū manifestatū in Israēl, magna spūs sancti siue colūbæ & paternæ uocis manifesta-
tione.

atione. Quod dicit, stantē in sole, mirabile quidē, sed non adeo nouum: quæ prius quoq; in anti-
quiore scriptura est dicitū. In sole posuit tabernaculū suum, id est, in manifesto dixit & prædi-
cauit, signis quoq; cōprobauit se deum dei filiū, propter homines hominē factum, & uerū as-
sumpsit corpus humanū. ¶ Hoc facere incepit a clamore uocis magnæ, uocando aues quæ
uolabāt per mediū cælum, id est, a uocatione apostolorū quæ uocauit eos, ut relictis omnibus
sequerētur eum. Aues namq; hoc loco in bonā accipiuntur significationē, & uitā significāt spī-
ritualium, ut illic: Homo ad laborē nāscitur, & auis ad uolatū. Et in euangelio cum dixisset dñs,
unus assumet, & unus relinquetur, & interrogātes apostoli dicerent, ubi dñs uolabit; ait, fue-
rit corpus, illuc cōgregabuntur & aquilæ. ¶ Aues ergo cum determinatione bona, qua dicit
nunc, quæ uolabāt per mediū cælum, apostoli sunt: uerū tamen per anticipationē, id est, nō
q̄ iam antea spiritaliter fuerint, sed quæ per uocationem illā spiritaliter & sublimiū cognitores my-
steriorum effecti sunt. Ista sunt uolatilia illa, quorū exemplo uel imitatione debemus omnē ui-
ctus aut uestitus sollicitudinē deponere, dicēte dño: Respicite uolatilia cæli, quæ non serūt neq;
metunt, neq; congregāt in horrea, & pater uester cælestis pascit illa. Nam quæ apostoli quibus
primū & præsentialiter hæc libertas auiū ad imitandū proposita est, ut cælestiū contempla-
tioni uacare possent, oia terrena reliquerūt, iccirco recte ipsi uolatilia cæli dicunt, & hoc loco
uocatio illos: signata intelligit sub noie auium. ¶ Vbinam, uel quādo angelus iste auib; hu-
iūsmodi dixit, uenite cōgregamini: Nimirū se eius mare Galilææ, quādo uidit Petrū & Andreā
retia mittētes in mare, & uocauit eos dicēs: Venite post me, & faciā uos fieri piscatores hoim.
Similiter cæteros uocādo diuersis ex locis siue negotijs, pfecto auib; dixit, uenite cōgrega-
mini. ¶ Quo illos uenire, quo illos iussit cōgregari: Ad cœnā magni dei, ad cœnā illā quā ipse
homo factus nobis fecit, iuxta illam parabolā euangelij: Homo quidā fecit cœnā magnā, et uo-
cauit multos. Et hoies quidē excusauerunt, alius dicens, uillā emi, & necesse habeo exire & ui-
dere illam uillam, iuga bouem emi quinq; & eo probare illa: alius, uxorem duxi, & ideo nō pos-
sum uenire. Aues autem istæ siue uolatilia, quæ sicut non serunt neq; metunt, neq; congregāt
in horrea, ita neq; uillas emunt, neq; comparant iuga bouum, neq; uoluptatū, quæ per uxorem
intelliguntur, habent sitidum. Quod est dicere: Cupidi amatores seculi, quales maxime tunc
erant scribæ & pharisæi, uocantem contempserunt: Hi autem qui liberum cor a cupiditatibus
habere meruerunt, secuti sunt eum. ¶ Quid porro est, quod ait: Ut manducetis carnes regū,
et carnes tribunorū, & carnes fortū, & carnes equorū, & sedentium in ipsis, & carnes omnū
librorum ac seruorum, & pusilloꝝ ac magnorū. ¶ Videlicet, secundum metaphoram, quæ per
aues significatur apostoli, congrue uim atq; intentionem apostolici designat officij, quæ sicut
aues manducandis carnibus auidē inhiunt, neq; curant quorū aut qualiū nobilitatem, aut igno-
bilium cadauera transuerēt, dum in campo magno stragem inuenierint occisorū. ¶ Ita aposto-
lorū est autoritate euangelica nullā facere uel habere distinctionem qualiumcunq; hominū,
sed siue Iudæi siue Græci sint, cunctos indifferenter ad fidem suscipere & in corpus ecclesiæ
traducere: hoc enim est manducare, iuxta quod apostolo Petro significatū est. Vidit enim in
excessu cælum apertum, et descendens uas quoddam uelut linteam magnum quatuor ini-
tibus summis de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terræ, & uolati-
lia cæli. Et facta est uox ad eum dicens: Surge Petre, occide & manduca. Nimirū qui illic per
quadrupedia & serpentina terræ, & uolatilia cæli significabantur, hic manifestius exprimuntur
homines, & ad fidem Christianam omnes admitti iubentur indifferenter, siue reges, siue
tribuni, siue fortes, siue infirmi, siue serui, siue liberi, siue magni, siue pusilli, ad summū, siue Iu-
dæi, siue Græci. ¶ Vnum tamen hic est quod adhuc magis figurate sit accipiendum, scilicet,
quod ait, carnes equorum. Neq; enim in ista cœna magni dei equorum quoq; carnes mandu-
cantur sicut hominum, quia non equus sed hominibus prædicatur Christi sacramentū & exi-
gitur ab illis ut mortificent & omnino derelinquant malas cōsuetudines operum carnalium.
Est autē equus animal bellicum. Recte ergo per equos hi intelligūtur, qui aliquando Christi
fidem impugnauerunt. Qui autē sedent in ipsis reges sunt & potētes huius seculi, qui talium
ministerijs abutentes, edictis & proscriptionibus aliquando ferebātur ad necem Christiano-
rum. Quis nesciat tales quoq; ab apostolis apostolicisq; uiris plerunq; reuocatos & cōuersos
esse ad Christum, & pœnitentiā egisse de sanguine sanctorū, quem effuderunt: Bene igitur &
carnes equorum & sedentium in ipsis manducetis, ait, id est, persecutores homines & agitato-
res eorum principes in unitatem uestri corporis, in societatem transferatis uestræ fidei. ¶ Et
uidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum il-
lo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ipsa pseudopro-
pheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestię, &
adorauerant imaginem eius. Er uui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardētis & sulphuris. ¶
Vocante siue clamante angelo, & conuenientibus ad cœnam iam dicitis auib; bestia & reges
terræ cum exercitibus suis ad prælium contra sedentem in equo, congregati esse refe-
runtur.

Pfal. 18

Vocatio a-
uiū, id est,
apostolorū,
Matth. 4
Iob 5
Lucæ 17

Matth. 6

Venite, con-
gregamini
Matth. 4
Matth. 9

Ad cœnam
dei.
Lucæ 14
Excusatio-
nes terre-
norum.

In uocatio-
ne ad fidē
nō est per-
sonatum qd
stinetur &
acceptio.
Actorū 10

Carnes eq-
uorū, id est,
eorū, qui fi-
dē Christi
impugna-
uerunt.

Præliū be-
stię & regū

terre cōtra
Christum.
Luce 13
Psal 2
Bestia & di
abolus Ro
manū im
perii est.
Daniel.7
Iohan.12
Pseudopro
pheta, cō
tus phari
saicus &
Caiphas.
Iohan.11
Caiphas
pseudopro
pheta uerū
p̄dixit sed
nō suo sen
su.
Iob 5
1. Cor. 3
Iob 12
Pseudopro
pheta, qui
cunq; ybo
fallaciē de
cipit popu
lum.
Exodi 7-8
Iohan.19
Barabbas
bestiē cha
racter.
Iohan. 5
Vini deſe
dunt in in
fernū, q̄ ſciē
ter peccāt.
Psal.132
Diabolus

runtur, ga predicante Christo, & discipulis multis eum sequētib; atq; per ciuitates & caſtel
la euangelizātib; diabolus & reges terrę, ſcilicet, Herodes & Pōtius Pilatus, ceteriq; eiufmo
di principes cum ſuis fautoribus cōmoti ſunt, & ſicut ait Pſalmus: Aſtiterūt & conuenerūt in
unum aduerſus dñm & aduerſus Chriſtū eius: Hoc eſt quod nūc ait, cōgregatos ſe uidiſſe ad
faciendū præliū cum illo qui ſedebat in equo, id eſt, cum Chſo deo incarnato, & cum exerci
tū eius cum fidelibus & p̄dicatoribus eius. ¶ Et recte hoc loco diabolus beſtia nūcupatur, ga,
uidelicet, Romanū imperium, cuius poteſtati Iudęi tūc inſinctū diaboli dñm noſtrum tradi
derunt, beſtia erat illa magna & fortis & terribilis nimis, quam Daniel uidit dentes ferre eos ha
bentem, comedentē atq; comminuentem, & reliqua pedibus conculcantē. Huius beſtię pote
ſtati, ſcilicet, Pontio Pilato, ut eum traderēt Iudęi, diabolus eor; cordibus immiſit, atq; iccirco
tam diabolus q̄ ipſa Romana poteſtas recte hoc loco ſub noīe beſtię datur intelligi. LE tap
prehēſa eſt, inquit, beſtia, & cum ipſa pseudopropheta. ¶ JChriſtus quidem paſſus eſt, ſed ipſa
paſſionis eius uirtute diabolus apprehenſus eſt & iudicatus, & foras miſſus eſt eterno igne pu
niendus. Nam hoc eſt qd ipſe mox paſſurus dicebat. Nunc iudiciū eſt mundi, nunc princeps
huius mundi eiſciēſ foras. ¶ Quis poro erat pseudopropheta qui tūc temporis apprehenſus
eſt cum ipſa beſtia? Nimiriū cōtus phariſaicus, maximēq; is qui illius anni pontifex erat Cai
phas. Ille nanq; exiitit pseudopropheta, q̄ uis uerum ſit illud qd prophetauerat. Siquidē colle
cto cōſilio aduerſus dñm Ieſum prophetauerat dicēs: Vos neſcitis quicūq; cogitatis, ga ex
pedit ut unus moriaſ homo pro populo, & nō tota gens pereat. Etenim uerum quidē proph
etauit ga Ieſus moriturus eſſet pro gente, & non tm pro gente, ſed ut filios dei qui erāt diſperſi
cōgregaret in unū. ¶ Sed nihilominus pseudopropheta exiitit, ga ſi ſenſum uel intētiōē eius
reſpicias, omnino mentitus eſt. Hoc nēpe intēdit, & a miſero populo intelligi q̄ credi uoluit,
q̄ niſi Ieſus moreret, qui Chriſtus rex iam a turbis putabat, Romani, quor; ſub imperio tunc
erant, hoc audiētēs, q̄ iniuſſi ipſor; regem ſuſcepſerūt, quaſi cōtra rebelles exercitū mitterēt,
& tollerent eor; & locum & gentē. Igitur pseudopropheta exiitit, & in aſtutia ſua cōprehen
ſus eſt ab eo qui cōprehendit ſapientes in aſtutia eor;. Nam & in Iob maxime de talibus ſcrip
tum eſt: Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia, & ipſe nouit decipientē & eum qui decipitur
Adducit cōſiliarios in ſtultū ſinem, & iudices in ſtuporem, & cetera. Decipiens iſte fuit qui ſic
prophetauit, deceptus eſt aut ſtultus populus, qui, ut erat ad homicidia pronus, prophetiam
eius libēter accepit. Vnde ſequitur: Qui ſecit ſigna corā ipſa, quibus ſeduxit eos qui acceperūt
characterē beſtię, & adorauerūt imaginē eius. ¶ Non quidē Caiphas cōteriq; tunc temporis
pontifices et phariſę: ulla ſigna ſeciſſe legūtur, ſed ſicut oēs perſecutores, qui gladio materia
li occiderūt ſiue occidunt, in unū corpus redigūtur, & una beſtia dicunt, ita oēs qui uerbo fal
ſiſcē decipiunt in unū corpus redacti, recte unus pseudopropheta nūcupātur. Multi autē ex
iſcē deceptoribus ſigna mēdacia fecerūt, ut Iannes & Mambres, qui corā Pharaone Moſi re
ſtiterunt. Recte ergo cum de perſonis illoꝝ ſermo ſit, qui ad occidendū dñm populū decepe
runt, nō incongrue hoc eis imputat q̄ fecerint ſigna corā beſtia, id eſt, ad obſequiū beſtię, q̄,
uidelicet, ſicut iam dictū eſt, cum uniuerſis deceptoribus quor; aliqui ſigna fecerūt, unū ſunt,
quīs nō omnino actu, tñ omnimoda uolūtate. ¶ Iſ maxime, de q̄ iam dictum eſt, Caiphas ſe du
xit eos, qui acceperunt characterē beſtię, id eſt, qui executi ſunt miniſteriū Satang, clamādot
Crucifige, crucifige talē, non habemus regē niſi Cęſarē. Veraciter hoc dicēdo acceperūt cha
racterē beſtię, id eſt, nimia nimisq; ſpontaneā Cęſaris, aduerſus dñm & aduerſus Chriſtū eius
profeſſionē. Nihilominus accipiēdo Barabbā ſeditionis autorē, reprobatō p̄ncipe pacis, cū
de his duobus haberēt optionē eligendi quē uellēt, acceperūt beſtię characterē, ſeduciti à iam
dictis pōtificibus ut illū acciperent. ¶ Quid em̄ Barabbas niſi beſtię characterē exiitit? Deniq;
in ſua perſona ille maxime magnū & p̄cipuū Antichriſti exemplū fuit, q̄ illū ſint ueniētē
in noīe ſuo ſuſcepturi, qui dei filiū non ſuſceperunt, benedictū ueniētē in noīe dñi. Nam ego,
inquit, ueni in noīe patris mei, & nō ſuſcepſiſtis me. Alius ueniēt in noīe ſuo, illū ſuſcipietis. Sane
qd dixerat, qui acceperūt characterē beſtię, hoc repetiūt dicendo, & adorauerūt imaginē
eius: ga, uidelicet, extūc quantūcunq; deum adorare ſibi uideātur, non deum, ſed eum quē re
probato dei filio ſuſceperūt uel ſuſcepturi ſunt, adorare cōuincuntur. Sequitur: Et uiui miſſi
ſunt thi duo in ſtagnū ignis ardentis & ſulphuris, & ceteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper
equum qui procedit de ore ipſius. ¶ Hi duo, inquit, ſcilicet, beſtia et pseudopropheta uiui miſſi
ſunt in ſtagnum ignis ardentis. Admirari & ad intellēcū excitare nos nititur, cum dicit, uiui.
Quid eſt em̄ uiui, niſi ſcientēs? Deniq; qui ſciant ueritati reſiſti, uiuēs in infernū deſcēdit.
Qui autē ignorantiam dei habens ſeruit iniquitati, quaſi mortuus eodem deſcendit. Vnde eſt
illud in Pſalmo: Cum exurgerēt homines in nos, ſorte uiuos deglutirent nos. Siquidē niſi ga
dñs erat in eis qui cōfortabat eos in uirtute ſpūs ſancti, quīs uiui eſſent, quīs ſcientiā haberent,
uicti tormentis Chriſtū negaſſent. ¶ Et de beſtia quidē, id eſt, de diabolo certū eſt ga ſciebat
ipſum eſſe Chriſtū, quem tñ ut occiderent Iudęi ipſe immiſit in cor eor;. De propheta autem
quem

quem hic dicit pseudopropheta, id eſt, de illo cœtu malignantiū pontificum & phariſeor; de
quibus unus Chaiphas, ut iam dictū eſt, prophetauit, forte q̄s dubitet utrū ſciant illi an nō?
Sed dicit ipſe de cuius dicto nō eſt dubitandū: Si non ueniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatū
non haberent. Nunc autē excuſationem nō habent de peccato ſuo. Item: Si opera nō feciſſem
in eis quę nemo alius fecit, peccatū non haberent. Nunc autē & uiderunt & oderūt & me &
patrem meum. Igitur ſciet̄ tam beſtia q̄ pseudopropheta tam diabolus q̄ perſida ſynagoga
cum pseudopropheta ſuo Caipha cōgregati ſunt, ad faciendū præliū cum illo qui ſedebat
in equo & cum exercitu eius, id eſt, aſtiterunt aduerſus dominū & aduerſus Chriſtū eius, atq;
iccirco rectiſſime uiui miſſi eſſe in ſtagnū, uiui, inquam, deſcendiſſe dicunt in infernū. ¶ Et no
randum ga non contētus eſt dixiſſe in ſtagnū ignis, ſiue ut frequēter in euāgelio dictū habes,
in gehennā ignis: ſed addidit, ardentis & ſulphuris, ſiue ardentis ſulphure, ut habent codices
nonnulli: quod utrunq; idem eſt ac ſi diceret, ignis ſulphurei. Cnr hoc niſi pro illoꝝ per ditor
um meritis: Nam priuata illoꝝ uita nequā fuit & tam corrupta, ut merito ſulphureo debeāt
apud inferos igne cremari. Nonne ipſi erant quos propheta ſpirituali oculo p̄uidēs à longe,
eorumq; peſſimā execrans uitā digna cum animaduerſione: Audite, inquit, uerbum dñi p̄m
cipis Sodomor; percipite auribus legem dei mei populus Gomorr; ¶ Et uere credendū eſt,
nec dubiū eſſe debet, quin uita eor; in occulto execrabilis fuerit, qui in manifeſto tantū ſcelus
admittere potuerūt in dominū maieſtatis. Et ceteri, inquit, occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper
equum, qui procedit de ore ipſius. Duo illi iam dicti, beſtia ſcilicet, id eſt, diabolus, & pseudopro
pheta, uidelicet, anni illius pōtifex Caiphas, torusq; cœtus ſcribarum atq; phariſeor; quia
ſciant impietatē tantam cōmiſerunt, uiui in ſtagnū ignis ardentis ſulphure miſſi eſſe dicunt
¶ Ceteri uero, ſubaudiſ, qui ſeduciti ſunt ſeducente illo pseudopropheta, id eſt, populares
Iudęi, qui perſuaſi à pontificibus clamauerūt, crucifige, crucifige, nunquid excuſati aut à pœ
na immunes debuere relinquī? Nō utiq; ſed ſicut de illis Pſalmiſta p̄dixerat: Tradentur in
manus gladij, partes uulpiū erunt, ſic factū eſt: Venerunt em̄ Romani, & ſicut torus orbis au
diuit, traditi ſunt in manus gladij ipſor; uenerūt uulpes, id eſt, maligni ſpiritus, & in partes eo
rum ceſſerunt infelices animæ illoꝝ. Occiſi ſunt ergo in gladio ſedentis ſuper equum, qui pro
cedit de ore ipſius, id eſt, ſecundū ſermonē quem ille proprio ore de iſtis elocutus eſt: Et cadēt
in ore gladij, & captiui ducētur in oēs gentes, Sed & Hieremias ante de hac ipſa uindicta per
conceſſionē dixerat: Propterea da filios eor; in famē, & deduc eos in manus gladij. Fiant uxo
res eor; abſq; liberis, & uiduę, & uiri earū interficiantur morte. Iuuenes eor; confodiant gla
dio in prælio, audiat̄ clamor de domibus eor;. Adduces em̄ ſuper eos latronē repente, &c.
Hoc fuit illis torcular calcari, ſicut ſupra per anticipationē dictū eſt: Et ipſe calcet torcular ui
ni furoris irę dei omnipotentis. ¶ Veruntamen ſicut iam dictū eſt, percuſſionē gladij oris eius
in bonā interdum parte accipi, ita & hic ad gladiū eundem referendū eſt, quod quidā ex ipſis
pœnitentiā egerunt, p̄dicantibus apoſtolis. Compuncti nanq; dixerunt ad Petrū, & ad reli
quos apoſtolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus uero ait ad illos: Pœnitentiā, inquit, agite,
& baptizet̄ unuſquiſq; ueſtrū. Ac deinceps: Saluamini, ait, a generatione iſta praua ſubaudiſ,
ne uos gladius ille pariter cōprehendat. Nam quoſcunq; nō percutit ad temporalē pœniten
tiam, ſine dubio percutit ad interporalē pœnam: plerorq; uero ex ipſis fatiet, ut & corpus
occidat, & animā mittat in gehennā. Sequitur: Et oēs aues ſaturatę ſunt carnibus eor;. ¶ Aueſ
iam dictę, ſancti tūc temporis apoſtoli fuerunt. Veraciter oēs illi uel ſucceſſores eor; futuri
ſunt carnibus illoꝝ, ſed nō eodem modo quo uoluerūt. Paucos em̄ admodū ex ipſis conuer
runt, & hoc nimis egre tulerūt. Vnde in pſalmo prophético ſic ſcriptū eſt: Cōuertentur ad ue
ſperam & famē patientur ut canes, et circuibūt ciuitatem. Ipſi diſpergētur ad manducandū, ſi
uero nō fuerint ſaturati, & murmurabūt. ¶ Alio modo ſaturati ſunt, eo, uidelicet, de quo item
in pſalmo dictū eſt: Lætabitur iuſtus cum uiderit uindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine
peccatoris. Et quidē lætitiā quę dā competit in huiusmodi, pro gloria iuſtitie iuſti iudicij dei
eſt eadē lætitiā rationabili amaritudine permixta eſt. Exempli gratia, cum unus illoꝝ dicit:
Veritatē dico in Chſo, non mēior, teſtimoniū mihi perhibente cōſcientia mea in ſpiritu ſan
cto, qm̄ triftitia mihi eſt magna, & continuus dolor cordi meo, pro fratribus meis qui ſunt co
gnati mei ſecundū carnē, qui ſunt Iſraelitę. Poſtq̄ præliū illud cōmiſſum eſt, in quo is qui ſe de
bat in equo tāto ſuperior, & hi qui cōtra illum pugnauerūt tanto inferiores effecti ſunt, quid
deinde actū ſit ſequēs ſermo myſtice p̄ſcribit, hoc modo: Et uidi angelū deſcendentē de cœ
lo, habentē clauem abyſſi, & catenā magnā in manu ſua. Et apprehēdit draconem ſerpentē an
tiquum, qui eſt diabolus & Satanas, et ligauit eum per mille annos, & miſit eum in abyſſum. Et
clauſit, et ſignauit ſup̄ illum ut nō ſeducat amplius gētes, donec conſumentur mille anni. Poſt
hęc oportet illū ſolui modico tēpore. ¶ Iſte angelus idem Chriſtus eſt, ſed aliud agens, imō
negotiū ſuperius ceptū potenter adimplēs. Neq; enim quod paulo ante ſignificatū eſt dicen
do: Et uidi cœlū apertum, & ecce equus albus: idē repetitur nūc, dicēdo: Et uidi angelum de
ſcentē

& Iudęi be
ne ſcuerūt
Ieſum eſſe
Meſſiam.
Iohan. 15
Ibidem.
In ſtagnū
ignis arden
tis & ſul
phuris.
Eſt iſta i
uita illorū
execrabilis
Psal. 62
Luce 21
Hier. 18
Gladij oris
eius, qm̄
percutit ad pœ
nitentiā.
Actoꝝ 2
Psal. 58
quō iuſtus
lætatur de
uindicta.
Psal. 57
Roma. 9
C A P. XX.
Iſte q̄ gan
gelus Chſus
eſt.

scendentem de caelo: sed quod illic ceptum, hic significatur qualiter sit peractum, & adhuc quod restat usq; in finem seculi peragendū. Illic nanq; Christus de caelo descendens in uirgine uerū ad destruedū mortis imperiū, & liberādos eos qui in inferno de tenebatur: Hic itē Christus de caelo descendēs significatur ad destruedū tenebrarū mundi principatū, ad liberandos eos qui ad simulacra muta ignorātes ibant prout ducebatur. ¶ Dicit ergo forte quis: Nunquid Christus postq; morte superata uictor in caelis ascendit, iterū huc inde descendit: Plane descendit, sed inuisibiliter. Descendit nō ut prius passibili humilitate sed impassibili atq; inuisibili maiestate. Descensum illū totus orbis audiuit, descēssionis illius sonus in omnē terrā exiuit. An quādo factus est illē de caelo sonus tanq; aduenientis spūs uehementis, & repleuit totā domū ubi erāt sedentes. Christus de caelo nō descendit, Christus hūc mundū non uisitauit? An separabilis est substātia uel maiestas filij & spūs sancti, ut descendente ad hoies spiritu sancto filius dei nō descēderit? Certe et si non p̄ circumscriptā humanitatis suae formā descendit, at sine dubio p̄ incircumscriptā diuinitatem suā, per ipsū quē dabat spiritū sanctū, & per eos q̄s inspirabat apostolos ad uisitādas gentes descēdit. Quod si autoritas ybi huius quæritur q̄ dicimus, descēdit, in psalmo propheta cum dixisset de p̄dicatione apostolorū & p̄ccnitiā gentiū, cōmota est & cōtremuit terra, & fundamēta montiū conturbata sunt & cōmota sunt, qm̄ iratus est eis: Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, carbones succensī sunt ab eo, continuo quasi q̄reres, qualiter hoc factū sit uel fieri potuerit, subiūxit: Inclinauit caelos & descendit, id est, apostolos suos per spūs sancti datū cœlos effectos, hoibus condescēdere fecit, & p̄ ipsos ad gentes descendit, gentibus innotuit. Igitur uidi, inqt, angelū descendētē de caelo, id est, Christū rursus uisitāntē mundū dato spiritu sancto. Iam in illo descensu propter passionē mortis gloria & honore coronatus fuerat, iam omnē in caelo & in terra potestatem habebat, iam dominator uitæ & mortis erat. Ait ergo: L. Habentē clauem abyssi & catenā magnā in manu sua. Nā qui uictor ab inferis iam dudū redierat, recte & ueraciter dictū quia clauem abyssi habebat. Hinc est qd̄ in initio huius apocalypsis cū dixisset ipse: E. tui mortuus, & ecce sum uiuus in secula seculorū, tunc demū addidit: Et habeo clauem mortis & inferni. Ipse nanq; prout uoluit, & electos suos illo descensu suo ad inferos eduxit, & reprobos inclusos reliquit ut exire non possint. ¶ Et catenā, ait, magnā in manu sua, id est, potestātē ad alligandū, uel deslicet, & extrahendū foras diabolu, qui cubās in delubris gentiū sese pro deo colificabat. Hoc est qd̄ continuo sequitur: L. Et apprehēdit draconē serpētē antiquū, q̄ est diabolus & Satanas, & ligauit eū per mille annos. Palām est & ita ab effectis comprobātū, q̄ illū apprehēderit & ligauerit, ut de hoc aliquatenus dubitare de mentia sit. Si em̄ ille ligatus a Chro non est, quō tam imbecillus iacet ex quo Christus passus est: Quō tor ab illo euadunt hoies? Quō tam multis non dico grādeus & sapientibus uiris, sed a pueris tenerisq; puellis illulus est? Conside remus quæ & qualia in eum p̄ infirmas aetates siue conditiones facta sunt, maximeq; recolendo gestā uel passiones martyriū, & defestabile spei aculū habemus. ¶ Quia nō solum ligatus, uerum etiā infatuus est: nec solummodo catena magna stringunt illi manus & pedes, uerum etiā sicut ad Iob facturū se dñs promiserat & nares pforatas in sudibus, & linguā fune ligatā, & circulū in naribus habet, & maxilla eius armilla pforata est. Inde est q̄ illud eum ei quāsi aut non solū serui, sed etiā ancillæ dñi, q̄ concidunt eum amici, q̄ diuidunt eum negotiatores illi, quicunq; bonas margaritas q̄rentes, & unā pretiosā euāgelicē ueritatis margaritā inuenientes cōparauerunt illā datis omnibus suis. Quis dinumerare possit millia martyū, multitudines confessorū, choros uirginū, plebemq; oim̄ electorū, qui extunc uidente & inuidente illo in celum euolauerunt, & uidente & retinere non ualente illo, de templo eius fordidibus eruperūt, sordesq; ipsas in oculos eius excutientes, ad deum uerum trāssugerunt: Vere igit̄ dictū, quia apprehēdit & ligauit eum. ¶ Quid sibi uelint tot noia tetra quibus scriptura hęc illum infamat, dicendo, draconē, serpētē antiquū, qui est diabolus & Satanas, iam alio loco dictū, & hic breuiter iterandū est. ¶ Serpens iccirco dicit̄, quia primū hoiem decepit serpētē animātem ingressus. ¶ Draco uero, quia extūc creuit & multiplicata est in inuidio malitia eius, & ita quasi de serpente qualicunq; draco magnus, draco uetus siue antiquus effectus est. ¶ Diabolus qd̄ interpretatur deorsum fluens iccirco, quia non seruauit suum principatū, sed relinquens suum domiciliū, id est, cœlū, defluxit in istū caliginosum aërem. ¶ Satanas quod interpretatur aduersarius iccirco, quia uolūtati creatoris mala semp̄ intētiōne aduersat. ¶ Istū ligauit per mille annos, id est, tēpore aliquāto siue per multos annos, ut solet in scripturis sanctis sepe numerus poni finitus pro infinito. L. Et misit eum, inqt, in abyssum. Hoc idem longe superius iam dictū est: Et proiectus est in terrā. Et illic noie terræ, & hic noie abyssi, nequā hoies & reprobi signifi cātur, qui terrā uel terrēna tm̄ cupiendo, ipsi terra sunt, & mala excitādo profundius semetipfos abyssum fecerunt, eo q̄ uita ipsorū malitiæ sit arcanū. In eo diminuta est potestas illius & quasi de alto missus est in abyssum, q̄ iam non publico celebrat cultu in tēplis, nomen diuinū siue potius diuini nois rapinā obtinens ut olim, atq; solennem ritum sacrificiorū, sed tm̄ qui su

Quo post ascensionē suā, descendit de caelo Christus. Actoꝝ 2

Psal. 17

Heb. 2
March. ult.

Supra 1

Satan ligatus & infatuus. Iob 41

Math. 13

Varia noia diaboli.

Serpens. Gene. 3
Draco. Diabolus.

Satanas. Ligat⁹ mille annis.

Abyssus & terra hoies reprobi.

per sunt miseræ seruitutis eius captiui hoies in occulto illi seruiunt, in abditis exercent spurcitas & ueterū uestigia maleficiorū. Ait ergo: L. Et clausit & signauit sup̄ illū, ut nō seducat amplius gentes. Id est, ut nō amplius cōcelebretur sacris et sacrilegis sacrificijs falsator spūs, qui non deus sed diabolus est, neq; adoret̄ ut olim Saturnus falsificer, aut Iupiter adulter, aut meretrix Venus, quorū uel qualium ad cultū nefarium misero errore seductæ ducebantur gentes. Itaq; ligatus, ut est, tenebitur diabolus, donec consummētur mille anni, donec impleatur oia tēpora præfixa in euāgelicē libertati quæ nescimus nos, pater autē deus illa in sua potestate p̄posuit. L. Post hęc, inquit, oportet illum solui modico tēpore. Solutio draconis siue serpētis anti qui diaboli aduētus erit Antichristi. Tunc em̄ in illo perditionis filio ueraciter solutus ueniet diabolus, cuius tāta talisq; in Chri seruos erit p̄secutio, ut non qualescunq; iustitij uerbum sed ipsum nomen Christianū ne cōfiteri audeant illis interdicit. Et hoc non diu sed modico tēpore, scilicet, tm̄ tribus annis & semisse. Tam modicū tēpore habebit p̄pter electos, q̄ nisi breuiati essent dies illi, ait dñs, nō fieret salua ois caro. De hoc iam superius diximus, ubi sic scriptū est de septimo eodemq; nouissimo capite septēplis bestie siue septimo rege. Et tunc uenerit, oportet illū breue tēpus manere. ¶ Et hic & illic eodē uerbo usus est, dicēdo oportet. Quærit ergo: Cur illū oportet solui modico tēpore, siue manere tēpus breue? Solē enim hoies huiusmodi quæstionē uentilare, & pene suspēctā sibi faciūt dei uoluntatē, q̄ mala uelit euenire, & q̄ iccirco euenire oporteat, q̄ ipse (quod dictū quoq; nefas est) iniquitatē uelit. Nec enim, inquit, taliter euenire possit, nisi deus uellet. ¶ At uero Apostolus talē iniquitatis obiectiōnem auerso repellens aio, o homo, inquit, tu qs es qui respōdeas deo? Statimq; calūniatore repulso, qui quæstiones multiplicat magis cōtendendi studio q̄ discendi, placide cōuertitur ad eum qui amica intētiōne quærit, ut non contendant, sed ut aliquātula ex parte cognoscere mereatur ueritatē diuini iudicij, non dubitans quin malorū nostrorum causa ex nobis sit. Volens, inquit, deus ostendere iram, & notā facere potentiā suā, sustinuit in multa patiētia uasa iræ: apta in interitū, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ preparauit in gloria. ¶ Cum igitur quærit de illo malignitatis septimo capite, id est, Antichristo, quod illum oporteat solui, quærat & de cæteris capitibus bestie, cur unumquodq; illorū tēpore suo manere oportuerit. Verbi gratia: De Pharaone, de quo Apostolus propter aduersariū obloquētem, taliter meminit: Dicit em̄ scriptura Pharaoni: quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostendā in te uirtutē meam, & annuntiet nomen meū in uniuersa terra. Sicut em̄ de isto nūc dicitur, quia oportet illū solui: sic de illo ueraciter dicas, q̄ oportuit eum excitari. Quærat ergo tam de istis q̄ de cæteris soluitur, & respōdebimus qd̄ respondere nos docet Apostolus, scilicet, hęc iccirco oportere fieri, quia deus uult ostendere irā, & notā facere potentiā suā: & quia hoc uult, iccirco sustinet uasa iræ: apta in interitū. Notandū quippe qualiter dixerit, quia bonum est qd̄ uult, scilicet, ostendere irā, & notā facere potentiā suā: mala autē sunt quæ sustinet, uidelicet, uasa iræ: apta in interitū. ¶ Hunc iam pro exēplo propositū ab apostolis tenemus Pharaonē, uasa iræ: apta in interitū, ut causa magis clarescat cur uelit deus ostēdere iram suā, & in quo bonum sit, quod uel tunc ostendit, uel nūc ostendere nō desinit iram suā. Hoies uoluptatū amatores, & ad omnē uanitatē proni, quales iam tūc erant in Aegypto filij Israel, nisi aliqua uexatio præsentialiter asit non in telligunt imō intelligere nolunt, q̄ deus bonus misericors & clemens irasci nouerit, uel q̄ iudiciū cum seueritate aut creaturæ suę damnatione uisu suo sustinere possit. ¶ Tūc deniq; filij Israel cum dijs Aegyptiorū non minus q̄ Aegyptij fornicabant. Vnde & p̄ prophetā Ezechielē sub specie mulierū Oolla atq; Ooliba cōtra Samariā & Hierusalē loquitur: Fornicata est ergo Oolla sup̄ me, sup̄ amatores suos filios Assyriorū: in sup̄ & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto non reliquit. Et post aliqua: Multiplicauit Ooliba fornicationes suas, recor dās dies adolescentiæ suę, quibus fornicata est in terra Aegypti. Item ad ipsam: Et uisita stī, ait, scelus adolescentiæ tuæ, quādo subacta sunt in Aegypto uera tua, & contracte mām̄ pubertatis tuę. ¶ Ne igit̄ nescirent rudes tunc filij Israel, quia deus cum sit clemens & misericors pater, nihilominus tamē zelum fortissimū habet, & cum seueritate iudicaturus est iramq; repositā habet, qua peccatores uniuersos puniet quādoq; uniuersaliter, experimento opus erat, ira eius ut ostēderetur ex pediebat his, quos bonitas eius saluos esse cupiebat. Neq; em̄ aliter salui fieri possent, nisi iam aliquo experimento uenturā iram scientes a uentura ira fugerent. Oportuit ergo Pharaonem excitari, oportuit ut sustineret deus uasa illud aptum in interitum hominem illum impium ac superbū sedere in solio regni, quod nimirum fuit excitari. ¶ Notandum quippe, quia non dixit scriptura, in hoc ipsum iniquum feci te, sed in hoc ipsum excitauit te, id est, cum esses iniquus in regnum ascendere feci te. Ut quid hoc? Ut ostendā in te uirtutem meam, ut ostendā in te quam uolo ostendere iram meam, ut te pro consuetudine iniquitatis tuæ, pro infinita tibi malignitate, filios Israel affigere uexatio præsens det illis intellectū, & sentiant atq; experiantur apud me esse iram: & hoc sciētēs fugiāt irā meam & confugiant ad me, a quo recesserant, deum suū, deum patrum suorū. Eandem ob causam oportet,

Per Christū cessauit cultus dæmoniorum.

Solutio modico tēpore, scilicet, i aduētū Antichristi. March. 2. 4. Supra 17

Quæstio de uoluntate dei, an uelit malum.

Solutio ex Paulo. Roma. 9

Ibidem.

Ibidem. Exodi 7

* Nunc. Deus sustinet malos, & punit eos in extremum pro electis. Fornicationes Israel in Aegypto. Ezech. 16

Deus & irasci nouit & misereri.

Esaiæ 10

CLXXX. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. XX.

fam oportuit deinde Affyrios, ceterosq; hostes Israel excitari, sicut ubiq; testificatur spūs san- ctus loquens in prophetis, & iccirco sustinuit deus cūctā uasā iræ apta in interitum, ut electis eius amaras facerent illecebras uoluptatū, propter quas obliuiscerentur deum, ut uel sic neces- sitate cōpulsū reuerterentur ad ipsum. ¶ Porro uniuersitas illoꝝ pro uno malignitatis spū repu- tatur in unum corpus, & illud corpus bestia est, quæ hoc libro toties esse dicitur septē capitū, quoz; Antichristus ipse septimū est. Igitur cum dicitur, post hæc oportet illud solui, causam eandem intelligamus, propter quam ut ascenderet, iamq; sex capita persecutionū sanctorū im- penderet bestia sæpe dicta, deum sustinere oportuit, ut uidelicet, usq; ad summū ira sua nota fiat, ut euidēs atq; sufficiens testimoniū habeat; qā non iniquitate uult, sed iniquitate odit, atq; perinde sedere illum deceat in nouissimo die in folio iudiciū, & iudicare illos, quicunq; inuen- ti fuerint incorrecti. Palam quippe erit: qā malum, id est, peccatū ualde odit, quod malū, id est, afflictionem ut suis quoz; electis inferret, aut ipse inferret, sustinere potuit. Sequitur: Et uidi sedes, & sederunt sup eas, & iudiciū datum est illis: Et animæ decollatoꝝ propter testimoniū Iesu, & propter ybum dei, & qui nō adorauerunt bestia, neq; imaginē eius, nec acceperūt cha- racterem in frontibus, aut in manibus suis, & uixerunt, & regnauerūt cum Chro mille annis. Cæteri mortuoz; non uixerunt, donec consummentur mille anni. Et hæc est resurrectio prima. Ligato dracone diabolo, & libere per publicū procedente Chri euangelio, hominibusq; qui fuerāt uasa eius, trāsmutatū in uasa dei, filios dei, templis idoloz; ueris in ecclesiis Christi. Qualis extunc per orbem terrarū sanctæ ecclesiæ status esse cōperit, in uisione prospicit di- cendo: L. Et uidi sedes, & sederunt sup eas, & iudiciū datum est illis. Iste namq; sedes, ecclesia sitæ sunt dignitates, uidelicet pontificum catholicoꝝ, & inferioris quoz; ordinis sacerdotū siue prælatorū, quoz; potestas nimirū tanta est, ut recte sit uel dici debuerit qā datum est illis iudiciū: Auctoritate namq; eius (cui pater omne de dicitur iudiciū) hoc illis datum est, ut quæcunq; alligant sup terrā, ligata sint in celo, & quæcunq; soluant sup terram, soluta sint in celo. ¶ Sū- mum iudiciū huius tribunal in ecclesia paratū est Romana, ubi sedes apostolica beati Petri, & noie & corpore fundata est, cui specialiter dicitur: Tu es Petrus, & super hanc petra ædifica- bo ecclesiā meam: Et tibi dabo clauēs regni celoꝝ. Ex illius sanctæ sedis religiosa, & uenera- bili traditione memoriæ martyꝝ Christi sic celebres, & splendide factæ sunt, ut omni hono- re solennizetur per mundū, uniuersū natalitij dies illoꝝ, & super sacra illoꝝ copora celebrent solēnia missarū. Ait ergo: L. Et animæ decollatoꝝ propter testimoniū Iesu, & propter uerbum dei, & qui non adorauerunt bestia, neq; imaginē eius, nec acceperunt characterē in frontibus, aut in manibus suis, & uixerūt, & regnauerunt. ¶ Quod est dicere: Ecclesia Chri in ordine suo sedente, principibus quoz; & regibus terrarū obedientibus iudicio eius, animę sanctorū mar- tyꝝ (qui propter fidē Christi sanguinē suum in psecutione fuderunt, nolētes parere paga- nis principibus, ut Christū negarent, & participes fierent de sacrificijs demonioꝝ) uirtutibus eximjs sese uiuere cōprobauerunt, & ita apud hoies regnauerūt, quinque dānati fuerāt, ut re- ges q; & imperatores discernēt, & deposito diademate nudis capitibus sese prosternerēt ad uenerādas memorias eoꝝ. Hoc fit, et fieri nō desinit mille annis, id est, sicut iam dictū est, usq; ad aduentū Antichristi: Tam diu regnabūt cum Christo, ut quicunq; Christū cōfiteretur, mar- tyres quoz; Christi suppliciter ueneret. ¶ Cæteri, inquit, mortuoz; non uixerūt. Cæteri mor- tuoz; id est, qui aliter mortui sunt, qui seculo uiuūt, & deo mortui sunt, lōge ab his differēt, qui propter testimoniū Iesu seculo mortui sunt, & deo uiuūt: Isti nō uixerunt, nec uiuere iudi- cati sunt, sed in ter mortuos æstimati, & uere sunt, & hoc donec consummentur mille anni, id est, donec ueniat Antichristus, qui e cōtra tales utiq; uiuificabit: uiuos autē, id est, iustos deo uiuē- tes mortificabit. L. Et hæc est, ait, resurrectio prima. Hæc nimirū alligatio draconis: Hoc iudi- cium sedentiū super sedes: Hæc uita regnantiū cum Christo animarū sanctorū martyꝝ, resur- rectio prima est. Sunt enī duæ resurrectiōes, sicut duæ mortes, altera animarū, altera corpoꝝ. Resurrectiōe animarū, credendo in Christū, resurreximus per baptismū, quam dñs intēdens dicebat turbis iudæoz; Amen, amen dico uobis, qā uenit hora, & nūc est, quando mortui au- dient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Porro resurrectiōe corpoꝝ in nouissimo die resurgemus oēs, quam itidem dñs in sinuās cōtinuo subsecutus est: Nolite mirari hoc, qā uenit hora, in qua oēs, qui in monumētis sunt audiēt uocē eius & procedēt qui bona fecerunt in re- surrectionem uitę, qui uero mala egerūt in resurrectionē iudiciū. Sequitur ergo: L. Beatus & san- ctus, qui habet partē in resurrectione prima. In his secūda mortuō nō habet potestātē, sed erunt sancti dei, & Christi, & regnabūt cum illo mille annis. ¶ Qui enī crediderit, & baptizatus fue- rit saluus erit, non tm̄ mille annis, sed cunctis annis, & diebus æternitatis. Nam dies, inq; Pal- mista, sup dies regis adiēcies, annos eius usq; in diem generationis & generationis. Permanet in æternū, & in seculū seculi. Sed qā ueniens Antichristus fidem illius in plerisq; turbabit, ic- circo sic quodāmodo determinauit: Et regnabūt cum illo mille annis, ad diditq; cōtinuo: L. Et cum cōsummati fuerint mille anni, soluet Satanæ de carcere suo, Et exibit & seducet gentes, quæ

ueneritas malignorū una bestia.

Autoritas pontificū & sacerdotū i ecclesia. Iohan. 5. Iohan. 20. Summū tri- bunal in ec- clesia sedes Romana Petri. Math. 16.

Venerātur nūc marty- res ab im- peratoribꝫ.

Duæ resur- rectiones si- cut & duæ mortes. Iohan. 5. Ibidem.

Marci ult. Regnabūt cū illo mil- le annis: Psal. 60.

quæ sunt super quatuor angulos terre Gog & Magog. ¶ Soluet & exibit, id est, permisso ute- re, & publicā ubiq; terrarū perfectionē in Christianos excitabit: Et seducet oēs gentes, ele- ctis utiq; exceptis, qā fieri nō poterit ut in errore inducant electi: Hoc enī & superius expres- sum est, his ybis: Et mirabūtur inhabitātes terrā, quoz; noia nō sunt scripta in libro uitę a con- scriptione mūdi. Gētes ergo, id est, gentiliter uiuētes, quæ nimirū appellatione oēs qui Christi sunt, reputant superiores. ¶ Porro uniuersū, qui nō sunt Chri, miro hic denotatur modo, dū di- cuntur Gog & Magog: Interpretatur autē Gog tectū: Magog de tecto. Quid igit, nisi occultos pariter & manifestos p hæc intelligimus a uersarios? Nam p Gog, id est, p tectū falsos intelli- gimus fratres, qui intus sunt, & nobiscū proficētur nomē Christianū, qui pro eo q non dū sese prodūt (qā rei uel tēporis occasio illis deest) recte dicunt tectū: Per Magog uero, qd est, de te- cto, illi recte significatur, qui sicut operibus, ita & ybo nobis aduersant, scilicet, pagani, Iudæi, atq; hæretici. Porro istis, cum acceperint occasione cū Antichristus uenerit, nō dissimili furo- re sociabūt falsi Christiani, pariterq; cum illis nūm faciēt ueris, & simplicibus Christianis. Ait ergo: L. Et cōgregabit eos in præliū, quoz; numerus est sicut arena maris, & ascēderunt sup al- titudinē terrę, & circūierūt castra sanctorū, & ciuitatē dilectā. ¶ Cōgregabit eos, nō utiq; in u- num locū, sed in unū idēq; impietatis propositū, in unū idēq; nocē di studii. ¶ Et recte numerū illoꝝ dicit sicut arenā maris, qā, uidelicet, nō sunt ipsi, qui assimilent ullo modo stellis coeli, nisi forte cū significatione casus & pditionis, ut illic: Et cauda eius, uidelicet, draconis trahebat ter- tiā partē stellarū coeli, et misit eas in terrā. Quod de illis dūtaxat recte dici potest, qui aliquan- do potuere fies dici, sed exierūt ex nobis, quales hic p Gog, id est, tectū significati sunt. Iccir- co ergo sicut arena maris, qā nō in celo noia eoꝝ, sed in terra scripta sunt, quemadmodū pro- pheta dicit: Dñe oēs qui te derelinquūt confundent, recedētes a te in terra scribentur. Isti ascē- derunt, ait, sup altitudinē terrę. De futuro rerū tempore, qdixerat, soluet Satanæ, et exibit, & cōgregabit, ad præteritū uisionis tēpus redijt repēte dicendo, & ascēderūt, & circūierūt ca- stra sanctorū. Ascēderunt ergo, subaudit: in illa uisionis imaginē: Nam ascēderi sunt in re: Ascē- sus eoꝝ superbia eoꝝ est. Deniq; tunc tēpus eoꝝ erit, ut ascēdant in curribus, & in equis glo- riantes, locustæ subsiliant, & diffundant sup altitudinē terrę, late potētes, late dominātes sub tali tantoq; terrarū principe. ¶ Ita ascēdentes, ita superbētes circūierūt castra sanctorū, & ciui- tatem dilectā. Quod dixerat castra sanctorū, hoc manifestius repetiuit dicendo, & ciuitatē di- lectam: Nam ciuitas dilecta castra sanctorū, castra pacis & dilectionis, firmata fide nō ma- terialī lapide, armata uerbo nō ferro. Huiusmodi castra, talem ciuitatē circūierunt, non irrupe- runt: impugnaverunt, nō infrēgerunt. Foris sunt, & in circuitu impj ambulant, qā etsi corpo- ri nocent, nō tangunt animā, si lacerant carnē, non lædūt fidem. Quid tandem! Et descendit ignis de celo, & deuorauit eos: Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnū ignis et sul- phuris, ubi & bestia & pseudoprophetes cruciabuntur die ac nocte in secula seculoz;. Hæc oia per anticipationē dicta sunt: Nam qualiter debeant fieri, qualiter ignis diabolū, & eos oēs quos ille sedaxit, deuoraturus sit, uel quō in stagnū ignis & sulphuris mittēdi sunt, sequenti ca- pitulo repetēs latius exponit. Ait enī: L. Et uidi thronū magnum candidū, & sedētem sup eum acuius cōspectu fugit terra et cæli, & locus nō est inuentus ab eis: Et uidi mortuos magnos et pusillos stātes in cōspectu throni: Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uita: Et iudicati sunt mortui, & ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsoꝝ. Ergo sessio ista, et cunctis istæ apparatus, ille est, quem prospiciens ipse qui sessurus est cum iam ad passio- nem pperaret hoc modo prolucutus est: Cum autē uenerit filius hois in maiestate sua, & oēs angeli cum eo, tūc sedebit sup sedem maiestatis suæ: Et congregabūtur ante eum oēs gentes, et separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hædis, &c. Thronus magnus illa ma- gna altissimæ maiestatis sedis est: Thronus ille ut magnus, ita est et cādidus, qā nō est aut erit, quod in iudicio illo iure reprehendat: Sedentē sup eum, absq; ullo noie dixit, magnificentius personā illā silentio innuens: qā nec ignota est, nec ignorari licet, et ut tunc non cognoscat im- possibile est: Imō prouidendū est, ut quādo sedens uidebit, beneuolū habeat oculū præpara- tum qui uisurus est: Nam cōtra malignos oculos de isto propheta loquitur: Dñe exaltes manus tuas ut non uideant, uideāt et confundātur zelantes populi, et ignis hostes tuos deuoret. Nam quō zelantes populi, quō maleuoli sustinebūt oculi? Ait enī, qā ab aspectu eius fugit terra & cœlum, et locus nō est inuentus ab eis. ¶ Quō tunc fugiet terra aut cœlum: Nimirū terra ma- gno cōflagrata incendio pristinā amittet speciem, simulq; opera terrena dispārebūt, opera regū atq; principū simul ruent, simulq; ardebūt, nec remanebit lapis sup lapidē ciuitatū siue muni- tionum, quascunq; hoies incipiente Cain ædificauerūt, nec saltē exiguus ex incendio residuus erit puluis eoꝝ: Hoc modo terra fugiēs sanguinem quoz; reddet omnē, quo corrupta est, ex quo iam dictus Cain interfecit fratrem suum Abel, et corpora uniuersa hoim, quibus ab initio repleta est: Nam hoc est qd ait: Et uidi mortuos magnos et pusillos stātes in cōspectu thro- ni. ¶ Porro cœlū sic fugiet, quō per Psalmistā tā de terra q de celo predictū est: Initio tu dñe

Math. 24. Supra 17.

Gog & Ma- gog: Gog, falsifres, Magog, q extra sunt.

Sicut arena maris, quia noia eorū scribunt in terra. Supra 12.

Hier. 17.

Circūierūt castra san- ctorū.

Thron⁹ ma- gnus Chri, in die iudi- cii. Matt. 25.

Esaiæ 25.

Tūc fugiet terra, p in- cendū di- spārebit.

Gene. 4.

quō fugiet terram

Q

caeli, id est, crassior aer. Psal. 101. Horatius. Maximus tunc erit fragor coeli. 2. Petri 3. Crepitus coeli ex uiribus ignis.

Non erit locus aut fugae aut latibunt. Supra 6.

1. Cor. 5.

Liberauit praedestinatio dei, prima homines benedictione. Gene. 1.

Gene. 3.

Victorie congratulatio. Matth. 25.

Indicium secundum opera.

Matth. 25.

terram fundasti, opera manuum tuarum sunt caeli: ipsi peribunt, tu autem permanes, omnes firmamentum ueterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & sicut opertorium mutabis hoc caelum, hoc idem illic pluraliter caeli significant, uidelicet, caelum aerium: quia nimirum iste quoque aer crassior atque corpulentior caelum dici coeuit: unde & uolucres, quae uolatu suo in firmum non excedunt aerem, dicuntur tamen uolucres caeli: qui uidelicet, aer cum sit unus, sunt tamen diuersae qualitates aeris pro locis & regionibus diuersis, atque iccirco & unum caelum & multi dicuntur caeli: hinc ait quidam ethnicorum: Caelum, non animum mutat, qui trans mare currunt. De istis caelis non dubium est, quin perituri sint, uidelicet, nimio calore soluti, quando super thronum suum magnus iste sedens apparebit: nam de illis Petrus quoque apostolus in epistola sua dicit: Caeli autem qui nunc sunt, & terra eodem uerbo repositi sunt reuerati in diem iudicii, & perditionis impiorum hominum. Mirabilis atque pauca erit illa fuga caeli siue caelorum: neque enim silentio fiet, sed terribiliter audienda est disruptio fugientium, siue fuga disruptorum: sicut disrumpentium, sicut uetus disrumpitur uestimentum. Ignis quippe non leuiter tunc suas iussus exercebit uires, ut non parumper caeli crepiter, sicut nunc interdum inualecente aestiuo calore crepitare solent (quem crepitum physici dicunt esse tonitruum) sed erit tunc pestas ualida, ualidusque ignis, qui in circuitu ardebit uenientis, ut pote ad uindictam exire iussus impiorum, ad examinanda merita bonorum & malorum. Possunt praeterea per terram fugientem homines peccatores, per caelum autem, id est, aerem recte intelligi daemones, quorum in aere potestas uagandi est. Sequitur enim: Et locus non est inuentus ab eis. Illa ergo terra, & illud caelum recte hic intelligimus, cui fugienti quidem uoluntas sit, sed latere locus nullus inueniri possit ad conspectum sedentis super thronum, scilicet, homines impios, & spiritus malignos, qui tanti iudicis aspectum fugere non ualebunt, nec obtinere poterunt optando abscondere se in scissuris petrarum, & dicendo montibus cadite super nos: & collibus, cooperite nos a facie sedentis super thronum: sed uniuersi coram astantibus, oes producentur ad publicum. Unde protinus subiungit: Et uidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. Magnos & pusillos dixit, quod idem est ac si dicat, neminem latere posse quin coram astitit, siue magnus, siue pusillus ille sit. Nec uero facies tantum, sed & conscientiae quoque parebunt: hoc est quod continuo subiicit: Et libri aperti sunt. Apertio namque librorum manifestatio erit conscientiarum. Omnes enim nos, ait apostolus, manifestari oportet ante tribunal christi, ut referat unusquisque corporis sui prout gessit siue bonum siue malum. Et alius liber apertus est, qui est uita. Liber iste diuinae praesentiae, & beatae praedestinationis certitudo est. Multum ad ueritatem iudicij operabitur liber hic, quia, uidelicet, saluari fas non est, nisi tantum illos, qui in hoc libro uita scripti, id est, ad uitam sunt praedeterminati, quos iam tunc deus scripserat, & quos nasci iubebat quando formatis hominibus primis masculo & foemina, parentibus nostris gratuita benedictione benedixit illis, dicens: Crescite & multiplicamini. Nam caeterorum omnium causa ut nascerentur peccati accessit primae praeparationis, sicut indicat textus uel ordo narrationis: Ad mulierem namque dixit idem deus peccato iam consummatum: Multiplicabo aerumnas tuas, & coeperis tuos. Multum igitur, ut iam dictum est, ad ueritatem iudicij simulque ad laudem misericordiae liber iste apertus, qui est uita, operabitur cum cunctis palam fiet, quia nullus eorum qui perditionem malis sibi operibus coquisierunt fuit praedeterminatus, itemque nullus eorum, qui ad uitam praedeterminati fuerunt, quique illa benedictione nasci iussi sunt saluti deierit, neque cuiusmodi operibus tunc apparebit ut debeat condemnari saluatus gratia permanentis & perueueratis eiusdem benedictionis. Hinc enim gratulatio pro uictoria dicitur misericordiam his qui stabunt a dextris: Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod uobis praeparatum est a constitutione mundi. Nimirum haec eo dicente non paruo celebrabitur uel commemorabitur triumpho uictrix benedictio dei, quod inter tot subsecuta maledictionis spinas, & tribulos crescere, & ad perfectum perducere potuerit ad laudem ipsius, qui propter nos homo factus maledictionem soluit, & priorem benedictionem recuperauit. Et iudicati sunt, inquit, mortui ex his quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Hoc ita certum est, ut nemini uacet nescire, cuius ore recitandum sit quicquid in libris illis scriptum est: Rex ipse sedens super thronum ita se recitaturum asseruit, primum his qui a dextris eius erunt: Esurui enim & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi potum, & caetera. Contra de conscientibus illorum, qui a sinistris erunt, pronuntiabit quae haec omnia non fecerint, & iccirco discedite, dicit, maledicti in ignem aeternum. Ibi deesse nihil licebit uicium, uel qualicunque sine consumptus fuerit. Unde & protinus subiungit: Et dedit mare mortuos suos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant. Mare, uidelicet, corpora, mors, & infernus dederunt animas. Et quidem non solum mare uerum etiam terra de sepulchris omnia reddet corpora. Sed pulchre solum mare hic dixisse contentus est, de quo magis ab infidelibus dubitari poterat, quibus cum incredibile uideatur posse nostra de puluere terrae in integrum reformari corpora, multo magis impossibile aestimatur de mari, cunctisque fluminibus reuocari, sic omnino consumpta, ut ne puluis quidem exiguus superfluit usque compareat. Porro

Porro mors & infernus hoc differunt, quod infernus malorum tantum, mors autem dicatur & sit etiam bonorum. Nam pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Igitur mors & infernus dederunt mortuos suos, id est, beatorum mortuorum, qui in domino mortui sunt, & damnatos, qui in inferno deputati sunt, ad propria corpora reuertentur, ubicunque corpora ipsa fuerint, etiam ipsa quae in profundo maris beluina uoracitas consumpsit. Sequitur: Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum, & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Haec mors secunda est, Et qui non est inuentus in libro uita scriptus in stagnum missus est ignis. Hoc iam dixerat, quia iudicati sunt mortui ex his quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum, & interposito, quae dedit mare mortuos suos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, tunc demum repetit: Et iudicatum est, ingens, de singulis secundum opera ipsorum. Nimirum quae impiorum (de quibus protinus subiungit, & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis) duplex damnatio est: Nam & antequam resurgant cum corporibus suis resurrectione, qua mare quoque reddet mortuos suos, iudicantur apud inferos cruciatur animae impiorum, & postquam resurrexerint, tunc iudicatae pariter animae cum corporibus suis cruciabuntur in secula seculorum. Tunc infernus & mors, id est, homines impii, qui a sinistris erunt cum diabolo & angelis eius mittentur in stagnum ignis. Et haec, inquit, secunda mors est. Videlicet, de qua superius cum dixisset Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima, subiunxit atque ait: In his secundum a mors non habet potestatem. Ergo cum sit resurrectio prima resurgere a peccatis per fidem christi, recte prima mors peccatorum, secunda autem mors recte intelligitur aeterna uindicta peccati, de qua iterum subiungit: Et qui non est inuentus in libro uita scriptus in stagnum missus est ignis. Quod iccirco repetere uideat, quia, uidelicet, ut mittantur in stagnum ignis pro causa fuit, id est, pro peccato originali, a quo liberati non sunt per fidem christi, & pro actualibus peccatis, quae singuli in uita sua, superaddiderunt praeparationi illi. Itaque quod superius anticipando dixerat: Et diabolus, qui fudebat eos, missus est in stagnum ignis ardentis & sulphuris, ubi bestia & pseudoprophetae cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum, hoc ipsum ab eo loco usque ad praesentem terminum demonstratum est qualiter fiet. Ab hinc beatus immortalitatis statum eorum, qui a dextris erunt, quibus dictum erit: Venite benedicti patris mei percipite regnum, significant frequentia uisionis qualis futurus sit. Et uidi caelum nouum, & terram nouam: Primum enim caelum, & prima terra abiit, & mare iam non est: Et ciuitatem sanctam Hierusalem nouam uidi descendentem de caelo, a deo parata sicut sponsam ornata uiro suo. Extrematis illis, qui corruerunt terram, uidi, inquit, caelum nouum, & terram nouam, id est, caeli & terrae species pristinae abiit, & melius commutatae: Primum enim caelum, & prima terra, id est, caeli & terrae species pristinae abiit siue fugit, sicut supra dictum est, quae a conspectu sedentis super thronum fugit terra & caelum. Porro de eo, quae ait: Et mare iam non est. Dubie a doctoribus tractatum est, utrum maris fluida substantia penitus siccaret & ad nihilanda sit magnitudine illius incendij, quo deflagrabitur uniuersitas seculi, an in melius commutanda, ut eius quoque substantia quidem permaneat, sed species alia sit. Cunctis igitur innotatis: Uidi, ait, ciuitatem sanctam Hierusalem nouam. Ita notandum quae uenerabili praeconio sanctorum, atque electorum uniuersitate effertur deicit, ut diceret eam ciuitatem, meritis sanctam, nomine Hierusalem, habitu nouam: Nimirum quia haec ciuitas sancta est, illa autem, quam superius uiderat, inimica huius, meretrix et mater fornicationum, & dicitur & est. Ista, Hierusalem nomine suo, suam & dei sui ueram significat pacem: illa, Babylon uocabulo suo, suam designat confusionem. Ista noua & perseueras in iuuentute aeterna, illa celeriter iuuentute per fornicationes expensa, atque in breui consumpta, deinceps corrugatur uetustate sempiterna. Quae est enim huius nouitas, nisi gemina sanctae regenerationis gratia? Nunc enim regenerata per primam resurrectionem, id est, per christi baptismum, in nouitate uitae ambulat, tunc autem, cum factum fuerit, quod praesens uisio praescribit, regenerata erit per secundam resurrectionem, de qua ipse christus: In regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, & caetera. Erit ergo tunc uere noua tamen in corpore quae in anima. Talem uisum, inquit, descendentem de caelo, & exponens quid dixerit, addidit: A deo parata. Non enim sibi arrogat, id quod est illa ciuitas sancta, sed a deo se accepisse, non suis meritis, sed caelesti gratia semper meminit, & sempiternas agit gratias. Quod paratum a deo: Sicut sponsam, inquit, ornata uiro suo. Multum per oia ciuitas haec praedicat dissimilis ciuitati illi magnae meretricis: Illa namque in habitu meretricis sedens super bestiam coccineam, plena nominibus blasphemiarum, prostituta & fornicaria patenter arguitur, prostituta daemones, fornicata cum regibus: Haec autem uni uiro suo, uni deo suo pudice ornata pronuntiatur, sicut sponsa, uidelicet, iam praeparatas ingrediendo ad nuptias, adultera illa meritas mortis & inferni subeunte poenas. Sequitur: Et audiui uocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum illis: Et ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit, eorum deus. Vere magna & delectabilis uox ista, quam sanctam ciuitatem, & sponsam suam ipse, qui sedet in throno, dignam demonstrat atque commendat: Neque enim illa unquam commendauit seipsum, atque iccirco dignum est, ut uir suus, deus

In quo differunt mors & infernus. Psal. 115. Supra 14.

Impiorum duplex damnatio.

Mors prima, peccatorum. Mors secunda, aeterna uindicta peccati.

De statu beatorum immortalitatis uisio sequens. C A P. XXXI. nouum caelum, id est, noua caeli species.

Ciuitas beatorum.

Nouitas Hierusalem per geminam regenerationis gratiam. Roma. 5. Matth. 19. A deo paratum. Dissimilitudo inter duas has ciuitates.

suus commendat illam. E contra meretrix illa corruptis & corruptoribus suis semetipsam com- mendat, semetipsam corde et ore proprio apud illos in malis proprijs magnificat: Nam in frō te eius nomen scriptum, mysterium: Babylon magna, mater fornicationū & abominatum terrę: In terra ipsa in corde suo dicit: Sedeo regina & uidua non sum, & lucum non uidebo: Hęc autem non semetipsam commendat, sed deus suus, uir suus, sedens in throno magna uoce il- lam commendat. Lece, inquit, tabernaculum dei cum hominibus & habitabit cum eis. Lece demonsttrans aduerbiū, magnum est magnę gratulationis iudicium lætantis ore prola- tum, quia quædamodū Psalmista dicit: Lætabitur dñs in operibus suis: Hoc nanq; taberna- culum opus dñi est, uniuersa ornamenta eius abintus et de foris pulchra sunt opera dñi, digna præconia demonstrantis dñi, digna lætitia cordis dñi, ut sicut iam dictum est, propheta testan- te, lætetur in illis. Ex quo formato homine primo costam de latere eius tulit, & edificauit eam in mulierē, extunc deus hoc tabernaculū suum ædificare nō desit, aut desuit donec cōpleat, & dicat: Ecce tabernaculū dei. ¶ Porro qd addit cum hominibus, idem est ac si dicat ex homi- nibus: Totum nanq; hoc tabernaculū ex hominibus ædificatū est: Vnde & lapides uiui dictū tur: unfcōibus, presuris ex politis, & suis quicq; locis per manū artificis dei bene dispositi. Quō autē & deus habitabit cum eis, nisi quia uerbum caro factū est, & habitauit in nobis, deus ho- mo factus secundū ueritatem naturę est, & semper erit unus ex nobis: Et quia per passionē au- tor salutis nostrę cōsummatu recte dictū: Et ipsi populus eius erunt. ¶ Et quia ipse qui possi- det eos, quos possidet, possessio est, addit adhuc: Et ipse deus cum eis erit eos: deus. ¶ Sequi- tur: Et absterget deus omnē lachrymam ab oculis eorū, & mors ultra nō erit, neq; luctus, ne- que clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt. ¶ Mira ueritatis asseritio: Absterget, in- quit, deus omnem lachrymam ab oculis eorū: magnificentiū exprimi non potuit multitudo cōsolationis, quę in isto seculo flentibus, illic reposita est sanctis & electis dei. Huiusmodi nan- que dictio à similitudine tracta est matris, quę paruuli sui fletum non sustinet in oculis eius, & faciem manu tergit, mulcet osculis. Pro intimando nobis tanto affectu suo idem deus in pro- pheta inter cætera dicit: Pueri eorum in humeris portabuntur, & super genua consolabuntur. Statimq; ad ipsos paruulos apostropham facit, & dicit eis idem gratiæ spiritum: Quemadmo- dum mater consolatur filios suos, ita & ego consolabor uos, & in Hierusalem consolabimini, & cætera. Frustra autem de oculis fletus abstergi uidere tur, nisi etiam ipsa flendi causa tollere- tur. Recte protinus sequitur, & dicit: Et mors ultra nō erit. ¶ Nomine mortis uniuersas bre- uiter comprehendit angustias mortalitatis. Ac si dicat: Et meretrix illa, quam de sanguine san- ctorū ebriam uidisti, nequaquā ultra quicq; de sanguine illo bibere poterit, quippe qui nec ul- lo modo ultra iam poterunt mori: Sublata autē morte consequenter & luctus tollitur. Ait er- go: Necq; luctus, neq; clamor, neq; dolor, erit ultra, quæ prima abierunt. ¶ Statimq; sequitur: Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. ¶ Hoc ille dicit, cuius dixisse fuisse est. Noua erūt omnia, quia talia erunt, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hoīs non ascendunt, quæ preparauit deus diligentibus se. Illa prima, scilicet, omnia uetera, omnia ma- la abierunt, mors, & luctus, & clamor, & dolor: & hæc omnia noua, omnia bona, ordine recto succedunt. Non ita autē in processu illius meretricis. Sed quid? Omnia bona illius prima abie- runt, purpura eius, aurum eius, lapides pretiosi eius, margaritę eius, omne lignum thini eius, omnia uasa eboris eius, & cætera diuitiæ eius, quæ superius pereuntes referuntur, & deinde ordine suo succedunt, mors, & luctus, & fames, & combustio ignis sulphurei, & pro omnibus his semel & iterum, ac tertio, uæ, uæ, uæ, conclamatur illi. ¶ Et dicit mihi: Scribe, quia hæc uer- ba fidelissima sunt & uera. ¶ Ipse qui sedet in throno, qui omnia faciēdo dicit, & dicēdo facit ore suo, dicit mihi scribe, munere suo facit hoc ut scia, & dignus sum scribere apostolica simul & euangelica autoritate. Et quare scribere debeam subiuncta testificatur causa, quia hæc uer- ba, inquit, fidelissima sunt & uera. Fidelissima, uidelicet, in promissione bonorum, uera in cōmi- natione malog, quæ cunq; præcedenti loco conscripta sunt in apparatu terribili simul & ex- pectabilis sedentis super thronum. ¶ Et dixit mihi: Factum est. ¶ Ipse qui primo aduentu suo iu- rauerat, siue iurare uisus fuerat superius per uiuētē in secula seculog, quia tempus amplius nō erit, sed in diebus uocis septimi angeli cum cœperit tuba canere consummabit mysterium dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas, idem hic in p̄signatione secundi aduen- tus sui dicit: Factum est. ¶ Quid est enī dicere factū est, nisi mysteriū dei consummatū est: Er- go factū est, consummatū est tempus poenitentię siue cōmurationis amplius nō erit: Chaos enim magnū firmatum est inter Babylonem illam meretricem damnatā & Hierusalē istam ci- uitatem sanctam, dei sponsam, ut nec illius tormentum aut luctus ultra mitigetur, nec illius gaudium uel ornatus amplius diminuat. Hoc dicto confectum pulcherrimo quasi epilo- go utitur dicendo sic: Ego sum & in initium & finis: Ego sitienti dabo de fonte aquę uiuę gratis: Qui uiderit possidebit hæc, & ero illi deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & in- credulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idololatrijs, & omnibus mendacibus, pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secūda. ¶ Breui- ter nanq; ea, de quibus hætenus sermonē feci uel quoy huic imagines ostendit, & uerba fide- lissima atq; uera p̄nuntiauit, scilicet, de bonis eorū, qui à dextris, & de malis eorū, qui in illo iu- dicio stantur à sinistris. Nam q̄ ait: Ego sitienti dabo de fonte aquę uiuę gratis, qui uiderit pos- sidebit hæc, & ero illi deus, & ille erit mihi filius: fidelissima sunt uerba his reposita, qui à dextris erunt, quę sequuntur: Timidis autē & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idololatrijs, & omnibus mendacibus, pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne & sulphure, qd est mors secūda, uerba sunt uera in eos qui à sinistris erūt. ¶ De quoy oim fidelitate ac uerita- te ne qs dubitet, suā autoritatē ipsa q̄ loquitur uitas, mirā cū gravitate interponit dicēdo: Ego sum & in initium & finis. De ista sumit et quadā descriptione iam initio dictū est, ubi idē ait: Ego sum & in principiu & finis. Veraciter oia hæc, quę hac ultima periocha dicta sunt, eo modo di- cta sunt ut plena sint timoris, & secundū hæc opera sua, uel iudicia sua spūs sanctus recte dicit, & est spūs timoris dñi. ¶ Hic timor dñi sanctus est, quia oēs sanctos & electos dei timoratos fa- cit. Timoratos, in quā, nō timidos oēs illos facit, quā quantum cunq; in sanctitate p̄fecerit, con- siderantes ueritatē atq; seueritatē tremendū in iudicij, timent & tremunt adhuc. Nec enī sese cō- prehensisse arbitrat̄ur, & nihilominus fortes sunt, et currunt ut cōprehendant, qd timidi non faciunt. Timidi nanq; dicunt & sunt, qui neq; fidem neq; spem habent futuroꝝ, & tunc demū recte timidi dicuntur, cum de promissionibus dei dubitantes nihil forte p̄pter spem uitę, nihil arduum p̄pter premiog fiduciam aggrediuntur. Iccirco recte p̄senti loco timidi cū in credulis sociantur, & sicut incredulos, ita timidoꝝ quoy pars in stagno ardenti fore denuntiat̄ur. ¶ Et hæc quidē retributio iustitię est, illa autē donatio gratię, quę sanctis promittit̄ in remuneratione. Proinde cū dixisset: Ego sitienti dabo de fonte aquę uiuę, addidit gratis: quā nimirū hoc ipsum qd fuit operādo, qd operā sitienti dō, & desiderādo ad deū, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, totū muneris est diuini, muneris gratuiti. Ipse enī et gratis nos fecit, & gratis an- teq̄ essemus oēs sanctos suos ad uitā prædestinauit, & cū perissemus in Adam, itidē gratis nos uocauit, atq; a peccatis regenerante Christi gratia iustificauit. Cōsequenter igitur et illud gra- tię erit uel est, q̄ uocatos atq; iustificatos magnificauit illa magnificatione, ut sint filij dei, quę admodum dicit: Et ero illi deus, & ille erit mihi filius, & bibant de fonte aquę uiuę, ita ut in- brientur, quemadmodū Psalmista dicit: Inebriabūtur ab ubertate domus tuę, & torrente uo- lupatis tuę potabis eos: Quoniam apud te est fons uitę, & in lumine tuo uidebimus lumen.

Psal. 105
Gene. 2
Cū homi- nibꝝ, id est, ex homini- bus factū.
1. Petri 2
Iohan. 1
De 9 ibi cō- solabimur sicut mater filiu paruum, & flentem.
Esaie 66
Quam di- uerſa fors sponsę a for- te meretrici- cis.
Esaie 64
1. Cor. 13
Supra 18
Supra 10
Factū est.
Lucę 10

mendacibus, pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secūda. ¶ Breui- ter nanq; ea, de quibus hætenus sermonē feci uel quoy huic imagines ostendit, & uerba fide- lissima atq; uera p̄nuntiauit, scilicet, de bonis eorū, qui à dextris, & de malis eorū, qui in illo iu- dicio stantur à sinistris. Nam q̄ ait: Ego sitienti dabo de fonte aquę uiuę gratis, qui uiderit pos- sidebit hæc, & ero illi deus, & ille erit mihi filius: fidelissima sunt uerba his reposita, qui à dextris erunt, quę sequuntur: Timidis autē & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idololatrijs, & omnibus mendacibus, pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne & sulphure, qd est mors secūda, uerba sunt uera in eos qui à sinistris erūt. ¶ De quoy oim fidelitate ac uerita- te ne qs dubitet, suā autoritatē ipsa q̄ loquitur uitas, mirā cū gravitate interponit dicēdo: Ego sum & in initium & finis. De ista sumit et quadā descriptione iam initio dictū est, ubi idē ait: Ego sum & in principiu & finis. Veraciter oia hæc, quę hac ultima periocha dicta sunt, eo modo di- cta sunt ut plena sint timoris, & secundū hæc opera sua, uel iudicia sua spūs sanctus recte dicit, & est spūs timoris dñi. ¶ Hic timor dñi sanctus est, quia oēs sanctos & electos dei timoratos fa- cit. Timoratos, in quā, nō timidos oēs illos facit, quā quantum cunq; in sanctitate p̄fecerit, con- siderantes ueritatē atq; seueritatē tremendū in iudicij, timent & tremunt adhuc. Nec enī sese cō- prehensisse arbitrat̄ur, & nihilominus fortes sunt, et currunt ut cōprehendant, qd timidi non faciunt. Timidi nanq; dicunt & sunt, qui neq; fidem neq; spem habent futuroꝝ, & tunc demū recte timidi dicuntur, cum de promissionibus dei dubitantes nihil forte p̄pter spem uitę, nihil arduum p̄pter premiog fiduciam aggrediuntur. Iccirco recte p̄senti loco timidi cū in credulis sociantur, & sicut incredulos, ita timidoꝝ quoy pars in stagno ardenti fore denuntiat̄ur. ¶ Et hæc quidē retributio iustitię est, illa autē donatio gratię, quę sanctis promittit̄ in remuneratione. Proinde cū dixisset: Ego sitienti dabo de fonte aquę uiuę, addidit gratis: quā nimirū hoc ipsum qd fuit operādo, qd operā sitienti dō, & desiderādo ad deū, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, totū muneris est diuini, muneris gratuiti. Ipse enī et gratis nos fecit, & gratis an- teq̄ essemus oēs sanctos suos ad uitā prædestinauit, & cū perissemus in Adam, itidē gratis nos uocauit, atq; a peccatis regenerante Christi gratia iustificauit. Cōsequenter igitur et illud gra- tię erit uel est, q̄ uocatos atq; iustificatos magnificauit illa magnificatione, ut sint filij dei, quę admodum dicit: Et ero illi deus, & ille erit mihi filius, & bibant de fonte aquę uiuę, ita ut in- brientur, quemadmodū Psalmista dicit: Inebriabūtur ab ubertate domus tuę, & torrente uo- lupatis tuę potabis eos: Quoniam apud te est fons uitę, & in lumine tuo uidebimus lumen.

Ego sum A
& ergo ti- mendus.
Supra 1
Esaie 11
Psal. 15
Differētia inter timo- ratos & ti- midos.
1. Cor 9
Beatis oia gratis do- uata.
Psal. 41
Roma 8
Psal. 35

LIBRI VNDECIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN- NIS APOSTOLI COMMENTARIO- RVM LIBER XII.



SEPTEM SPIRITVVM DEI OPERA SPECTAUI- nus, quę uel qualia cum genere humano operati sunt ab initio usq; ad finem seculi, singuli ordine suo, à primo qui est spūs sapientię, usq; ad ultimū eiusdē ordinis spiritū timoris dñi. ¶ Nam, sicut alijs dictū est, nobis quidē ascendētibz ad deum primus in ordine est spūs timoris dñi, testante scriptura cū dicit: Initiū sapientię timor dñi. Sed descen- dēti ad nos gratia cœlesti, alius in propheta cōputatur ordo eorū dē spiritū dñi, cum de flore qui de uirga p̄deunte ex radice ordo ascendit, loquens ita dicit: Et requiescet sup eum spūs dñi, spūs sapientię & intel- lectus, spūs consilij & fortitudinis, spūs sciētię & pietatis, & replebit eum spūs timoris dñi. Ho- rum ergo spiritū opera secundū sanctarū autoritatē scripturarū regentes spectauimus, et p̄ posse scrutati sumus septē periochas, determinando secundū eosdē spūs, qm̄ ab ipsis gratiā & pacē nobis annūtiabat scriptor libri huiꝝ in Chro Iesu dicēs in initio: Gratia uobis ab eo q̄ est, et q̄ erit, & q̄ uerbus est, & à septē spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt, et ab Iesu Chro, &c. ¶ Nunc tandē in calce uisionis siue reuelationis huius uniuersitas huic Iohanni demōstra- tur totius operis, q̄ Iesus Christus tor impensis, tor spiritū suoy gratis uel donis ædificauit, scilicet, ciuitas sancta Hierusalem, quę est ecclesia dei, nō qualis in ista peregrinatione est, uel qualis in ultimo iudicio stabit à dextris, sicut pauloante dictū est, nō sine aliquāto timore do- nec trāseat furor dñi, quo in ignē æternū mittent sinistris; sed qualis post iudiciū in gloria eter- na erit, sola & tota alienis oibus foras missis, perfruens uisione dei. Hoc ita incipit: Et uenit u- nus de septē angelis habētibus phyalas plenas septē plagis nouissimis, & locutus est mecum di- cens: Veni, ostendā tibi sponsam uxore agni: Et sustulit me in spiritu in montē magnū & altū,

Duplex or- do septē spi- ritū dñi.
Psal. 110
Esaie 11
Supra 1
Argumen- tum libri ultimi.

Vnus de septē angelis
Christus q
in sanctis
loquitur.
2. Cor. 13

Cur sponsa
fam & uxor
re agni, si-
mul dicit.

Mons ma-
gnus & al-
tus, Chrs.
Daniel 2

Philip 2

Sup hunc
montē ædi-
ficata est ci-
uitas dei, ec-
clesia.

Matth 21
Lucæ 20
Psal. 117

Fundamen-
tū huius æ-
dificij in
summo, nō
in imo est.
Cur hæc ci-
uitas dicit
Hierusalē.
Psal. 147
Descendit
humilis, ca-
dit super-
bus.

1. Cor. 15
Habes clari-
tatem dei,
nō solū in
aia sed etiā
i corpore.
1. Iohan. 3
Philip 3

In iaspide
uirtutū o-
pera, in cry-
stallo fidei
puras de-
signatur.
Quid mu-
rus illius tri-
nicatis.
Matth. 6
Lucæ 12

& ostendit mihi ciuitatē sanctam Hierusalē descendētem de celo à deo, habētem claritatem dei. Vnus iste de septē angelis, unus est Christus, qui in omnibus eis dem loquitur angelis, id est, prædicatoribus sanctis, quemadmodū dicit quidā illoꝝ apostolus Paulus: An experimentū queritis eius qui in me loquitur Christus? Hic unus futurū erat ut ueniret ad istum dilectum suum Iohānem, & appareret illi cum discipulis suis, sicut in peruulgata assumptionis eius histoꝝa legis, dicēs: Veni dilecte mi ad me, quia tempus est ut epuleris in cōuiuio meo cum fratribus tuis. Hoc ergo signans iste unus de septē angelis locutus est, ait, mecum dicens: Veni, ostendā tibi ipsam uxore agni. Qui enī hæc dicit, epulas utiq; nuptiales illic esse innuit, de quibus, ut iam dictum est, dicēdum huic erat, quia tempus est ut epuleris in cōuiuio meo cum fratribus tuis. Sponsa quippe est in cōuiuio nuptiali. Quare autē utrunq; dixit, & sponsam, & uxore agni? Videlicet, quia coniugij agni, & unice ecclesie eius uirginale est: Etiam illic ubi iam uxor erit in plenu dine uoluptatis, sponsa nihilominus permanebit, quia nimirum in illa beata copula semper uxor cum filijs, semper uirgo erit permanentibus nuptijs & sponsalibus festis. Et sicut stultit me, inquit, in spiritu in monte magnum et altū. Vere qui ad uisionem diuinitatis trāserit, quod huic futurū erat, sicut iam diximus, in magnā altitudinem altamq; magnitudinem montis æterni sustollitur. Mons quippe iste Christus est, qui tanq; lapis modicus de mōte excelsus sine manibus, id est, in humilitate nostræ conditionis de uirgine natus creuit, factusq; est mons magnus, & impleuit orbem terrarū, creuit ascendendo super choros angelorū, dñs oim cœlestium, terrestrū, & infernorū. In montem hunc magnū & altum sustulit me, ait, & ostendit mihi ciuitatē sanctam Hierusalē. Ergo sup istum Christū ciuitas Christi fundata uel ædificata est. Hoc ita uerum est, ut per prophetam quoq; deum legamus dixisse de illo: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidē summum, angularē, pretiosum, in fundamento fundatū. Sed & ipse lapis in euangelio contra scribas & phariseos Psalmistæ pro se metipso utitur testimonio, cum dicit: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Recte ergo super montē ciuitas ostenditur, quæ sup ipsum Christū ecclesia Christi fundata esse cognoscitur, mira ædificatione, mira fundamenti & lapidum positione. Quis nanq; ædificatio cuncta & dñij ciuitatum siue domorū, quæ cunq; in hoc mundo sunt lapidem fundamētū habent deorsum in simū & parietem sursum: Hæc autē ædificatio uel ciuitas quæ hic in spiritu ostenditur, fundamentū sursum habet altissimū, unde pendet ois structura parietum, ois spes & amor populorū fidelium, tam Iudeorū qui priores fuerunt, q̄ gentiliū qui posterius ædificati sunt. Hanc ciuitatē dicit sanctā, & nuncupat Hierusalē, quia sancta est ecclesia sponsi sui sanguine sacra, æternæ pacis possidens, & possessura uisionem: Vnde ad eam in psalmo loquitur spiritus sanctus: Lauda Hierusalem dñm, lauda deum tuum Sion: Quia cōfortauit feras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te, qui posuit fines tuos pacem. Eam dicit: Descendentem de celo à deo: Vt supra iam dixerat: Descendentem, inquam, non cadentem, ut ceç dicit ille angelus, & factus est diabolus & Satanās: Cadere nanq; superbiæ est: descēdere humilitatis, in quo semper descensu se cōtinent illa Hierusalem in æternum habit sciens, quia quod est, non suis uirtutibus est, aut meritis, sed gratia dei, quæ cum Christo de celo descendit. Talis descensus gloriosus est, & in magna claritate sublimis. Cum ergo dixisset: descendentem de celo, recte subiunxit: Habentem claritatē dei. Pulchre nimirum descendit quæ in ipso descensu, in ipsa humilitate descensus sui claritatē habet dei, id est, similis est claritati dei: Clarissimū quippe deum uidēdo ipsa quoq; secundū similitudinem eius resplēdet, & clarissima est: Hinc in epistola sua hic idem Iohannes ait: Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit, qd erimus: Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, qm̄ uidebimus eum sicuti est. Nec uero solummodo in anima, uerum etiam in corpore habebit claritatē dei, id est, claritatem, qua post resurrectionē suā clarificatū est corpus filij dei: Sic enī & Apostolus dicit: Vnde & saluatorem expectamus dñm nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ: Hoc ipsum præsentū loco amplius aseruit, cum protinus subiungit: Lumen eius simile lapidi pretioso, tanq; lapidi iaspidis, sicut crystallum. Nam ac si quereres, quomodo dixerit habentē claritatem dei, lumen eius simile lapidi pretioso, id est, Christo, qui utiq; lapis dicitur, & pretiosus est. Porro hæc similitudo in diuersi generis lapides duos disperit dicendo, tanq; lapidi iaspidis, sicut crystallū: Non enī ex una re, sed ex duabus ecclesia deo uel Christo similis efficitur, scilicet, nō ex fide trī, sed ex fide simul & uirtutū operibus. Per iaspidē ergo uirtutū pulchritudinē: per crystallū fidei, quā in baptismo pcepit, conseruatā intelligimus puritatē. Et habebat murum magnū & altum, habens portas duodecim, & in portis angulos duodecim. Murus magnus & altus est illi æterna firmitas incorruptibilis præsidij, ubi suos quisq; fidelium thesaurus securus ponere possit: Vnde ipse dñs & rex ciuitatis huius dicit in euangelio suo: Theaurizate uobis thesaurus in celo, q̄ fur nō appropinquat, siue ubi fures non effodiunt, nec furantur. Murus iste chaos illud est, de quo pater Abraham sepultus in inferno uerissime dicit: Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum

magnum firmatū est, ubi qui uolunt hinc transire ad uos non possunt, neq; inde huc trāsmeare. Porro XII. portæ eius, XII. apostoli sunt, qui pro officio quo hic nobis regnū dei prædicando aperuerūt, & ianua nobis ad uitā extiterunt, honorē illic ampliorē habebunt quanto ampliorē in ciuitatibus habent portæ honorē siue pulchritudinē à cætero ambitu murorum. In his portis anguli XII. uniuersi sunt doctores quicunq; ædificationi ecclesie studēs, eiq; uoce & literis seruientes, fidei & autoritati insisterunt atq; innisi sunt apostolorū XII. Et nōia scripta quæ sunt nōia XII. tribuū filiorū Israel. Ipsi nanq; apostoli XII. nōiati & inclij sunt filij spiritalis Israel, id est, Chri, cuius in typū pater Iacob siue Israel carnaliter XII. genuit filios XII. tribuū patres. Ergo & XII. apostoli Chri, et XII. tribus Israel, XII. ciuitatis huius portæ sunt, sed modo diuerso: Apostoli nanq; in re, tribus uero Israel in significatiōe. Quod ut cōpendio sius clarescat uide quid sequi. Ab Oriente portæ tres, ab Austro portæ tres, ab Aglone portæ tres, & ab Occasu portæ tres. Hoc de spiritali quæ per Apostolos cōsummatu positione necessario intelligitur: Porro in profectiōe XII. tribuū filiorū Israel ascēdentū ex Aegypto talis ad imperium dñi positio castroꝝ extitit, ut ad Orientē tribus tres, ad Meridiē tribus tres, ad Occidentē tribus tres, & ad Aquilonē castra metarent tribus tres. Itaq; cū de signatis XII. portis dicit. Et nōia scripta quæ sunt XII. tribuū filiorū Israel. Pulchre diligētē letorem ad significatiuā illam castroꝝ positionem mittit, memorē simul quid huic sponsæ suæ, huic ciuitati sanctæ Hierusalē dicat in Canticinis: Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castroꝝ acies ordinata. Item: Equitatu meo in curribus Pharaōis assimilauit te amica mea. Vt autē de spiritali positione portarū cepta pcuramus, qd sibi uult quod ait, ab Oriente portæ tres, ab Austro portæ tres, ab Aquilone portæ tres, & ab Occasu portæ tres: nisi quæ sancta apostolica fides in trinitatis noie consistens, per ministerium illoꝝ exceptit nos ab omni gente & natione, ab omni sexu & ætate uenientes: Amplius autē hæc plagarium mundi distinctio in his ætatibus utiliter intelligit, pueritiæ, adolescentiæ, iuuetæ atq; senectæ, ut hoc fit ab Oriente, ab Austro siue Meridiē, ab Occasu atq; ab Occidente ternas portas pate re ab omni ætate, quacunq; ætate quis cōuertatur, euāgelica atq; apostolica regula indifferenter aditū in ciuitatē sanctā, id est, ecclesiā, per fidē sanctę trinitatis paruisse. Nam per Orientem pueritia, per Meridiē adolescentia siue iuuentus feruida, per Occidentē ætas perfecta, per Aquilonē recte intelligit senectus decrepita. Vnde quidā Christianę scholę uerificator insignita dicit: Seu pueros sol primus agat, seu feruor ephæbos Accēdat, nimis seu cōsummabilis æui Perficiat lux plena uiros, siue algida boreæ Aetas decrepitā uocet ad pia sacra senectā, Occurrit trinū, quadrina ad cōpita nomen. Non autē hæc iccirco dicitur, q̄ illic tam post iudiciū susceptio futura sit uenientū, sed quia quis cesset suscipiendi officij, ordo tñ & meritū peruerat eorū, qui toti mundo prædicantes, suo labore oēs gentes, uniuersas ætates ad unā fidē colleguerunt & susceperunt. Sequi. Et murus ciuitatis habens fundamētā XII. & in ipsis XII. nomina XII. apostolorū & agni. Ipsi apostoli qui portæ ipsi ciuitatis huius & fundamenta sunt: Nam super fidem illoꝝ fundata est ecclesia dei, ueruntamē ita ut fundamenta ipsoꝝ Christus sit. Deniq; ab hoc fundamento unico, ipsi fundamētā sic dicitur quō unus idemq; primus eorum à petra, quæ sine dubio Christus est, dicitur est Petrus. Iccirco cum dixisset, in ipsis fundamentis XII. nomina XII. apostolorū, cōpetenter addidit Et agni. Etenim quæ cunq; scripserūt, quibus, uidelicet, scriptis eorū tanq; fundamentis, uniuersum fidē Christianæ & doctrinæ ecclesiasticæ innitit & dicitur, non de suo scripserunt sed de plenu dine agni acceperūt, & uerbis eius euāgelicis tota intentione in hæserunt atq; insisterunt. Ista sunt fundamētā & istę portę, de quibus spūs sanctus in psalmo dicit: Fundamētā eius in montibus sanctis, diligit dñs portas Sion sup oia tabernacula Iacob. Est enī sensus. Sancti montes, id est, apostoli, per fidē et doctrinam fundamētā erunt gloriosę ciuitatis dei, idemq; portæ eius, quæ per prædicationē & miracula illoꝝ intrabitur in illā Sion. Portas istas diligit dñs super oia tabernacula Iacob, id est, plusq; oēs militantes sibi in priori populo: Licet enī Moses & alij prophete sancte & iuste uixerint, & nimirum sanctitatis & fidei fuerint, eorum tñ merita apostolorū dignitas ex cellit, qui nō solū recte uixerūt sed etiā ipsum dñm (quē illi à longe prædixerāt, corporaliter presentia uiderunt, ac dulcissimæ prædicationis eius interiori pastu refici meruerūt, suāq; crucē tollētes eius uestigia secuti sunt, nūtiantes pacē in morte eius hoibus datam ubiq; terrarū. Quamuis autē hic in his fundamētis nōia trī apostolorū scripta dicant, & non etiā prophetarū, tñ & prophetæ ciuitatis huius fundamētā sunt: Sic enī in uno ex istis fundamētis, scilicet, Paulo apostolo legitur scriptū: Iam nō estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctoꝝ & domestici dei, superdificati sup fundamētā apostolorū & prophetarū. Et illi quidē etiā tēpore priores q̄ apostolifuerunt, sed nobis superdificati uel superædificati sunt sic tempus fuit & est ædificandum, ut prophetas legēdo aut differēdo quæ cunq; illi scripserūt aut locuti sunt, cuncta studiose ad apostolica cōportemus fundamētā, & nihil de illis sentiamus nisi qd p̄ apostolos cōscripta tam euāgelicis q̄ epistolaribus libris euāgelica probat ac recipit ueritas. Ergo etiā prophetę fundamēta

Lucæ 16
Portæ XII.
apostoli.

Anguli por-
tarū, docto-
res ecclesie

Numer 2

Terribilis
ut castroꝝ
acies ordi-
nata.

Cant. 6
Quid des-
ignant qua-
ter tres por-
tæ.

Quatuor æ-
tates hoim

Apostoli,
XII. funda-
menta, à
Chro sic di-
cuntur &
sunt.

Psal. 66

Apostoli ex
celliores
prophetis.

Prophetæ
q̄q; funda-
menta di-
cuntur.
Ephē. 2
Quō intelli-
gen distunt
prophetæ.

Passio chri
damenta

fundamen-
tum oim.

Mēfor huius
ciuitatis
Christi est.
Iohan. 1
1. Cor. 12
Mēfura arū
dinea aurea
Supra 11

hic arundi-
nea, in cor-
do aurea.

Plal. 67
Per murū,
ceteri beati
significā-
tur.

1. Petri 2
1. Cor. 3
Ciuitas in
quadro, in
summa cō-
cordia.
1. Cor. 1

Ambitū hu-
ius ciuitatis
quātus est.

Vnus murus
intra alitū,
uel ut arx
tra urbem.

Duo ordi-
nes huius
ciuitatis.

damēta quidē sunt, sed apostoli fundamēta fundamentos; Christus autē fundamētū omnium fundamentos, qui hic agnus dicitur, iccirco, uidelicet, quia fundamēta hęc oīa maxime fundamēto inniuntur passionis eius, ppter quam Christus dñs dicitur agnus. Sequitur: Et qui loquebatur mecū habebat mensurā arundineam aureā, ut metiretur ciuitatē & portas eius & murum. Et ciuitas in quadro posita est. Longitudo eius tanta est quanta latitudo: Et mensura est ciuitatē de arundine per stadia XII. milia: Longitudo, & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt: Et mensus est muros eius, CXLIII. cubitoꝝ mensura hoīs, quæ est angeli. Mensor iste nimirum gratiarū distributor earumq; remunerator est: Ipse est em̄ de quo Iohannes Baptista loquitur: Et de plenitudine eius nos oēs accepimus, et gratiā pro gratia: Plius enim in hac uita gratiā dat, diuersa credentibus in se tribuens charismata, et post in illo seculo, de quo nūc sermo est, pro gratia bene expensa retributionis æternæ præmia recōpensat. ¶ Unde notandum ga presentī loco mensoris huius mensura, & arundinea dicitur, & aurea: Porro supius quodam loco cum diceret hic Iohānes: Et datus est mihi calamus similis uirgæ, dicens: Surge, & metire templū dei, nō dixit quod calamus ille esset aureus: Illic namq; significabat quia necessariū ecclesiæ Christi euangeliū erat scripturus, in quo, uidelicet, scribendi ministerio præfens est labor, futura autē remuneratio, quādo pro illa bene expēsa gratia reddenda sperat gratia, nō qualiscunq; sed aurea, id est, locupletissima, ut, uidelicet, illic perfecte cognoscat, qui hic fideliter scripsit aut docuit: quod ex parte cognouerat, hoc in isto significat mensura arundinea, mensura aurea. ¶ Nimirum prius quādo his, de quibus nunc sermo est, apostolis imō et prophetis multisq; patribus sanctis dabatur prædicādi uel scribendi gratia siue autoritas, mensura erat tñ arundinea: Tunc autē ubi, sicut iam dictū est, gratia reddidit pro gratia, recte mensura arundinea est & aurea. Sed nūquid soli remunerabūtur hi qui facultatē uiliter acceperunt? scripturis sanctis: ¶ Solet namq; per arundinē scriptura significari, ut illic: Increpa feras arundinis, id est, cōpescē hæreticos ferociter corruptentes scripturas ueritatis: Arundine namq; eo dices conficībūtur. ¶ Nunquid ergo soli in illa ciuitate remunerabūtur principes illi, qui scripserunt, & non etiā ceteri, qui talem gratiā non acceperūt? Imō & ceteri cuiuscunq; scripturis sanctis obediēter. Ait em̄: Ut metiretur ciuitatē, & portas eius, & murū: Murus namq; cuius & portæ & fundamēta sunt, uniuersitas est electoꝝ, qui tanq; lapides uiui super fundamēta hęc superædificati sunt, ad quā dā similitudinē lapidum materialiu glutine congruo sibi met in structura manufacta cohærentiū. Oēs omnino propriā mercedem accipient, singuli secundum suum laborē, & secundū mēforis gratiā cum qua laborauerūt. Le et ciuitas, inquit, in quadro posita est: Id est, summa omnium illic pax & cōcordia est, nec opus erit amplius, ut de pace cōmoneantur, uerbi gratia, quatenus id ipsum dicat oēs, & nō sint in eis schismata: Oēs spōte quasi naturaliter ibi sunt cōcordes, sicut in quadro edificio parietes, siue anguli omnes sunt æquales. Hoc ipsum ybis alijs repetit, cum dicitur continū: Longitudo eius tāta est, quāta & latitudo. Amplius autē, cum protinus addit: Et mensus est ciuitatē de arundine per stadia XII. milia. Ut totidem stadia per quatuor partes intelligas, addit adhuc: Longitudo & latitudo eius æqualia sunt. Ad dicit tamen & altitudinē de qua postmodū dicemus. ¶ Itaq; cum in ambitu ciuitatis stadia XII. milia perspicias, ipsa autem ciuitas quadra sit, facile potes aduertēte quot stadijs latera singula dimetiant, scilicet, tribus milibus. Sed quomodo stabit id quod sequitur, & mensus est muros eius CXLIII. cubitoꝝ, quod longe minus est q̄ tria milia stadioꝝ? Posset hoc dictum uideri de altitudine murorum, quod, uidelicet, muri CXLIII. cubitis tenderent in altum, si non dixisset, quia longitudo, & latitudo, & altitudo ciuitatis æqualia sunt. Erat autem, ut iam diximus, tam longitudo quā latitudo trium milium stadioꝝ, quod longe superat quantitatem CXLIII. cubitorum, ¶ Igitur murus hic est alius: longe em̄ alia, longe minor huius quantitas est: Neq; enim hoc uel suspicari licet, quod hic quidem cum dicitur: Et mensus est muros eius, CXLIII. cubitoꝝ quodcunq; latus quadræ ciuitatis: Illic autem, ubi dixerat: Et mensus est ciuitatem per stadia XII. milia, arcam intelligere debemus eiusdem ciuitatis: Geometricalis namq; disciplinæ ratio sic habet, quia omnis tetragonus equaliter latera habens unum latus multiplicat in se & ea semel multiplicatione aream suam implet. Porro quātitas hęc CXLIII. cubitoꝝ in semetipsam ducta, uix quippiam ultra XV. stadia complet. Quātam longe hoc XII. milibus stadioꝝ minus est: Igitur alius, ut iam dictum est, hic, atq; alius ille ciuitatis murus est: Quod qualiter in ciuitatibus manufactis fiat, ut intra murum ampliorē murus angustior contineatur, nostra demonstratio non indiget. Deniq; non incongrue quia ædificauerit, si intra ciuitatem, cuius ambitus XII. milia stadioꝝ sit, arcem fecerit, cuius latus quodlibet CXLIII. cubitoꝝ sit. De spiritali ædificatione quæ reditum est, quia nimirum ex ipsa literæ superficie sentire compellimur, quod murus alius breuior inter murum ampliorē contineatur. ¶ Quid ergo dicemus, nisi quia quāuis una ciuitas una ecclesia sit: Duo tamen sunt ordines ciuitatis, alius eorum qui fortis persecutiones passi fortiter sunt præliati alius eorum, qui bene operando in pace ecclesiæ cursum consummauerunt uitæ præsentis. Stadia namq; pugnant-

pugnantium laborem, cubiti significant operantium pacem. ¶ Mensus est ergo ciuitatem de arundine per stadia XII. milia, id est, remunerauit magnum, & fortem illum sanctē ecclesię ordinem, qui in stadio cucurrit & pugnavit, & per quatuor partes orbis terrarū sanctæ trinitatis fidem testificādo: qui numeri, scilicet, quaternarius atq; ternarius partes sunt duodenarij: quater namq; tria, siue ter quatuor sunt duodecim suum pro eodem testimonio san guinē fudit, in quo nimirū ordine apostoli sunt & martyres Christi. ¶ Huius profecto ordinis murus amplior breuiorē CXLIII. cubitoꝝ interius murum cōtinet: quia tantoꝝ merita propugnatoꝝ hoc effecerunt, ut in firmos multitudi in Christi fide cōfirmata, bonis operibus in fide: ad eiusdem ciuitatis habitationem perueneret. ¶ Igitur nihil huic repugnat quod dicitur: Longitudo & latitudo & altitudo eius æqualia sunt, per quam pulcherrimæ quadraturæ figurā consona, & indissociabiliter cōcōrs significatur confessio cunctarū, quæ illuc ascenderūt siue ascēdunt tribuū, tribuū dñi ad confitendū nomini dñi. Longitudo ciuitatis consonantiā fidei: latitudo sufficientiā charitatis: altitudo perseverantiā spei illorū significat, quæ illic remunerāda est. Mensura, inquit, hoīs quæ est angeli. Aequales em̄, inquit dñs, erunt angeli, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Iuxta literā, cum dicit: Mensura hoīs quæ est angeli, angelum sibi apparuisse inuit in figura hoīs. Le et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa uero ciuitas aurum mundū simile uitro mundo. Cum distinctionem facit muri & ciuitatis dicēdo, & erat structura muri ex lapide iaspide, ipsa uero ciuitas aurum mundū, noie muri firmiores magisq; spiritalis propositi fideles: ciuitatis autē appellatione plateas ciuitatis, id est, laxioris uitæ maximeq; laicalis ordinis multitudinē significat: Nec mirū quod plateas ciuitatis aurum fore mundū, siue sterni auro mundo prædicat. ¶ Addens, aurum illud sic fore mundum, ut simile sit uitro mūdo, quia secularis quoq; uitæ nonnulli sunt summis cōpti uirtutibus, qui & puritate mentis, & radio fulgent operis. Nam ga ueritatem fidei retinent, recte mundū dicuntur aurū: quia fides aurea uirtus est, imō et auro pretiosior dicente Petro apostolo: Ut probatio uestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur. Quia uero sanctā confessionem frequentat, & peccata sua non defendūt, sed confitendo aperit, recte uitro mūdo simile dicitur hoc aurū. ¶ Quod si quod reprehensibile adhuc in eis est, sperandū est, ga post purgatorium ignē fulgidū magis placebit hoc aurū, ita ut totū aurū sit: quia sicut ait Apostolus, uniuersusq; opus quale sit, ignis probabit, et si cuius opus arserit, id est, peccatū solubile fuerit, ipse saluus erit, sic tamē quasi per ignē. Sequitur: Fundamēta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamētū primū, iaspis: secundū, sapphirus: tertiu, calcidonijs: quartum, smaragdus: quintū, sardonius: sextū, sardonius: septimū, chrysolithus: octauū, berill: nonum, topazus: decimū, chrysofalus: undecimū, hyacinthus: duodecimū, amethystus. ¶ Fundamēta ciuitatis, sicut iam dictū est, apostoli sunt, ga murus ciuitatis, ait superius, habens fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorū, & agni. Ecce autē q̄ pulchra sunt fundamēta hęc, q̄ pulchri lapides isti, lapides sancti, qui quādo uoluebant super terram contēptibiles uidebantur diuitibus huius seculi: Neq; em̄ pulchritudo illoꝝ tunc parebat in oculis hoim, quādo tunde bātur & percutiebātur: sed in oculis dñi pulchri erāt ut magis pulchri fierent percussioibus tribulationū poliebātur. Illic pulchritudo & claritas illoꝝ manifesta omnibus est, & erit ita ut quādoq; uidētes dicant impij: Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum, & in similitudinē improprij: Nos insensati uitam illoꝝ æstimabamus in faniā, & finem illoꝝ sine honore. Quō ergo cōputati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illoꝝ est? Nimirum sicut lapides isti oēs pulchri et pretiosi sunt, diuersa tamen pulchritudine, ita ut nullus eorū ulli aliq sit omnino similis, ita sancti apostoli omnes quidem inclyti sunt & gloriosi, diuersa tamen gloria, prout cuiq; superuenies in eos spiritus sanctus contulit ita ut in distributione gratiarum, quas acceperunt miro modo, similitudo dissimilis, et dissimilitudo sit simillis, & habitudo mentis siue interioris hominis, ubi Christo sunt cōfirmati, in nullis eorum omnino eadem sit. De naturis lapidum singulorum plerique studiosius conscripserunt, singulorum qualitatibus siue coloribus lapidum pene singula diligētē assimilantes merita sanctoꝝ. Sequitur adhuc: Le et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt per singulas, & singulæ portæ erant ex singulis margaritis. ¶ Apostoli, sicut iam dictum est, & fundamēta dicuntur & portæ, miroq; modo & in fundamētis pretiosorum nominibus lapidum, & in portis pretiosarum glorioꝝ prædicantur similitudine margaritarum: CHRISTVS enim pretiosus lapis & pretiosa margarita, quā inuentam negotiator sapiens emit datis omnibus suis: ipse conformes illos faciens sibi hoc dedit illis ut in fundamētis & in portis margaritæ sint decoret: Decor nanque siue pulchritudo, & gloria portarum, per quas in illam ciuitatem a quatuor mundi partibus uenientes introiimus, pulchrius aut conuenientius quā nomine uel specie margaritarum significari non potuit. ¶ Nimirum sicut femina nobilis, pretiosus præculca margaritis, solet ad oculos hominum gloriari, uiro suo subornata, sic ciuitas illa quæ est ecclesia, talibus principibus, tantis patribus, tam glorioꝝ apostolis, gloriosi

martyrum
scilicet, & i
pace desun-
ctorum.
Martyrum
mensura
per stadia
12000.
Aliaū men-
sura est 144
cubitorum

Plal. 128

Hoīs tibi-
erūt angeli
æquales.

Aurū mun-
dom simile
uitro.

1. Petri 1

Ignis pur-
gatorius.
1. Cor. 3

Sapient. 3

Apostolorū
diuersa gra-
tiarū dona

Apostoli &
fundamē-
ta & portæ
dicuntur.
Matth. 13

Apostoli
sunt mar-
garitæ spō-
sa.

Splendidum tanq cry stallum.

Iohan. 15

Extra eccle siam nō est gratia spūs sancti.

Afferēs fru ctus duode cim.

Psal. 1

Folia ligni, nerba euan geli.

Gene. 3

Dulcis illa feruitus in celo.

Psal. 117

Nomē eius in frontib⁹ eorum.

Psal. 81 Iohan. 3

Nox ultra nō erit ibi.

consonātia inter princi piū & finē huius libri. De ip s⁹ au toritate. Supra 1

tatis beatitudo, nisi iste amor? De isto amore oēs sancti angeli, & oēs oīm sanctoꝝ uiuunt ani- ma. Iccirco cū dixisset: Et ostendit mihi flumē, bene addidit, aquae uiuae. ¶ Et q̄a talis aqua ui- uificando illuminat atq; confirmat, bene ait, splendidū addendo, tanq̄ crystallum. In cryst al- lo nanq; claritas est simul & firmitas, quę sunt pulchra uitę illius insignia, ubi & corda nostra trāslucebunt, & corpora nostra beata immortalitate, & immortalī beatitudine firma erunt. Et quia spūs sanctus ex euāgelica traditione dñi nostri procedēs dicit, dicit em̄: Cum uenerit pa- ractetus, quē ego mittā uobis, spiritū ueritatis, qui a patre p̄cedit bene & hoc ipsum hinc nō ta- cuit: Ait em̄ de hoc flumine, p̄cedens de sede dei & agni: hoc em̄ est, q̄d in fide catholica p̄ste- mur: Quia spūs sanctus a patre & filio procedit. Quod autē ait: In medio plateę eius. Cōue- uenienter dictū est & proprie ad exprimēdas delicias ciuitatis: q̄a non foras extra ciuitatē il- lam spūs sanctus procedit, sed tñ in medio plateę ciuitatis, id est, in solis electoꝝ cordibus multū dilatatis. Et quidē iam ex quo Iesus glorificatus est, flumē istud ad nos fluere cōcepit, sed nondū apparuit, neq; hic in uita p̄senti apparere potest quid nobis fecerit. Totus processio- nis eius, qua ad nos procedere digna, illic fructus apparebit, hoc est q̄d nūc dicit: Ex utraq; par- te fluminis lignū uitę afferēs fructus duodecim. Id est, Christus, qui elegit & misit apostolos XII. Deniq; q̄ Christus homo factus, & de uirgine natus est ex abundantia est irrigantis huius fluminis: q̄a de spiritu sancto uirgo cōcepit, & tale nobis de terra uirginē uentris lignū ascen- dere fecit. ¶ Item q̄ fructus duodecim lignū istud attulit, id est, q̄ XII. apostolos Christus ordi- nauit, ex plenitudine est huius fluminis: q̄a spiritū sanctū illis dedit. Iccirco de hoc habemus in psalmo: Et erit tanq̄ lignū, q̄d plantatū est secus decursus aquarū, q̄d fructū suum dabit in tēpore suo. Quod illic dictū est in tēpore suo, hoc est, q̄d ait hic p̄mentes singulos, id est, sine defectu, & in æternū: Nunq̄ em̄ desinet facere fructū: q̄a nunq; deficiet, q̄ ex ipso est remunera- tio sanctoꝝ. ¶ Et q̄a salus gentiū, quam fructificauit XII. apostoli fructificauerūt, Ch̄so attribui- tur, qui fructificauit in gentibus p̄ illoꝝ ministeriū, recte dictū est: Et folia ligni ad sanitatem gentium. ¶ Nam folia ligni uerba sunt euāgelij dñi nostri Iesu Christi, quę recipiendo gentes æternā animarū & corporū sanitatē sibi acquiserūt. Huiusmodi nanq; folia illic nō deficiēt aut defluent: q̄a uerba dei in corde & ore gentiū non deerunt, imō plenius suggerente amore p̄pe- tuam semp̄ prorumpent in laudē. ¶ Et q̄a sub folijs ficus, quibus se operuerūt illi parētes no- stri, male dictū conquisitū est, recte eōtra de folijs ligni huius p̄missio: quia erunt ad sanitatem gentiū, additur: Et omne maledictū non erit amplius. ¶ Huiusmodi lignū & huiusmodi fru- ctus ex utraq; parte fluminis esse dicuntur: uidelicet, pro similitudine uisibilis alicuius fluminis deliciofi, cuius circū litora irrigua hinc & inde ligna fructifera uel quęq; uirentia nō sine de- lectione uisuntur: Et sedes dei & agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. ¶ Ipsi qui serui, & qui seruient illi, sedes dei & agni in illa ciuitate erunt, & ipse sedebit in eis rex regū & dñs dominantium cum deo patre & spiritu sancto habitās in cordibus eoz. Gloriosa & dulcis ser- uitus erit in illa, ubi seruos se esse in suis conscientijs meminerunt eius, a quo & per quem, & in quo redempti sunt: ille autē dñs nō tam dñm seruoꝝ aut regem seruentiū, q̄ patrem filioꝝ, & amicū se exhibet & amicos, nullā aliam exigens seruitutē, q̄ ineffabile dilectionē tacere a laudi- bus nō ualentē, & infinitas gratiarū actiones pro summis atq; ineffabilibus delicijs habētē. Nam quō ab eiusmodi seruitute quiescere poterūt? Sequitur em̄: Et uidēbunt faciem eius, & no- men eius in frontibus eoz. ¶ Non ergo illic poterit esse silentiū, ubi tam desiderabilē faciem uide- bunt, sed sicut scriptū est: Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustoz, sempiternę iu- bilationis perpetually seruitiū. ¶ Et ut perpēdas quanti honoris, quātē sit libertatis illud ser- uitiū: Et nomen eius, ait, in frontibus eoz. Quod uel quale nomen eius, nisi deus? Dñs nanq; noiabuntur, & erunt iuxta illud: Ego dixi dñs es, & filij excelsi oēs. Et hic idem Iohānes: Vi- dete, inquit, qualē gratiā dedit nobis ut filij dei noiēmur & simus: Ergo nomen eius in frontibus eoz, id est, filij dei noiabuntur, & erūt. Et nox ultra nō erit, non egebūt lumine lucernę, neq; lumine solis, qm̄ dñs deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculoz. ¶ Uidebunt, in- quit, faciem eius, & ad uidendā faciem illam nō opus erit ut adhibeat, ut hic ad uidendā faciem cuiusq; hois adhiberi oportet, lumen solis, aut lumē lucernę, si sol sub terra sit: quia nox ultra nō erit, diē illic nō agente sole alio, sed ipso dño deo, qui illuminabit illos, qui sol uerus & sem- pitermus est, nō ita ut oriatur, sed ita ut occidat, & nunc sup̄ terram fulgeat, nūc autē sub terrā se recō- dat, sed ita ut semp̄ in facies illorū fulgeat, in mentes illorū semp̄ luceat. Et ne putes aliud esse seruitiū illud, quo seruiet illi, q̄ libertatē & regnū: Et regnabūt, inquit, in secula seculoz. Et dixit mihi, hęc uerba fidelissima sunt & uera. Et dñs deus omnipotens spūs prophetarū misit angelū suum ostēdere seruis suis, quę oportet fieri cito. ¶ Ut caput siue principū, ita & finem libri huius uoluit esse galeatū, quatenus munitū sit totū corpus reuelationū istarū, ne quis au- deat quasi cōtempribilē refutare uel abijcere quippiā eoz, quę in hoc libro scripta sunt: Futu- rum quippe erat, ut, sicut iam in exordio diximus, a nonnullis cōtemnerent, maxime pro sui difficultate: quia solent hoies irreuerentes quęcunq; legerint cōtemnere tanto facilius, quāto difficiliora

difficiliora sunt intellectu. ¶ Itaq; sicut in exordio dixerat: Apocalypsis Iesu Christi, quam de- dit illi deus palām facere seruis suis, quę oportet fieri cito: ita hic p̄missio: Hęc uerba fide- lissima sunt & uera, et dñs, inquit, deus omnipotens spiritus prophetarū, id est, spiritus sanctus qui in prophetis locutus est, qui utiq; omnipotens dñs, & omnipotēs deus est, misit angelum suum ostēdere seruis suis quę oportet fieri cito. Item, sicut uel qua intentione illic dixerat: Bea- tus qui legit, & qui audit uerba prophetię huius, & seruat ea, quę in ea scripta sunt, tēpus erit prope est, ita & eadem intentione uel sensu, dicit hic: Et ecce uenio uelociter. Beatus qui cu- stodit uerba prophetię libri huius. ¶ Hęc utiq; in persona loquitur dñi Iesu, qui utiq; quis mo- ram facere uideat, uelociter uerturus est, & adimpletur uerba prophetię libri huius. ¶ Item, sicut ad cōmendationem libri in initio personā suam semel & iterū ac tertio diligēter expres- serat, primo dicens, & significauit mittens per angelū suum seruo suo Iohāni, qui testimoniū perhibuit uerbo dei, & secūdo Iohānes, in quiens, se p̄rem ecclesijs, quę sunt in Asia: tunc ter- tio dicens: Ego Iohānes frater uester, & pariceps in tribulatione, & cetera. Ita & hic personā suam bene de ecclesia Christi metitā euidenter exprimit: Et ego, inquit, Iohānes, suba- ditur sum, qui audiui & uidi hęc. ¶ Igitur quisquis sanctos prophetas recipis, in quibus uel per quos spiritus sanctus locutus est, & euangeliū uerbi dei, quod scriptit Iohānes, recipe & hęc scripturnam, quia spiritus prophetarū misit angelū suum ostēdere hęc seruis suis: Et qui audiuit & uidit hęc, ipse est Iohānes. Et postq̄ ad dissem & uidissem cecidit ut orarem ante pe- des angeli, qui mihi hęc ostendebat. Et dixit mihi: Vide ne feceris, conseruus tuus sum & fra- trum tuoz: prophetarum, & eoz qui seruāt uerba libri huius: Deum adora. ¶ Hoc iam primo & secundo factū & dictū est. Primo, uidelicet, ubi ostenderat illi angelus damnationē meretri- cis: & nunc secūdo, ubi ostendit ei beatitudinē gloriosę ciuitatis, ac perinde satis confirmatū est, neminem pręter deum debere adorari, hominē siue angelum, quia in ore duoz aut trium testium stabit omne uerbum. Et dicit mihi: Ne signaueris uerba prophetię libri huius, tem- pus enim prope est. ¶ Ab hinc usq; in finem omnia in persona dicuntur dñi Iesu, & ex ore eius prophetia cōfirmatur, ut non eam cōtemnere audeat quisquis uult esse dñi Iesu. Ne, inquit, si- gnaueris uerba prophetię libri huius. Quod uni Iohāni dicitur, omni quoq; intelligenti my- steria libri huius dicitur, ut non signet siue claudat, imō quātum potest aperiat, & expedit ad ædificationem & instructionē audientium, ea quę in eo continentur, quia tempus prope est, id est, cito implebitur, quod in eo scriptū est: Quod cum ita sit, quid amplius decernendū aut pręcipiendū est? Sequitur ergo: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et iustus iustitiam faciat adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. ¶ Ac si dicitur: Cum tanta supplicia impijs, & tanta pręmia reposita sint pijs, quanta significat series huius libri, non du- bitet impius quin sufficientia suis meritis rependantur, quātumcunq; noceat adhuc, & nō du- bitet iustus & sanctus, quin condigna suis meritis pręmia retribuatur quantumcunq; iusti- tiam faciat, aut sanctificetur adhuc. ¶ Sed quomodo dictum putamus: Qui nocet, noceat ad- huc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc: Nunquid, quia noceat & sordescat, uerba sunt im- peratiua, iccirco nocere & sordescere ex uoluntate creatoris habet creatura? Non utique uult creator ut nocens aut sordida sit sua creatura, sed est quādo curare debeat quid illa faciat, aut quantum sordescat, sicut scriptum est: Secundum multitudinem irę suę non quæret, quan- do illud est: Nimirū quando is, qui peccator siue sordidus est, peccatoꝝ & sordium suarum a- more atq; defensione deum exacerbat. ¶ Tribus nanq; modis peccatur: ignorantia, infirmita- te, superbia. Si per ignorantiam peccatur, & deus hoc pręuidet, quia cognita ueritate sit cor- rигendus quisquis ille est, subuenit ignorantię deus, ut id q̄d uerum est cognoscat homo igno- rans & erroneus. Huius rei exemplum illud est: Venit autem deus ad Abimelech nocte & ait: En morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim uirum illo ad hęc dicente: Domine num gentem ignorantem & iustam interficies: Nonne ipse dixit mihi soror mea est, & ipsa ait frater meus est: in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearū feci hoc. Dixit ad eum deus: Et ego scio quod in simplicitate cordis feceris, & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi ut tangeres eam. Apostolus quoq; ideo misericordiam consecutus est, & subuen- tum est illi superna misericordia, quia ignorans, inquit, feci in incredulitate. ¶ Quod si per in- firmitatem peccet quis, qualis est ille, cuius in persona loquitur idem Apostolus: Cōdelector legi dei secūdu interiorē hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnā- tem legimentis meaz, & captiū me ducentē in lege peccati, quę est in membris meis. Intelix- ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: gratia dei per Iesum Christū dominū nostrum. Eiusmodi hominis peccatū patiēter sustinuit deus, imō etiam dissimulat, sicut sapiē- tia loquitur laudando eius misericordiā: Misereris omnium dñe, & nihil odisti eoz: quę feci- cisti, dissimulās peccata hoim̄ propter p̄nitentiā. ¶ Porro si cum superbia quis peccet, tradit eum deus, & dimittit in desideria cordis eius immunditiā, & nō est ut dicas, quia uoluntatis dñi est, q̄ ille noxius aut sordidus est, sed quia nō curat deus de illo, q̄ talis est, & quia multū illi iratus est, &

Ex autori- tate Chri.

Ex autori- tate Iohan- nis.

neū adora.

Deut. 17. Ne signaue- ris.

Qui nocet, noceat ad- huc.

Psal. 9

Peccati pe- ignorantia subuenit deus. Gene. 20

1 Timot. 1. Similiter & peccati per infirmitatē Roma. 7

Sapient. 11. Peccantē p̄ superbiam tradidit deus in propria desideria.

Qui nocet per superbiam, noceat adhuc. Amos. I. Et iustus iustitiam faciat adhuc Iohan. 14. Non deerit premia bonis & malis. Lucae 12. Ego sum A & Omega. Supra. Oportet habere uestem nuptialem. March. 22. Lucae 13. Qui sunt foris. Prouerb. 16. Petri 2. Autoritas huius libri canonica. Radix & genus Dauid.

est, secundum multitudinem irae suae non queret. Talem utique illum intelligi oportet, de quo hic dicitur, qui nocet noceat adhuc, & qui in foribus est, fordescat adhuc, maxime quia non dixit qui nocuit, noceat adhuc, qui in foribus fuit, fordescat adhuc: sed qui nocet, inquit, & qui in foribus est: Hoc enim idem est ac si dicat: Qui studium nocendi habet, & suas amat fordes pertinaciter, nemo postquam dixerit illum semetipsum defendente, & eas quae in hoc libro scriptae sunt, plagas contemnentem, quicquid boni de illo speret, quia scriptum est: Super tribus sceleribus, & super quatuor non conuertam eum: Quia postquam tribus sceleribus transcursum, & quartum quis peruenit, iam non est spes conuersionis. Primum scelus est, fordes criminum mente ac uoluptate tractasse: secundum scelus, easdem fordes actum perpetrasset: tertium scelus, fordes in conuersu dinem duxisset: quartum scelus est, easdem fordes defendere. Noceat igitur qui nocet, & fordescat adhuc qui in foribus est: quia non curat deus de illo, & iuste derelictus est: quia non utcunq; fordui, sed fordes suas superbe defendendo in foribus est. ¶ Contra qui iustus est & sanctus, id est, qui bonum iustitiae, & sanctitatis studium habet, adhuc iustitiam faciat, & adhuc sanctificetur, bene prouidente deo, quatenus non ante de presenti migretur seculo, corona eius perficiatur, & mansio illi in domo patris eius, meritoque gemmis atque margaritis perornetur. Hoc praemissio ut qui nocet, noceat adhuc, & qui in foribus est fordescat, & iustus iustitiam faciat adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc, continuo sequitur. Lece uenio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Nimirum sic loquitur, ut bene sibi conscius quod magna sit fortitudinis, & inexhaustae facultatis ad puniendum noxios, atque sordidos, quantumcunq; nocuerint, quantumcunq; forderint, nihil minus a suis meritis tormenta recepturos, & ad remunerandum iustos & sanctos, quantumcunq; iustitiam fecerint, quantumcunq; sanctificati fuerint nihil minus a suis meritis premia recepturos. Ait ergo: Ecce uenio cito, & merces mea mecum est. Quamuis seruo malo, noxio, atque sordido, inebrianti se atque percutienti conseruos suos, uideatur quod in temporaria longa fiat hoc, ego dico quia, ecce uenio, cito uenio. Et ne quis de mercede dubitet, merces mea mecum est. Non in manu altera, non in potestate aliena, sed in manu mea, in potestate mea est, & dum uenio, mecum uenit in potestate mea magna merces uniuersa, ad reddendum unicuique secundum opera sua. Vnde tibi tanta potestas, tanta sufficientia? Ait: Ego sum A & Omega, primus & nouissimus, principium & finis. Ac si dicat: Inde manus mea non est inualida ad reddendum unicuique secundum opera sua, quia ego sum ante omnes, & ante secula deus, & post me non erit alius, quod intelligitur per A & Omega, quarum uidelicet, litterarum in alphabeto Graeco, altera prima, altera ultima. Nam quid dixerit, ego sum A & Omega, exponit dicendo, primus & nouissimus, addendo etiam principium, & finis, scilicet, a quo omnis creaturae principium est, & in quo creatura rationalis consummatur. Hoc idem in initio libri dixerat: Ego sum A & Omega, principium & finis, & hic iccirco renouat, ut cetera iam dicta, ne quis adhuc dormitet, aut de ignorantia sese excuset, seu quasi uilem scripturae huius tubam praeter amore sordium suarum audire distimulet. Et addit adhuc: Beati qui lauant stolas suas, ut sit potestas eorum in ligno uitae, & per portas intrent in ciuitatem sanctam. Foris canes, & uenefici, & impudici, & homicidae, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Nimirum quia nuptiae agni & sanctae ciuitatis Hierusalem (de quibus haec nunc splendide demonstratae sunt) nuptiae sunt sanctitatis, & ut supra dictum est, non intrabit illuc coquinatum aliquid, soli illi beati sunt, qui lauant stolas suas, ut habeant uestem nuptialem, maxime ut sint lumbi eorum praecincti, id est, ornatum habeant castitatis, non intentione laudis humanae, sed pro illa expectatione, ut sit potestas eorum in ligno uitae, id est, ut frui possint uere uitali summe diuinitatis uisione, quo intratur per portas iustitiae, quae sunt portae sanctae ciuitatis. Sancta quippe ciuitas illam oportune etiam hoc loco edixit subiiciturus. ¶ Foris canes, id est, omnes stulti, qui ita reuertuntur ad stultitiam, sicut reuertitur canis ad uomitum suum, & uenefici qui hominum uitam interficiunt uenenis, & impudici, quos nullius pudet turpitu dnis, & homicidae, qui utique humano sanguine sunt polluti, & in oculis domini cruenti, & idolis seruientes, qui profecto nullam habent communicationem cum illo, qui unus & solus uerus deus est, & omnis qui amat & facit mendacium, quales maxime haeretici sunt. Haec omnia contraria sunt sanctae ciuitati, & iccirco foris isti, inquit, cui pro imperio satis est dixisse foris. Et continuo subiungit: Ego Iesus misi angelum meum testificari uobis in ecclesijs. Ac si dicatur: Si huius libri autoritate quaeritis ego sum Iesus autor & dator huius Apocalypsis. Non est scriptura haec a Iohanne, non est ab homine, neque enim ab homine accepit illam, aut didicit, sed me reuelante, qui sum Iesus, & mittente per angelum meum, ut sicut omnes scripturae diuinae autoritatis, ita & scripta haec testificentur, & recitentur uobis in ecclesijs, atque in canonico apice sint. Quae uobis quis Iesus ego sum, qui autoritate mea scripturam hanc uolo commendatam esse ad testificandum in ecclesijs? Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina. Ac si dicat: Ego sum ille Iesus, qui & dominus & filius sum Dauid, qui secundum hominem passus & sepultus mane resurrexi a mortuis, Nam quia dominus, & creator sum Dauid, quem ad-

quem admodum testatur ipse dicens in spiritu: Dixit dominus domino meo se de dextris meis: iccirco radix, & quia filius Dauid natus, uel factus ex semine eius secundum carnem: iccirco genus sum Dauid. Et nunc quidem, qui diu in hoc uiuentes per fidem ambulantis, stella uobis sum splendida, & matutina, ex quo resurrexi a mortuis: Tunc autem me solem habebitis, cum in ciuitatem talem, quam audistis, intraueritis: quam claritas dei illuminauit, quae non eger lumine solis aut lunae, propter hoc ipsum, quia illuminauit eam claritas dei. Et spiritus & sponsa dicit, ueni. Et qui audit dicat, ueni. Et qui sitit ueniat, & qui uult accipiat aquam uitae gratis. ¶ Ego, inquit, misi testificari uobis haec in ecclesijs, & cum horum testificatione spiritus singulorum uestrorum conscientias conuenit & singulis uestrum dicit ueni, id est, crede de his quae hic testificatur tibi. ¶ Hoc foris sponsa, id est, ecclesia, dicit ad aurem corporis, dum sonum literale legendum ingerit, hoc intus ad aurem cordis dicit spiritus, dum sensum suggerit ad intelligendum quod quicquid hic dicitur, rationale uerum, & fidele, atque auditu dignum sit. Audiat unusquisque hunc spiritum siue sponsum, ut nonnulli codices habent, & sponsam dicentes: Ueni, id est, obaudi uocantibus, & sequatur uocationem salubre, ut introeat ad beatitudinem tam gloriosae ciuitatis. Audies autem siue obaudiens dicat, ueni, id est, non sua tantum salute contentus sit, sed operari det, ut proximum suum lucrari uel exhortationis uel secum adducere possit. Et qui sitit, qui saluari desiderat, tantummodo ueniat, uide licet, summe illud aequum uis, quod tibi ostensum est, nulli sitienti de negatur, sed qui uult accipiat: quia sola bona uoluntas sufficit ad accipiendum aquam uitae, quae gratia praeparauit. Omnibus datur gratis, tantummodo asit questor uel acceptor homo bonae uoluntatis. Sequitur: Cofestor ego omni audienti uerba prophetiae libri huius. Si quis apposerit ad haec, apponet super illum deus plagas scriptas in libro isto: Et si quis diminuerit de uerbis prophetiae libri huius, auferet deus partem eius de ligno uitae, & de ciuitate sancta, & de his, quae scriptae sunt in libro isto. Haec poena damnationis sine dubio hereticorum est, ut auferatur pars eorum de ligno uitae, quod est Christus, & de ciuitate sancta caelestis Hierusalem, & de omnibus bonis quae cumque scriptae sunt in libro isto, & ut apponatur super eos plagae, quae scriptae sunt in libro isto: quae uide licet, ipsi sanctas scripturas corrumpunt, apponendo quid de suo uel quippiam diminuent, ut pote studio habentes dogma suum construere, cui quicquid repugnat in sanctis scripturis in nullis uellit codicibus usque superesse. Satis ergo firmiter scripturam hanc defendit diuina & canonica debere esse autoritatis, cuius corruptio, quicunq; ille fuerit, paricum haereticis damnatione percutit. Statimque subiungit: Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam uenio cito. ¶ Poterat dicere hic scriptor, dicit Iesus, sed dicere maluit: dicit qui testimonium perhibet istorum: ut pote hic in calce uoluminis eodem intendentem, ut librum istum autoritate diuina, & spiritus sancti ueritate cofestum defendat, & liberet a contemptu omnium, praecauens id quod futurum erat: uide licet, ne auerteret stulti sacra contemnere, siue renscienda iudicare litera, cuius non capere mereretur intellectus. Etiam, inquit, uenio cito. Quod dixi iterum dico, & repetes affirmo: quia uenio cito reddere unicuique secundum opera sua. Dulce nimirum, & desiderabile hoc est diligenti animae, quae non hoc feculit, sed deum diligit, & gratanter uocem hanc accipit, quae aduersus deum proprie sit. Respondet ergo cofestum sponsa diligens & casta dicens: Amen ueni domine Iesu. ¶ Quod admodum leuat caput suum, iuxta illud de euangelicis: His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita uestra: quia appropinquat redemptio uestra. Amen ergo, inquit, id est, promissum tuum uerum fiat, ut cito uenias domine Iesu sciens suspiria mea dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus cedar, multum incola fuit anima mea. Item: Sititit anima mea ad deum forte uinum: quando ueniam, et apparebo ante faciem dei: Denique ut faciem domini uidere desideremus, & non delectationi, sed potius dolori nobis sit locus peregrinationis huius, iccirco scriptor sic proloquitur: quod uult ut nos loquamur dicens: Ueni domine Iesu, semperque hoc dicere non dubitemus, parati simus in occursum eius, iuxta illud: Et uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertat a nuptijs, ut cum uenerit, & pulsauerit, cofestum aperiant ei. Sequitur saluatio ultima eadem quae prima: Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, amen. ¶ Sic enim in principio dixerat Iohannes septem ecclesijs, quae sunt in Asia: Gratia uobis & pax, &c. Videlicet, diligens dominum & dilectus domini, & in principio, & in fine, & per omnem textum sermonis sui loquitur eam abundantia cordis gratiae & dilectione, quae in ipso redudat, cupiens esse non seorsum in paucis, sed communiter in omnibus, maxime in eo, ut sicut Paulus quoque apostolus optat, id ipsum dicamus omnes, & schismata in nobis non sint, per gratiam, qua sumus redempti. Amen.

Psal. 109. Foris dicit spolia, intus uero spolia. Poena hereticorum propter scripturam rari deprauationes. Libri huius autoritas diuina est. Desideranda nobis promissio Christi aduentus redemptio nostra. Lucae 21. Psal. 119. Psal. 41. Lucae 12. Gratia & pax omnibus uobis. 1 Cor. 11.

IMPRESSA SVNT NVNC SECVNDO, LVCVLENTISSIMA, haec diui Ruperti, abbatis Tuitiensis, ante quadringentos ferme annos defuncti in librum Apocalypseos, commentaria, CHRISTI IESV, seruatoris nostri doctrinae, maxime consona, & ex sacris duntaxat literis, concinnata: Impensis honesti uiri, Arnoldi Birckman, Anno a natali Christiano M D XXXIII.

